UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

urn:nbn:de:hbz:466:1-66042

Visual Library

Th. 5178.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
LATINE REDDITA
ET NOTIS ILLUSTRATA
A
R. P. BRUNONE PARODE
ORD. S. BEN. IN MONASTERIO ETTALENSI
PROFESSO p. t. SUBPRIORE.

TOMUS V.
AB ANNO 395. USQUE AD ANNUM 428.

Collegii Paderani Societ. Jesu. 1762.



Cum Approbatione & Consensu Superiorum.

AUGUST. VIND. & OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO.

Quod Superi bene vertant! in lucem editur Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Pars V. Fleurio Auctore, de quo multiplicia hominum judicia leguntur, & diverſiſſima. Aliqui Fleurium vituperant, etſi Hiſtoriam ipſius delibaſſe potius dicendi ſint, quam attente totam legiſſe, quorum clas-

ſi Anonymum II. & Patrem Balduinum adſcribere non dubito. Alii Scriptorem hunc reprehendunt, & reum pronunciant, quem non legerunt. Ex iſtorum numero eſt ille, qui Obſervationes Anonymi I. Opuscula Anonymi II. & P. Balduini collecta, atque Eminentiſſimo Cardinali Carolo Rezzonico Epiſcopo Patavino (quem hodie Summum Pontificem Clementem XIII. Eccleſia Catholica veneratur) inſcripta, anno 1746. Bruxellis edidit.

Quæ Fleurio objiciuntur. Is enim non tantum aliorum de Fleurio refert judicium, ſed etiam ſuum addit, putatque, Fleurium ſaltem videri Auctoritatem Eccleſiæ a JEſu Chriſto fundatæ aggredi, & Novatoribus favere, utque altius vulnus infligeret, ſtyli amœnitatem & Eloquentiæ vim adhibuiſſe. Anonymus I. in Præfatione ad Partem II. ſuarum Obſervationum, ubi Apologiam Fleurii Nanceji in Lotha-

tharingia typis vulgatam enucleat, objicit 1mo, Fleurium in illa non bene defendi, quod nihil Reſponſi detur ad accuſationem; ipſum mala fide ſcripſiſſe, ejusque Opiniones cum Erroribus Hæreticorum arctam habere affinitatem.

2do. Fleurium, dum multa ex Actis Conciliorum, & Libris SS. Patrum excerpit, aliquos Textus in materia gravi non integros, aut male translatos, reddidiſſe.

3tio. Fleurium poſt Sæculum VI. exclamare: *Præteriit melius Eccleſiæ tempus!* & oppugnare poſteriorum Sæculorum Diſciplinam, quam ob promiſſa JEſu Chriſti ſuæ Eccleſiæ data revereri debuiſſet.

4to. Fleurium dicere, Diſciplinæ ruinam a falſis Decretalibus eſſe profectam, nullo adducto ſui aſſerti argumento. Sed ipſum falli, atque De-

cretales ea tantum ſtabilire, quæ jam in uſu erant. Et qualiscunque Origo ſit Diſciplinæ, eam tamen magna reverentia dignam, quod ea Diſciplina ab Eccleſia recepta eſſet.

5to. Eundem in Pœnitentia teporem, atque Indulgentiarum, & Cenſurarum multitudinem redarguere.

6to. Si ipſum audiamus de Jejunio decernentem; Conſuetudinem hodiernam maturius prandendi, & cœnandi, peccatum fore.

7timo. Denique propriæ Eccleſiæ vulnera nimia ſinceritate fateri, nocuum eſſe.

Dominus Stevart Mechliniæ ad S. Rumoldum Canonicus, & Librorum Cenſor, dum bis Anonymi II. & P. Balduini libellos approbat, inter alia, quæ referre operæ pretium non eſt, dicit, quod *Claudius Fleury Gallicanæ Eccleſiæ Presbyter; qui varias*

varias Summorum Pontificum, Conciliorumque generalium Epiſtolas, nec non multa SS. Patrum aliorumque vetuſtiorum ac celebriorum Auctorum Scripta, in rebus, quæ concernunt Sedis Apoſtolicæ prærogativas fide peſſima truncavit, mutilavit, vellicavit, corrupit, pervertit, & in ſenſus a mente dictorum Scriptorum penitus alienos malitioſe contorſit.

Anonymus II. in ſua Præfatione præter alia plurima, quæ congerit, quærit, cur Fleurius ex tot Scriptoribus, qualis erat Matthæus Paris, blaſphemias & maledicta in Sacram Sedem excerpſerit, & an hac ratione Fideles in Officio erga Summos Pontifices contineri poſſent. Hæc præcipua ſunt, quæ Fleurii Adverſarii in ſuis Proloquiis ingeminant.

Sed fruſtra. Tantum enim abeſt, ut Fleurius vel Auctoritatem Sum- *Objecta diluuntur.*

morum Pontificum lædat, vel Novatoribus faveat, ut Interpres Proteſtans in Translatione Præfationis Fleurianæ, primæ Parti Operis hujus præpoſitæ, Fleurii verba & ſenſum ſæpius adulterare & corrumpere coactus fuerit; quippe in illo Proloquio Fleurius diſerte aſſerit, omnem illorum hominum Eccleſiam, de qua demonſtrari poſſet, quo tempore a Communione Eccleſiæ Romanæ receſſerit, eſſe hæreticam. Styli autem neglectus in Hiſtoria Fleuriana tantus eſt, ut Lectorem non nunquam magis offendat, quam delectet. Non equidem dixerim inamœnam aut ruſticam eſſe Dictionem; verumtamen eadem verba & ſententiæ in una pagina ſæpiſſime recurrunt, atque omnis ornatus cura abfuit.

Anonymus I. dicit quidem, Fleurium in illa Apologia Nancejana non ſatis defendi, cum ad objectionem

Malæ

Malæ Fidei, & consensus cum Hæreticis nihil respondeatur. Porro Adversarii Fleurii malam fidem ipsius nullibi probant, & æqui rerum æstimatores ad hanc cavillationem rident. Ad ea, quæ P. Balduinus de ipsius mala fide & propinquitate cum Hæreticis affert, suo semper tempore & loco sigillatim respondeo. Præterea ipsius Anonymi I. testimonio ab hac insimulatione optime liberatur, dum dicit in sua Præfatione prima: *Nescio, cur aliqui Fleurium malæ fidei accusent*, & in Præfatione ad Partem II. *ego ipsum malæ fidei non accuso.* Deinde forte ideo solum Fleurius quibusdam ad Hæresin accedere videtur, quod ab opinionibus superstitioni propinquis sit remotissimus.

Rursus incusatus Fleurius excerpendo aliqua omisisse & male transtulisse. Omnia quæ Anonymus I.

adduxit, & ego in Notis perſtrinxi, nullius ſunt momenti. Si autem non omnia, quæ ad Auctoritatem Romanorum Pontificum ſtabiliendam facerent, in quibusdam Excerptis poſuit, iſta omiſſio, ut ex Annotationibus meis patet, centum aliis Textibus Auctoritatem Papæ confirmantibus in ipſius Hiſtoria abunde ſuppletur.

An Decretales trium primorum Sæculorum, Principia inde deſumta, & deductæ concluſiones Eccleſiæ profuerint vel nocuerint, meum non eſt pronunciare. Legi poſſunt Paræneſis prima ad Lectorem in Regali Sacerdotio, & Prolegomena R. D. Euſebii Amort ad Elementa Jur. Can. p. 5.

Principia Fleurii circa Pœnitentiam, Conciliorum Decretis conſentanea ſunt, & ad Sanctitatem Chriſtianam ducunt. Contra Indulgen-

tias

tias nihil affert, ſed contra abuſus; deinde Chriſtianum ſolide pium magis de remiſſione culpæ quam pœnæ oportet eſſe ſollicitum. De Cenſuris majore reverentia decuiſſet ſcribere Fleurium; at connivendum aliquid Gallorum Genio. Scimus quoque Spiritum Sanctum ſemper tam Capiti quam toti Eccleſiæ aſſiſtere; nemo tamen illos, qui adverſus abuſus in Eccleſiam irrepentes calamum ſtrinxerunt, in JEſum Chriſtum & Spiritum Sanctum blaſphemos dixerit.

Cœterum Fleurius, ubicunque de jejunio loquitur, nunquam quid peccatum, quid non peccatum ſit, affirmat, nam ab iſta judicandi aut decernendi libertate, quæ Theologis Moralibus familiaris eſt, abhorret, ſed quid melius ſit, & quis aliquando in Eccleſia jejunandi modus fuerit, oſtendit.

Nemo

Nemo etiam negaverit, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoris eſſe, poſtquam Religionis Catholicæ veritatem, atque Capitis in Eccleſia viſibilis neceſſitatem & Auctoritatem Jure Divino ſtabilitam contra Proteſtantes aliunde irrefragabiliter demonſtravit, etiam vulnera & abuſus reprehendere; quippe Veritas, ſi adſint adjuncta convenientia, nunquam nocet, ſed prodeſt.

Dominus Stevart accuſationes atroces, quas contra Fleurium affert, non probat. Nempe vir ille zeloſiſſimus Fleurii Hiſtoriam legentibus noxiam, non ſatis omnibus argumentis penſatis, bona fide crediderit. Hiſtoriæ autem Eccleſiaſticæ partes omnes, non Fleurii modo, ſed cujuscunque alterius etiam ſincere & cordate ſcribentis, ab omnis generis hominibus legi neutiquam expedire, non diffiteor.

Tandem

Tandem, quod Fleurius etiam ex Scriptis illorum, qui Eccleſiam, vel SS. Pontifices calumniati ſunt, Excerpta adduxerit, id officium Scriptoris ſinceri exigebat. Ceterum fideliter indicat Auctorem, locum, adjuncta, & quid ſentiendum, Lectori plenam libertatem relinquit. Si Fleurius illorum ſolummodo Scriptorum fragmenta nobis daret, qui SS. Pontificibus iraſcebantur, eſſet quod quererentur ipſius Adverſarii, cum vero omnium SS. Pontificum laudes, encomia, & facta eximia tam fuſe & prolixe enarret, ut ſolum ea, quæ de SS. Leone Magno, & Gregorio Magno, ſcripſit, ſi ex ipſius Opere extraherentur, in juſtæ molis Volumen excreſcerent, non video, cur tam furioſe ei ſuccenſeant. Ut vero omnes in Officio erga Sacram Sedem contineantur, puſilli, rudes, fœminæ, & imperita multitudo hanc Hiſtoriam non legant; at viris

viris judicio pollentibus, quibus se scripsisse Fleurius in sua Præfatione dicit, exinde nullum periculum nascetur.

Hujus Partis materia.

Lege itaque sine periculo, Lector Benevole! hanc Historiæ Partem, in qua cognoscere dabitur, quantum sub finem Sæc. IV. & initium V. Institutum Monasticum florere cœperit, & quam mirabiliter Deus Ecclesiam suam, etiam post Imperii Divisionem, inter Schismata, Barbarorum, qui omnes erant Hæretici, irruptiones, atque Pelagianorum, & Semipelagianorum errores salvam & erroris immunem conservaverit.

Vale!

CON-

CONSPECTUS
TOMI QUINTI.
LIBER XX.

§. 1. Sanctus Arsenius Monachus. Pag. 1.
§. 2. S. Arsenii Virtutes. 4
§. 3. Cassianus in Ægypto. Cheremon, Nesteros, Joseph. 10
§. 4. Pynufius. 15
§. 5. Piammon. Joannes. 18
§. 6. Theonas. Abraham. 22
§. 7. Cassianus in Deserto Scetis. 26
§. 8. Vita Monachorum in Ægypto. 30
§. 9. Monasteriorum numerus in Ægypto. 35
§. 10. Hæreses cadunt. 42
§. 11. S. Augustinus contra convivia dicta *Agapes* sermocinatur. 45
§. 12. S. Augustinus Episcopus Hipponensis. 51
§. 13. SS. Nazarii & Celsi Reliquiæ. 54
§. 14. S. Gaudentius Episcopus Brixiensis. 56
§. 15. S. Ambrosius ad mortem damnatis saluti est. 60
§. 16. Judicia S. Ambrosii notatu digna. 62

§. 17.

§. 17. S. Ambrosii de Clericis suis cura. 66
§. 18. S. Ambrosii Epistola ad Ecclesiam Vercellensem. 69
§. 19. S. Ambrosii Fama. 71
§. 20. S. Ambrosii Miracula. 73
§. 21. S. Ambrosii obitus. 76
§. 22. Martyres Anagnienses. 79
§. 23. S. Augustini labores. 84
§. 24. Concilium Carthaginense tertium. 87
§. 25. Judicia Ecclesiastica. 92
§. 26. Canones Reliqui. 95
§. 27. S. Chrysostomus Episcopus Constantinopolitanus. 97
§. 28. Leges pro Ecclesia. 101
§. 29. Bellum Gildonis. 103
§. 30. S. Augustini cum Glorio &c. Colloquium. 107
§. 31. Colloquium cum Fortunio. 110
§. 32. Concilium Carthaginense IV. 113
§. 33. Canones Concilii Carthaginensis. 117
§. 34. Labor Monachorum. 121
§. 35. Episcoporum Arbitrium. 123
§. 36. Leges contra Asyla. 125
§. 37. Eutropii Casus. 127
§. 38. S. Chrysostomus Clericos reformat suos. 131
§. 39. S. Chrysostomus Pauperum Curator. 134
§. 40. Populum erudit. 136
§. 41. Aliarum Ecclesiarum cura. 139
§. 42. Leges contra Idololatriam. 141
§. 43. Concilium Carthaginense V. 144
§. 44. S. Augustini opera. 146
§. 45. Epistola ad Januarium. 151
§. 46. Liber adversus Parmenianum. 156
§. 47. Libri de Baptismo. 160
§. 48. Concilium Toletanum I. 167
§. 49. S. Martini obitus. 173
§. 50. Rufinus Origenem interpretatur. 175
§. 51. S. Hieronymus contra Rufinum. 179
§. 52. Rufinus Romæ damnatus. 182

LIBER

LIBER XXI.

§. 1. Theophilus damnat Origenem. 185
§. 2. Theophili Epistolæ Paschales. 189
§. 3. Theophilus Magnos Fratres expellit. 193
§. 4. S. Chrysostomus Gainæ resistit. 197
§. 5. Antoninus Ephesinus accusatur. 200
§. 6. S. Chrysostomus Ephesi. 207
§. 7. Geroncius Nicomediensis deponitur. 210
§. 8. S. Porphyrius Gazensis Constantinopoli. 213
§. 9. Severiani Gabalensis molimina. 217
§. 10. Tumultus Constantinopoli ab Arianis excitati. 219
§. 11. Magni Fratres Constantinopoli. 221
§. 12. Theophili Epistola contra Magnos Fratres. 224
§. 13. Concilium Carthaginense. 226
§. 14. Magni Fratres Actionem movent. 231
§. 15. S. Epiphanius Constantinopoli. 233
§. 16. Posthumiani Testimonium. 237
§. 17. Theophilus Constantinopoli. 239
§. 18. Concilium ad Quercum. 244
§. 19. Episcopi cum S. Chrysostomo congregati. 250
§. 20. Quæ in Concilio ad Quercum acta sint. 255
§. 21. S. Chrysostomus damnatur. 260
§. 22. S. Chrysostomus revocatur. 262
§. 23. Theophili Fuga. 265
§. 24. S. Nilammon. 268
§. 25. Concilium Milevitanum primum. 269
§. 26. Concilium Carthaginense. 272
§. 27. Acta cum Donatistis. 276
§. 28. SS. Hieronymus & S. Augustinus dissentiunt. 282
§. 29. S. Hieronymus & Augustinus quid sentiant explicant. 287
§. 30. S. Paulæ obitus. 291
§. 31. S. Melania Romam redit. 292
§. 32. S. Innocentii Epistolæ ad Episcopos Hispaniæ. 295

§. 33. Altera adverſus S. Chryſoſtomum Conſpiratio. 297
§. 34. Canones Concilii Antiocheni. 300
§. 35. S. Chryſoſtomus Eccleſia pellitur. 303
§. 36. Tumultus in nocte Paſchali. 305
§. 37. S. Chryſoſtomus Conſtantinopoli abire cogitur. 310
§. 38. SS. Eutropii & Tigrii Martyrium. 315
§. 39. Arſacius Epiſcopus Conſtantinopolitanus. 316
§. 40. S. Olympiades. 318
§. 41. Aliæ S. Mulieres vexantur. 321
§. 42. S. Chryſoſtomi Profectio. 324
§. 43. S. Chryſoſtomus Cæſareæ male habetur. 326
§. 44. S. Chryſoſtomus Cucuſam advenit. 329
§. 45. S. Chryſoſtomi Epiſtolæ. 332
§. 46. S. Maruthas in Perſia. 336
§. 47. S. Flaviani obitus. Porphyrius Epiſcopus Antiochenus. 338
§. 48. Schiſmaticorum Pœnæ. 342
§. 49. S. Chryſoſtomus ſcribit ad SS. Pontificem. 345
§. 50. Multi Romam in Cauſa S. Joannis delegantur. 348
§. 51. S. Victricius aliique Galliarum Epiſcopi. 354
§. 52. Concilium Taurinenſe. 358
§. 53. Concilium Carthaginenſe. 361
§. 54. Cauſa Spei & Bonifacii. 364
§. 55. S. Auguſtini cum Felice Colloquium. 367
§. 56. Dies ſecunda. 373
§. 57. Opera alia contra Manichæos. 376

LIBER XXII.

§. 1. S. Joannes Chryſoſtomus Cucuſæ. 379
§. 2. S. Chryſoſtomi ærumnæ. 385
§. 3. Delegati ex Occidente in Cauſa S. Chryſoſtomi. 389

§. 4.

§. 4. Epistola Decretalis ad S. Exuperium. 392
§. 5. Vigilantius. Errores ejus. 398
§. 6. S. Hieronymi Liber contra Vigilantium. 401
§. 7. Donatistarum Crudelitas. 410
§. 8. Leges contra Donatistas latæ. 412
§. 9. Arsacii obitus. Atticus Episcopus Constantinopolitanus. 417
§. 10. Legati ex Occidente male habentur. 419
§. 11. Episcoporum Orientalium ærumnæ. 421
§. 12. Epistolæ S. Chrysostomi Romam datæ. 426
§. 13. S. Chrysostomi obitus. 429
§. 14. Concilium Carthaginense. 433
§. 15. Leges Honorii pro Ecclesia. 436
§. 16. Barbari in Galliis. 439
§. 17. Seditio Calamensis. 442
§. 18. Leges Ecclesiæ faventes. 447
§. 19. Alaricus Romam obsidet. 450
§. 20. Attalus Imperator. 454
§. 21. Roma capta & expilata. 455
§. 22. Romani in diversa sparguntur. 460
§. 23. Pinianus Hippone Tumultus occasio. 470
§. 24. S. Augustini Epistolæ de juramento Piniani. 474
§. 25. S. Augustini animus ab avaritia alienus. 477
§. 26. Leges contra Donatistas. 480
§. 27. Leges contra Hæreticos in Oriente. 483
§. 28. Quæ Colloquium Carthaginense præcesserunt. 486
§. 29. Quid Catholici promiserint. 490
§. 30. S. Augustini Sermones. 494
§. 31. Delegatorum Episcoporum Mandata. 496
§. 32. Prima Collationis Dies. 498
§. 33. Donatistarum tergiversationes. 500
§. 34. Subscriptionum Veritas. 503
§. 35. Episcoporum Numerus. 507
§. 36. Secunda Collationis Dies. 509
§. 37. Dies tertia. 511
§. 38. Quæstio de Ecclesia. 514
§. 39. Causa Ceciliani. 516

§. 40. Collationis exitus. 520
§. 41. Syneſii Ordinatio. 524
§. 42. Epiſtola ad Theophilum de S. Chryſoſtomi Amico. 529
§. 43. Cauſa Pauli Erythrienſis. 532
§. 44. Alia in Provincia Cyrenaica negotia. 536
§. 45. Excommunicatio Andronici. 538
§. 46. Theophili fatum. S. Cyrillus. 543
§. 47. S. Auguſtinus pro Donatiſtis intercedit. 545
§. 48. S. Auguſtini labores. 550
§. 49. Concilium Cirthanum. 551
§. 50. Epiſtola ad Marcellinum. Politica. 552
§. 51. Epiſtola ad Volufianum. 554
§. 52. Epiſtola ad Macedonium. 556

LIBER XXIII.

§. 1. Initia Pelagii & Celeſtii. 561
§. 2. Celeſtius Carthagine damnatus. 564
§. 3. Prima S. Auguſtini contra Pelagianos ſcripta. 566
§. 4. Leges Honorii pro Eccleſia. 571
§. 5. Barbari irrumpunt in Romanorum terras. 573
§. 6. Concilium Bragenſe. 575
§. 7. Ethnicorum Objectiones. 578
§. 8. Civitas Dei S. Auguſtini. 580
§. 9. Adverſus Idololatriam. 583
§. 10. Fidei Catholicæ Defenſio. 590
§. 11. Marcellini Tribuni obitus. 595
§. 12. S. Demetriades Virgo. 599
§. 13. Pelagius ad S. Demetriadem. 602
§. 14. Sermo S. Auguſtini contra Pelagianos. 605
§. 15. Alia adverſus Pelagianos opera. 609
§. 16. Datum conſultanti Oroſio Reſponſum. 613
§. 17. Epiſtolæ ad S. Hieronymum, ferente Oroſio. 615
§. 18. S. Hieronymi opera contra Pelagianos. 620
§. 19. Colloquium Jeroſolymitanum. 622
§. 20. Concilium Dioſpolitanum. 628

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 21. Idem Concilium continuatur. 633
§. 22. Revelatio Presbyteri Luciani. 638
§. 23. Inventio Reliquiarum S. Stephani. 642
§. 24. Reliquiæ S. Zachariæ. 647
§. 25. Judæi Alexandriæ pulsi. 649
§. 26. Exitus Schismatis Antiocheni. 655
§. 27. S. Chrysostomi Memoria honoratur. 662
§. 28. Theodorus Mopsuestenus Pelagianus. 666
§. 29. Pelagii Scripta. 668
§. 30. Concilia Carthaginense, & Milevitanum. 671
§. 31. Litteræ datæ ad Joannem Jerosolymitanum. 675
§. 32. S. Innocentii Decretalis ad Decentium. 677
§. 33. Aliæ Decretales. 681
§. 34. Epistolæ ad Africanos. 685
§. 35. S. Innocentii obitus. S. Zosimus Papa. 688
§. 36. Liber S. Augustini de Trinitate. 690
§. 37. Liber S. Augustini de Actis in Palæstina. 692
§. 38. Epistolæ ad S. Paulinum, Dardanum, & Julianam. 694
§. 39. Tractatus de Correctione Donatistarum. 696
§. 40. Legum Pœnalium ratio. 700
§. 41. Alia ad Bonifacium Epistola. 704
§. 42. Celestius Romæ. 705
§. 43. Pelagius Papæ scribit. 711
§. 44. Pelagius Zosimum fallit. 714
§. 45. Litteræ Zosimi ad Episcopum Arelatensem. 716
§. 46. S. Germani Antissiodorensis Initia. 719
§. 47. Concilium Carthaginense anno 417. 724
§. 48. Concilium Carthaginense 1. Maji. 418. 727
§. 49. Canones in Causa Donatistarum. 732
§. 50. Zosimus Papa Pelagianos damnat. 734
§. 51. Juliani Pelagiani initia. 737
§. 52. Pelagius purgare se apud Pinianum cupit. 740
§. 53. Liber S. Augustini de Gratia JEsu Christi. 741
§. 54. Liber de Peccato originali. 744
§. 55. S. Augustinus Cæsareæ in Mauritania. 745
§. 56. Epistolæ S. Augustini ad Optatum & Mercatorem. 750

§. 57. Epistola ad Sixtum. 751
§. 58. Dissertatio adversus Arianos. 758

LIBER XXIV.

§. 1. Historia Orosii. 759
§. 2. Reliquiæ S. Stephani in Insula Minorica. 760
§. 3. Conversio Judæorum. 763
§. 4. S. Stephani Reliquiæ Uzalæ. 767
§. 5. Miracula Calamæ patrata. 772
§. 6. Initium Causæ Apiarii. 774
§. 7. Zosimi obitus. Schisma Bonifacii, & Eulalii. 776
§. 8. Honorius de Causa Schismatis cognoscit. 782
§. 9. Eulalius Roma pulsus. 784
§. 10. Concilium Carthaginense Anno 419. 787
§. 11. Continuatio Concilii Carthaginensis sexti. 791
§. 12. S. Hieronymi extrema. 795
§. 13. Epistolæ S. Augustini ad Hesichium. 797
§. 14. Locutiones. Quæstiones in Scripturam. 801
§. 15. Liber I. de Nuptiis, & Concupiscentia. 803
§. 16. Rescripta Honorii pro Ecclesia. 806
§. 17. Epistola Bonifacii Papæ ad Episcopos Galliæ. 809
§. 18. Liber II. de Nuptiis, & Concupiscentia. 810
§. 19. Libri S. Augustini ad Bonifacium Papam. 812
§. 20. Libri de Anima, & ejus Origine. 816
§. 21. Constantius Ecclesiæ favet. 819
§. 22. Ultima S. Augustini contra Donatistas Opera. 822
§. 23. Alia S. Augustini Opera. 824
§. 24. Liber contra Julianum. 830
§. 25. Pelagiani in Oriente damnati. 833
§. 26. Persecutio in Persia. 844
§. 27. Conversio Saracenorum. 849
§. 28. S. Euthymii Initia. 852
§. 29. Bellum Persicum. 856
§. 30. Theodosii junioris Educatio. 857
§. 31. Jurisdictio Papæ in Illyricum. 863

§. 32. Mors Bonifacii. Cœleſtinus Papa. 869
§. 33. Honorii obitus. Valentinianus III. Imp. 871
§. 34. Cauſa Antonii Fuſſalani. 872
§. 35. Cauſæ Apiarii Exitus. 876
§. 36. Paulus Hipponenſis ſanatur. 881
§. 37. Palladia ſanatur. 886
§. 38. Vita privata S. Auguſtini. 888
§. 39. Cura temporalis Rei. 892
§. 40. Primus Sermo de Vita Communi. 894
§. 41. Sermo ſecundus. 897
§. 42. Regula ad Sanctimoniales. 900
§. 43. Eraclius deſignatur Epiſcopus Hipponenſis. 901
§. 44. Attici obitus. Siſinnius Epiſcopus Conſtantinopolitanus. 905
§. 45. Monachorum Adrumetenſium Diſputatio. 909
§. 46. Liber S. Auguſtini de Gratia & Libero Arbitrio. 911
§. 47. Liber de Correctione & Gratia. 914
§. 48. Retractationes S. Auguſtini. 922
§. 49. Converſio Leporii. 923
§. 50. Epiſtola ad Vitalem. 927
§. 51. Seditio Comitis Bonifacii. 930
§. 52. S. Auguſtini Epiſtola ad Bonifacium. 932
§. 53. Colloquium cum Maximino. 935
§. 54. Colloquium cum Paſcentio. 936
§. 55. Neſtorius Epiſcopus Conſtantinopolitanus. 938
§. 56. S. Cœleſtini Decretales. 942
§. 57. Caſſianus Maſſiliæ. 944
§. 58. Monaſterium Lerinenſe. 947
§. 59. Epiſtola Hilarii ad S. Auguſtinum. 949
§. 60. Epiſtola S. Proſperi ad S. Auguſtinum. 953
§. 61. Epiſtola S. Auguſtini de Prædeſtinatione Sanctorum. 957
§. 62. Liber de Perſeverantia. 961
§. 63. Liber de Hæreſibus. 965

ERRA-

ERRATA.

Pag. 5.	Excomunicasti me. *corrige:*	Excommunicastis me.
48.	Optius esse	aptius esse.
ibid.	tempus concinnandi	tempus concionandi.
67.	Præsuli oculos	Præsulis oculos.
151.	continentiam prosecuti	continentiam prosecutæ.
220.	Dominicæ, egrederentur	Dominicis egrederentur.
418.	alii ad mentes	alii ad montes.
469.	Juliana Nura.	Juliana Nuru.
470.	Hæc Verba populum	His verbis populum.
495.	corrodit, mentiatur	corrodit, mentitur.
521.	Omnes Donatistas	Omnes Donatistæ.
537.	Prætoribus præbetur	Prætorius præbeatur.
562.	in suis Principiis	suis Principiis.
568.	Pelagi expositiones	Pelagii expositiones.
585.	eædem divinæ	eidem divinæ.
616.	duobus quæstionibus	duabus quæstionibus.
638.	Verum, quod	Verum est, quod.
641.	usque sequentem	usque ad sequentem.
678.	Id de Momento	Id de Memento.
686.	has occultare se	hos occultare se.
763.	Synagoga petiti	Synagoga potiti.
775.	Asellos Presbyteros	Asellum Presbyteros.
779.	libertatem relinquerent	libertatem relinqueret.
808.	quam sub Imperatoribus	qua sub Imperatoribus.
815.	Dei esse bonum	Dei esse bonam.
840.	Sæculo renuntiatura	Sæculo renuntiaturam.
873.	ætatem venerabilem	ætate venerabilem.
881.	quatuordecim ante	quatuordecim diebus ante.
887.	S. Augustinus sermocinabantur	S. Augustinus sermocinabatur.
891.	tamen famulæ	tamen famulas.
919.	status dilatam	status dilatatam.
924.	Filium Dei esse	Filius Dei esse.
930.	Valentiniani pueritiam	Valentiniani pueritia.
931.	cum Copiis missis	cum Copiis missi.
932.	nuptiis implicuerit	nuptiis se implicuerit.
937.	Confessionem exoraverat	Confessionem exaraverat
940.	prope urbes Sardia	prope urbes Sardiam.
952.	& quidquam argumentis	& quidem argumentis.
958.	cujus tantam	cujus tantum.

Reliquos errores benevolentia Lectoris corriget.

HISTO-

ROMA CAPTA.



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XX.

SIRICIUS, PAPA.
ARCADIUS IN ORIENTE, HONORIUS IN OCCIDENTE, IMPERATORES.

§. I.

S. Arsenius Monachus.

Theodosio elato, ambo filii, quod præceperat Parens, Imperium diviserunt. Arcadius, annos natus viginti in Oriente imperavit, Sæculum IV. A C. 395. *Sup. l. XIX. §. 58. Vitæ PP. l. 3. c. 37.*

Sæculum IV. A. C. 395.

vit, Honorius, puer decennis, in Occidente. Amborum juventutem rexerat S. Arsenius, eorum, cum baptizarentur, Patrinus, morum moderator, & Magister litterarum; necdum enim hæc duo munera, sicut hodie, separabantur. Erat Arsenius Romanus, humanis æque, ac divinis litteris doctissimus, & solida pietate insignis; ordinem Diaconatus susceperat, & Romæ vitam tranquillam cum sorore sua degebat, cum Theodosius deliberans, cui viro filiorum suorum educationem crederet, hac super re ad Imperatorem Gratianum scripsit; Gratiano SS. Pontificis consilium exquirenti, is Arsenium, virum tanto muneri parem indicavit; itaque Arsenius, a Gratiano Constantinopolim missus, Theodosio placuit, qui Senatoria dignitate auctum, ab omnibus, tanquam filiorum suorum parentem, honorari præcepit. Quadam die, cum studiorum tempore cubiculum ingressus Theodosius vidisset, sedentes filios auscultare, & Arsenium stantem loqui, illico præcepit, ut illis horis Imperialis Dignitatis insignia deponerent, & Arsenius sedens doceret.

Metaphr. ap. Sur. 19. Jul.

c. 2. 3.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

Arsenium ingens solitudinis amor tenebat, muneris sui curæ, & excelsæ fortunæ splendor oneri erant; honoribus non delectabatur. Tandem discedendi occasionem fors obtulit, cum Arcadius

culpam

culpam admisisset, quæ ob gravitatem dissimulari non poterat, ultimum puerorum supplicium adhibuit, & adolescentis petulantiam virgarum verberibus castigavit. Hic rigor juvenis animum eo usque exacerbavit, ut cuidam Duci, qui militibus corporis sui custodibus præerat, districte mandaverit; ab Arsenio se, quacunque demum via, liberaret. Dux militum, qui Arsenium reverebatur, & Imperatorem timebat, Arsenio aperuit, quid Arcadius moliretur, suasitque, ut si de vitæ suæ periculo securus esse vellet, e Regia se fuga eriperet. Arsenius in preces se dedit, ut Dei voluntatem cognosceret, audivitque vocem, sibi dicentem: *Arseni! homines fuge, & salvaberis.* Huic imperio confestim morem gerens, conscenso navigio, Alexandriam, & inde in desertum Scetis venit, ubi vitam Monasticam amplexus est. Ibi existens, rursus ad Deum oravit, ut sibi viam salutis revelaret, atque iterum vox ei allapsa: *Arseni! fuge, sile, quiesce! ita peccatum effugies.*

Sæculum IV. A. C. 395.

Arsenius.

Apopht. PP. ap. Cotel. Monum. Græc. to. 1. p. 353. n. 1. n. 2.

Imperator Theodosius, cum viri desiderio teneretur, eum in omnibus insulis, & desertis investigari jussit, sed frustra. Tandem Theodosio fatis functo, Arcadius locum, quo secessisset, comperit, & scripta Epistola se ejus precibus commendabat, pessima se in eum fuisse

Metaph. c. 9.

Sæculum IV. A. C. 395. machinatum fatebatur, rogabat veniam, potestatem faciebat, ut omnibus Ægypti tributis uteretur pro lubitu, eaque in Monasteria, & pauperes elargiretur, tantum sibi per Epistolam respondere non gravaretur. Arsenius moveri non potuit, ut rescriberet, sed tantum rogavit, ut suis verbis responderent: *Deus omnibus nobis peccata nostra remittat, quid distributio pecuniarum ad me, cum jam mortuus sim?* Initio suæ conversionis, adhuc non nullos sæculi gestus, non cogitans, retinebat; sedens, crura decussabat, & pedem uni genu imponebat; aperte increpare nemo audebat, ob viri reverentiam; verumtamen Abbas Pastor hac usus est industria; cum altero convenit, se ipsum in proxima fratrum congregatione hoc situ assessurum, ut se reprehendendi occasionem haberent; Pastor, quod condixerat, fecit, illico, quod contra leges modestiæ peccaret, monitus est, atque nullo verbo immodestiam defendit; intellexit Arsenius, hoc monitum ad se spectare, & sicut Patres speraverant, factum correxit.

§. II.

S. Arsenii virtutes.

Apopht. n. 4. Cæterum nulla alia re, quam virtutum splendore ab aliis Monachis communitatis Scetensis Arsenius discernebatur. Nemo,

Nemo, dum in aula vixit, Arsenio inces- Sæculum IV.
sit comptior, in Monasterio nemo vilius A. C. 395.
vestiebatur. A mane usque ad meri- n. 41.
diem conficiendis ex palma mattis occupabatur; sedens laborabat, in sinu strophiolum gerens ad abstergendas lacrymas, quæ ex oculis manabant; nam dono lacrymarum tota reliqua vita præditus fuit. Semel tantum in anno aquam, in n. 18.
qua palmarum folia, labori suo destinata, macerabantur, solebat effundere, contentus, si quandoque pauxillum novæ adderet. Monasterii Senioribus quadam die dicentibus: *Quare fœtentem hanc aquam non projicis?* respondit: *Oportet, ut modo hunc fœtorem tolerem, quia in Sæculo unguentis suave olentibus usus sum.* Singulis annis frumenti mensuram exiguam, quam Thallis dicebant, consu- n. 17.
mebat, sed etiam hujus parvæ mensuræ partem, qui ad eum invisebant, comedebant. Quadam die fratribus Scetensibus ficus dono allatæ sunt, sed tam paucæ, n. 16.
ut satius crederent, Arsenio nullam earum partem dare, ne offenderent; ipse ad Ecclesiam ire noluit, dicens: *Excommunicasti me, dum indignum judicastis, qui partem Benedictionis, vobis a Deo submissæ, acciperem;* omnes humilitatem viri admirati sunt; igitur Presbyter detulit ad eum ficus, &, gaudentibus omnibus, ad Ecclesiam reduxit. Totas no-

Sæculum IV. A. C. 395.

ctes vigilabat, & sub Galli cantum, cum natura dormire cogeret, somnum compellabat: *Veni ergo, serve male!* Et postquam brevissimo intervallo dormisset, surgebat. Quondam duos Monachos Alexandrum, & Zoilum rogavit, ut se tota nocte observarent; non eum tamen dormientem deprehendere potuerunt, nisi quod mane more dormitantis ter sonantius efflaverit halitum; at, idipsum an non ex composito fecerit, dubitavere.

n. 43.

n. 3. Sabbato ad noctem orare incipiebat, soli occidenti dorsum obvertens, atque in eo situ perseverabat, donec solis orientis

n. 15. radii faciem ejus illustrarent. Dicere solebat, Monacho satis esse, si una hora dormisset.

n. 36. Quadam die in Deserto Scetis ægrotantem adveniens Presbyter, ad Ecclesiam detulit, lecto, pellibus strato, imposuit, & capiti pulvinar subjecit. Uni Monachorum, ad eum invisenti, scandalo fuit, quod commode decumbentem conspiceret, dixitque: *An hic est ille Abbas Arsenius?* Presbyter, abducto extra conspectum Arsenii Monacho, dixit: *Edic! quidnam operis tibi erat olim in pago tuo?* Respondit Senex: *Eram pastor, & custos pecoris.* Presbyter ulterius: *An mollis tibi visa vitæ tuæ ratio, vel dura?* Monachus: *Duri plena laboris fuit.* Presbyter: *Nunc autem qualis tibi vita*

vita in cella tua videtur? Monachus: *Multo magis quieta.* Tunc Presbyter: *Vides hunc Abbatem Arsenium? in Mundo Imperatorum Pater colebatur; mille erant mancipia, vestibus sericis induta, cingulis, armillisque aureis ornata; lectis pretiosissimis cubabat. Tu vero, pecoris custos, in mundo quiete carebas, qua in Cella tua frueris, ipse hic deliciis privatur, quibus in mundo abundabat; tu levaris, ipse patitur!* Senex Monachus, his verbis commotus, in terram prostratus, ait: *Da veniam, Pater! peccavi! bonam pœnitentiæ viam tenet.* Et accepta sibi utilissima Doctrina, rediit. S. Arsenii tanta erat paupertas, ut cum, morbo decumbens, interula indigeret, pecuniam sibi per modum eleemosinæ dari passus sit, qua emeret, dicens: *Gratias tibi ago, Domine! quod me habueris dignum, qui in tuo nomine eleemosinam acciperem.* (*) Ex aulicis Imperatoris aliquis attulit Arsenio testamentum defuncti Senatoris, Propinqui illius, pinguem ei hæreditatem relinquentis; ipse acceptum manibus testamentum erat dilaceraturus; ad genua ejus procumbens aulicus dixit: *Rogo te,*

Sæculum IV. A. C. 395.

S. Arsenius.

n. 20.

n. 29.

(*) Hic S. Arsenius orationem dirigit ad Deum; at ineptus interpres heterodoxus direxit ad hominem. Ejusmodi erroribus in hac translatione omnes paginæ scatent.

Sæculum IV. A. C. 395.

ne id feceris! vitæ mihi periculum creas! S. Arsenius respondit: *Quomodo huic propinquo meo succedere possim, cum ante ipsum mortuus sim?* Nec quidquam ex hoc testamento voluit accipere.

n. 21. Inter cœteras virtutes Arsenius maxime silentium, & solitudinem amabat. Cellula ejus duobus supra triginta miliaribus, id est, ultra decem Leucas a cœteris distabat; ægerrime egrediebatur, aliique Monachi eidem necessaria

n. 42. præstabant obsequia. Quando Ecclesiam adibat, sedens permanebat post columnam, ne facies sua a quoquam conspiceretur, nec ipse aliorum conspiceret. Aliquando ad eum Abbas Marcus dixit: *Quare nos fugis?* Arsenius respondit: *Deus scit, quantum vos diligam! sed simul cum Deo, & cum hominibus conversari non possum; catervis cœlestibus una est voluntas; quisque hominum propriam habet.* Patrum aliquis adveniens ostium

n. 37. ejus pulsavit; S. Senex aperuit, credens adesse ministrum suum; at videns esse alium, faciem in terram prostravit; dixit alter: *Surge, Pater! ut amplectar te! non surgam*, respondit ipse: *priusquam abieris!* Et quantumcunque alter

n. 7. instaret, non surrexit. Theophilus Archiepiscopus quadam die ad eum invisit comitante Magistratu, rogavitque, ut sibi loqueretur; Arsenius, postquam aliquantu-

quantulum silentium tenuit, dixit: *Si vero quidquam tibi dixero, num servaturus es?* Ipsisque promittentibus, dixit: *Ubicunque sciveritis, Arsenium esse, illuc ne accedite!* Alia vice Archiepiscopus, ei colloqui cupiens, præmisit, qui interrogaret, an, se veniente, ostium esset aperturus? Respondit: *Si veneris, aperiam tibi, si tibi aperuero, omnibus aliis aperiam, & sic ex hoc loco migrare cogar.* Archiepiscopus dixit: *Satius est, ut virum non accedam, quam ut loco suo pellam.* Quibusdam Senioribus aliquando urgentibus, ut sibi colloqueretur, & pertinacis silentii rationem explicaret, dixit: *Quamdiu puella in Patris sui domo est, a multis requiritur, postquam viro data est, varia de ea est fama, nec tanti, quantum antea, æstimatur:* Ita etiam Spiritualia, si vulgentur, non omnibus prodesse possunt.

Sæculum IV. A. C. 395.

n. 8.

n. 44.

S. Arsenius istud vitæ genus usque ad annum nonagesimum quintum traxit; quadraginta annos numerabat, dum aulam reliquit, atque alios quadraginta in Deserto Sceti transegit, quo a Barbaris devastato, abscessit, & annis adhuc quindecim ei hujus lucis usura data est. Spectabili erat corporis habitu, quem senectus non nihil curvavit. Pulchra facies, candidi capilli, barba ad cingulum promissa; at ex fletu continuo pili palpebrales

n. 42.

n. 21.

Sæculum IV. A. C. 395.

brales exciderant. Nunquam de Sacræ Scripturæ quæstionibus loqui voluit, quamvis Doctrina suppeteret. Ægre adducebatur, ut cuiquam Epistolam scriberet. Aliquando dixit: *Totius mundi scientia nihil nobis prodest, & rustici isti Ægyptii suo labore virtutes acquisierunt.* Cum Senis Ægyptii super propriis suis cogitationibus mentem exquireret, aliquis ad eum dixit: *Pater Arseni! tu vir es omnibus Romanorum, Græcorumque scientiis instructus, quomodo ergo ab hoc homine rustico consilium expetis?* Respondit: *Scientias Græcorum, Romanorumque calleo, at hujus senis Alphabetum necdum didici.*

n. 5.

n. 6.

§. III.

Cassianus in Ægypto, Cheremon, Nesteros, Joseph.

Gennad. c.60 Cass. Coll. XXIV. c.1.

Præf. ad Just. Coll. c.1. Coll. XI. c.1. c.5.

Quantam vitæ perfectionem Monachi Ægyptii professi fuerint, ex relationibus Joannis Cassiani cognoscitur, qui circa illud tempus ad eos invisit. Is natione Scytha, divitibus, & piis parentibus natus, ab unguiculis in Monasterio Palæstinæ prope Bethlehemum ad pietatem institutus est; est autem hoc Monasterium aliud ab illo S. Hieronymi, &, ut verosimile est, antiquius. Ibi Cassianus, vitam Monasticam amplexus, Monacho, cui

cui nomen Germanus, dulci amicitia junctus est; ambos ad Solitarios Ægypti pergere cupido incessit, ut vitæ eorum perfectionem addiscerent. Abbas, & cœteri illius communitatis Monachi in hoc propositum consenserunt, ea conditione, ut, omnibus perspectis, ad suum Monasterium redirent. Navigio impositi, in urbem Ægypti, nomine Tennesum, delati sunt; adjacentem circum terram salsæ paludes sterilem reddunt, atque incolæ solo mercatu vitam sustentant. Ibi Archebium Panephysi, urbis vicinæ, Episcopum, obvium habuere, qui adventantes magna charitate excepit. Archebius ex Anachoretis assumptus fuerat, ut Episcopus consecraretur; quo nullatenus extollebatur, sed dicebat, se ab instituto Anachoretarum ejectum, tanquam indignum, eo quod triginta septem annis, quibus in eo vixerat, in via virtutis non profeciisset; verumtamen in Episcopatu prioris vitæ rigorem servabat. Is ergo, tunc forte Tennesi ob Episcopi electionem versatus, intellecta causa, quæ Cassianum, & Germanum in Ægyptum adduxisset, ait ad eos: *Antequam ulterius progrediamini, venite, ut penes nostrum Monasterium videatis viros senio inclinatos, & ipsa specie venerabiles, quorum solus aspectus loco doctrinæ est. Ex his discetis, quæ ego vos docere*

Sæculum IV. A. C. 395.

Coll. XI. c. 2.

Sæculum IV. A. C. 395. *cere non possum, quia memoria excide-runt.*

c. 3. His dictis Archebius, arreptoque baculo, & pelle caprina, hic enim erat Monachorum Ægypti itinerantium instructus, hospites suos Panephysum deduxit; in regione prope tota aquis inundata, colles, insularum specie, eminebant; ibi tres decrepiti Senes degebant Cheremon, Nesteros, & Joseph. Primo Archebius hospites suos Cheremoni stitit, qui loco proximus erat, & ætate major. Plusquam centum vitæ annos numerabat, senio ita incurvatus, ut non solis pedibus, sed & manibus nixus graderetur. c. 4. Cassianus, & Germanus viri facie, & modo gradiendi insolito attoniti, rogarunt, ut aliqua ad eorum Doctrinam diceret; hunc enim esse profectionis suæ finem. Tunc Cheremon ducto profundo gemitu inquit: *Quam Doctrinam a me exspectatis, quem corporis infirmitas a pristino vigore remittere coegit, atque loquendi audaciam ademit? quomodo alios docebo, quod ipse non perficio? ideo nullum juvenem patior mecum habitare, ne meo exemplo a rigore desistat, & in teporem labatur.* c. 6. Tamen eorum precibus victus, primo de perfectione disseruit, quam in charitate consistere ostendit. *Coll. XIII.* Post refectionem de castitate locutus est, *Coll. XIV.* & altera die post preces matutinas de

Dei

Dei Protectione, id est, de gratia dixit, sine qua nec castitas servari, nec aliæ virtutes acquiri possunt. Nec istos ultimos sermones sponte sua, sed ut eorum quæstionibus satisfaceret, protulit. Sæculum IV. A. C. 395.

Inde ad Abbatem Nesteros transierunt; nam nomen Abbatis omnibus his Sanctis Senibus ob ætatem eorum, & virtutem dabatur, quamvis privati Anachoretæ essent, nec alios Monachos regerent. Idem Nesteros esse creditur, qui S. Antonii amicus dicitur. Hic cum Cassiano, & Germano colloquia instituit de Scientia Spirituali, atque de vitæ activæ, & contemplativæ diversitate; ubi obiter Poetarum, aliorumque Scriptorum profanorum lectionem perfectionis Religiosæ obstaculum edicit. Post refectionem, & orationem vespertinam de more in mattis consederunt, atque Nesteros, sermonem repetens, de diversitate donorum Dei, id est, miraculorum, aliisque similibus Gratiis locutus est, ut magni facere virtutes discerent. Tertius, quem adierunt, fuit Abbas Joseph. Is natus in urbe Thmovi nobilissimis & in civitate præcipuis parentibus magna cura fuerat educatus; scite linguam græcam loquebatur, nec ei opus erat interprete, sicut aliis, non nisi Ægyptium sermonem callentibus. Primo aditu percontatus est, num Cassianus, & Germanus

Coll. XIV.

Vitæ PP. lib. IX. n. 11. Rosw. p. 562 c. 12. 13.

Coll. XV.

Cassiani itinera.

Sæculum IV. A. C. 395.

nus fratres essent? atque, ipsis respondentibus, se quidem esse, non sanguinis propinquitate, sed spirituali conjunctione, de amicitia loqui cœpit, demonstrans, illam solam esse veram, quæ fundamento virtutis inniteretur. Tum deduxit eos in cellam separatam, ubi noctem ageret; sed animi fervor, quem loquentis verba in amborum cordibus excitaverant, somni quietem capere non permisit.

Coll. XVIII c. 1.

c. 2. Ergo cellula egressi, in loco ad centum passus remoto considunt. Tunc Germanus cum gemitu: *Quid faciemus? Sancti isti suis exemplis nobis ostendunt, quæ via ad perfectionem sit? nosque illuc perducere possent, nisi promisissemus prompte ad monasterium nostrum redire; si vero semel redierimus, huc remeare ultra non licebit.* Cum aliquo intervallo hac cogitatione affligerentur, & pœniteret, quod respectu humano victi, reditum condixissent, ut discedendi licentiam obtinerent, tandem Cassianus ait: *Consulamus hunc Senem! & quod dixerit, divinum oraculum credamus!* Igitur horam nocturnarum precum exspectarunt, quibus persolutis, rursus mattis, quas dormientes presserant, considunt; Joseph mœstos hospites conspiciens, causam exquirit, quam ubi Germanus exposuit, dixit Joseph: *An vere vobis persuasum habe-*

c. 3.

c. 4.

habetis, vos in hac Regione majori animarum veſtrarum bono permanſuros? Credimus, inquit Germanus: *id ne quidem in quæſtionem cadere poſſe.* Tum Joſeph ſermonem exorſus eſt de obligatione promiſſi, dixitque, non nunquam melius non ſervari. Mendacium officioſum probat, imo ex SS. Scripturæ exemplis auctoritatem huic rei conciliare ſe putat, nam hunc errorem non nulli Orientales fovebant. His argumentis duorum amicorum dubium ſolutum, manſeruntque in Ægypto annis ſeptem, quo tempore ſæpe ad fratres ſuos litteras mittebant.

Sæculum IV. A. C. 395.

c. 5.
c. 6.
c. 7.
c. 8. 9. *&c.*
c. 31.

§. IV.

Pynufius.

Haud procul ab urbe Panephyſo Caſianus, & ſocius ejus, Abbatem Pynufium inviſerunt, ſibi jam antea cognitum, quod olim in ipſorum Monaſterio Palæſtinæ fuiſſet. Presbyter erat, & magni Monaſterii Rector, in tota Provincia virtutibus, & miraculis clarus; cum ſuo judicio humilitatis exercitatio ſibi deeſſet, aſſumpto ſæculari veſtitu, in Thebaidem ad Monaſterium Tabennenſe, a S. Pacomio fundatum, perrexit. Sciebat in eo Monaſterio regulam Monaſticam exacte obſervari, atque Monachorum multitudo, & locorum diſtantia ſpem injecerant, ibi latere ſe poſſe. Diu

Coll. 20. *c.* 1
Inſtit. c. 30.

Sup. t. XV. §. 58.

ad

Sæculum IV. A. C 395. ad januam ſuſcipi poſtulantem, & ad fratrum pedes proſtratum, non audierunt, quod virum Senem æſtimarent, ideo mundo valedicere, quia mundo frui ulterius non valeret, & potius, ut de fame ſecurus ſit, quam ſalutis deſiderio adveniſſe. Tandem, ſæpius repulſam paſſum, admiſerunt, eique hortum excolendi laborem ſub juvenis fratris imperio injunxerunt. Ipſe obedientia perfecta juveni ſubjiciebatur, & ſervitia, faſtidium moventia, libentiſſime ſuſcipiebat, etiam de nocte ſurgens, ut ea ſecreto perageret. Poſtquam annis tribus ita latuit, quamvis fratres per omnem Regionem Patrem ſuum indagarent, tandem aliquis ex inferiori Ægypto adveniens, ægre tamen, eum cognovit, centonibus tectum, incurvato ſeniliter corpore terram arantem, & fimetum apportantem, ut olera inſereret. Diu dubitavit, an ipſe eſſet, at tandem vultum viri, vocemque agnoſcens, ante pedes ejus provolutus eſt, ſtupentibus Monachis Tabennenſibus, qui hunc congregationis ſuæ minimum reputabant. Sed omnem modum admiratio ſupergreſſa eſt, dum audierunt Senis nomen, fama ſibi jam dudum notum; ergo ignorantiam ſuam dolentes, veniam rogavere, quod indigne tantum virum habuiſſent. Ipſe abundantiſſime lacrymas fundebat, quod humi-

humilitatis occasio, sibi optatissima, eri- Sæculum IV.
peretur. Tum fratres ad suum Mona- A.C. 395.
sterium reduxerunt, maxima cura caven-
tes, ne sibi denuo elaberetur.

Nihilominus haud multo post auffu- c. 51.
git in Regionem externam, ubi omnibus
esset ignotus; noctu egressus, & navi-
gium nactus, in Palæstinam ad Monaste-
rium Bethlehemiticum venit, ubi tunc
Cassianus, & Germanus degebant. Tan-
quam Novitius susceptus, illis duobus in
una Cella junctus est. Sed brevi tem-
pore ibi fuit, nam Monachi Ægyptii ad-
venientes, ut in sanctis locis orarent, a-
gnitum, in suum Monasterium reduxe-
runt. Ubi Cassianus, & Germanus in c. 32. 33.
Ægyptum venerunt, eum sollicite quæ- Coll. XX. c. 2
sivere, testesque fuere Doctrinæ, quam,
tota communitate præsente, Monacho
recens suscepto tradidit, postquam ei-
dem pluribus diebus, flagitanti ingres-
sum, januam non aperuerat. *Diu*, in-
quit: *ingressum tibi denegavimus, quam-
vis ex toto corde salutem tuam, & om-
nium aliorum desideremus, imo omnibus
ad Deum converti volentibus longissime
obviam procedere cupiamus; sed ideo id
factum, ne tu, nosque simul coram Deo
peccati rei simus, si nimis facile admissus,
in teporem incideres.* Deinde vehemen-
ti oratione ei necessitatem illam ante o-
culos posuit, ut Monachus perfecte se

Sæculum IV. A. C. 395. ipſum abneget. His duo ſocii Caſſianus, & Germanus commoti, tantum non in deſperationem agebantur; quod tam longe ſibi a profeſſionis ſuæ perfectione abeſſe viderentur. Inde Abbas Pynufius, occaſionem nactus, de pœnitentia, & mediis priſtinos emendandi errores ſermonem inſtituit. Inſtanter rogabat, ut in ſuo Monaſterio manerent, at celeberrimum Scetis deſertum videndi deſiderium eos ibi hærere non ſinebat.

c. 3.

c. 4. 5. *&c.*

c. 4. *in fin.*

§. V.

Piammon. Joannes.

Coll. XVI. 2. *c.* 1. Ergo Nilum trajiciunt, & Diolcos exiguam urbem, ad unum ex ſeptem fluvii oſtiis ſitam, devehuntur, ubi aliqua antiqua, & celebrata Monaſteria habitabantur. Anachoretæ alii viſebantur in Inſula, cujus unum latus Nilus, aliud mare alluebat, & in qua nihil præter ſteriles arenas invenire erat; nulla Monachis aqua niſi Nili, ultra tria milliaria a ſuis Cellis diſtantis; hinc eis major cura de aqua conſervanda, quam in aliis locis de vino pretioſiſſimo erat. Præterea per montes, & arenas veſtigia euntium fallentes, ad Nilum impedita erat via. Anachoretarum illorum aliquis, cui nomen Archebius, cum videret, quam ardenti deſiderio Caſſianus, & Germanus tenerentur, in illa ſolitudine permanen-

Inſtit. X. c. 36

c. 36.

manendi, ſuam Cellam, ut erat, ad hoc vitæ genus inſtructiſſimam, eis ceſſit, commentus, ante eorum adventum locum hunc deſerere ſibi in animo fuiſſe. Poſtquam aliam cellam non ſine maximo labore ædificavit, eam ſimili ſimpliciſſimæ charitatis arte aliis ſupervenientibus fratribus ſponte reliquit, & novo labore ſibi tertiam conſtruxit. Archebius honeſtiſſima familia urbis Diolcos originem traxerat, jamque puerilibus annis in Monaſterium, ab urbe quatuor, non pluribus milliaribus, diſſitum conceſſit, & annis quinquaginta ibi vivens, nunquam in urbem venit, nullam fœminam, nequidem matrem, vidit. Verumtamen ſciens, defuncto Patre Matri ob debitum centum aureorum, non ſolutum, creditores moleſtos eſſe, per integrum annum diu noctuque laborans, & Monaſterio nunquam egrediens, requiſitam pecuniæ ſummam lucratus eſt, & ſoluto debito, in Matris animum quietem reduxit. Sæculum IV. A. C. 395.

In hac ſolitudine Diolcos Caſſianus, & Germanus Abbatem Piammonem adierunt, tunc inter omnes Anachoretas ætate maximum, & eorum Presbyterum. Dono miraculorum clarebat, quorum aliqua, ipſis præſentibus, edidit. Advenientes humaniſſime excepit, & intellecta itinerum cauſa, de tribus generibus Monachorum, tunc in Ægypto degen- *Coll. XVIII c. 1.*

Sæculum IV. A. C. 395.

tium, dicere cœpit; nempe de Cœnobitis in communitate viventibus, de Anachoretis, qui in Monasterio instructi, ad perfectiorem solitudinem transibant, & Sarabaitis, hominibus vagis, & Pseudo-Monachis. Ad tempora Apostolorum refert Cœnobitarum institutionem, quod sint vitæ communis Christianorum Jerosolymæ reliquiæ. Ex his Anachoretas ortum duxisse dicit, quos inter omnium primos numerat S. Paulum, & S. Antonium. Sarabaitæ autem nulla regula Duce effrenatæ licentiæ, & avaritiæ indulgebant, eorumque numerus admodum excreverat. Cœnobitarum, & Anachoretarum numerus in Ægypto erat prope æqualis, in aliis Regionibus Sarabaitæ prævalebant; *Hæc*, inquiebat Piammon: *propria experientia didici, illo tempore, quo Lucius Episcopus Arianorum sub Valentis Imperio persecutionem movit, dum eleemosinas fratribus nostris, in Ponto Armeniæ ad metalla damnatis, deferebam.* Quartum etiam dabatur Monachorum genus nempe Eremitarum, noxiam libertatem sequentium, qui se obedientiæ jugo subtrahebant, ut sub Anachoretarum nomine soli, & suo arbitrio viverent.

c. 4.

Cœnobitæ.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

Sup. l. XVII §. 36.

c. 8.

Post aliquot dies Cassianus, & Germanus ad Abbatis Pauli Monasterium se contulerunt, plusquam ducentis Monachis

Coll. XIX. c. 1.

chis habitatum; & tunc forte ex aliis quoque Monasteriis innumerabilis multitudo convenerat, Abbatis prioris defuncti anniversarium diem celebraturi. Dum in vasta area duodeni per series multas distributi refectionem exspectant, frater juvenis sero nimis cibum intulit, cui Abbas Paulus sonantem alapam inflixit; at juvenis non ideo murmurare, non vultus colorem mutare, nec quidquam pristinæ modestiæ amittere visus, omnibus præsentibus eximium Monasticæ humilitatis & patientiæ exemplum dedit. Hujus Monasterii Senior erat Joannes Venerabilis, humilitate præcipuus, cujus virtutis gratia, relicta vita Anachoretica, rursus ad Monasterium redierat. Apud hospites ambos de Status Anachoretici, & Monastici distinctione, de utriusque bonis, & periculis disseruit; illum vero Monachum perfectissimum esse, qui utriusque status virtutes conjungeret, *Sicut me teste*, inquiebat; *Abbas Moyses, Paphnutius, & ambo Macarii conjunxerunt; ipsi quidem amore solitudinis satiari non poterant, nec ullam hominum societatem cupiebant; nihilominus, aliis sponte ad se venientibus, fratrum multitudinem, & infirmitates invicta patientia tolerabant, ac si totum vitæ tempus eorum servitio addixissent.*

Sæculum IV. A. C. 395.

c. 2.

c. 3. 4. &c.

c. 9.

Sæculum IV.
A. C. 395.

§. VI.

Theonas. Abraham.

Coll. XXI. Inde Cassianus, & Germanus Abbati Theonæ collocuti, conversionis ejus occasionem didicerunt. Parentum imperio admodum juvenis uxorem duxerat, ut vitia, quibus juventus immergi solet, evitaret. Cum annis quinque cum uxore vixisset, quondam more solito in concivium suorum societate ad vicinum Monasterium fructuum suorum decimas, seu primitias detulit; advenientes quidam Senex, cui nomen Joannes, excepit, cui id muneris ob virtutis merita Monasterium mandaverat; is ut ipsorum cha-
c. 2. ritatis vices redderet, de obligatione dandi Deo Decimas, & Primitias Doctrinam explicavit, quæ pauperum necessitatibus
c. 5. 6. 7. impenderentur. Tum dixit de Perfectionis Evangelicæ supra Legis obligationem excellentia. Theonas hac oratione permotus, uxorem relinquere statuit, ut Monachus fieret, &, quamvis mulieri, ut ipsa quoque Monialem indueret, persuadere non potuisset, ea invita
c. 10. discessit. Hoc Cassianus non narrat tanquam exemplum imitandum, sed singulari instinctu factum, quod Deus postea, dum Theonæ miraculorum donum concessit, approbavit. Is deinde tantos in virtutibus progressus fecit, ut mortuo

Elia

Elia, Joannis Succeſſore, communi con- Sæculum IV.
ſenſu ad obeundum defuncti munus, quod A. C. 395.
græce Diaconiam dicebant, nempe accipiendas, erogandasque eleemoſinas electus ſit. Id vero ipſum maximi momenti officiis accenſebant. (*)

Abbas deinde Theonas una die ad viſendos Caſſianum, & Germanum in eorum Cellam venit, omnibusque in terra conſidentibus, quia tempus Paſchale agebatur, interrogabant: *Quare apud vos exactiſſime obſervatur mos, ne quis unquam per hos quinquaginta dies in oratione genua flectat, aut jejunet usque ad Nonam? non enim ita ſcrupuloſe in Monaſteriis Syriæ ad hæc attendimus.* Reſpondit Theonas: *Jejunium ſe ipſo eſt* c. 12. 13.
res indifferens, quæ pro diverſitate temporis poteſt obſervari, vel non obſervari. Traditione Apoſtolica tenemus, non ſolum c. 20.
quadraginta dies, quibus JEſus Chriſtus poſt ſuam Reſurrectionem apparuit, in lætitia eſſe tranſigendos, ſed etiam illos decem dies, quos ejus Diſcipuli ante adventum Spiritus S. in Receſſu conſumpſe-

(*) Ergo Monachi ex acceptis decimis, & primitiis pauperum inopiam ſublevabant; ex quo rurſus Interpretis heterodoxi vecordia confunditur, dicentis, Monachos in primis Sæculis hominum genus fuiſſe, nec Deo, nec proximo utile.

Sæculum IV. A. C. 395.

runt; ne autem hac remissione fructum abstinentiæ quadragesimalis amittamus, in

c. 23. *eo tantum remissio consistit, quod aliquanto maturius reficiamur, nempe hora sexta pro hora nona; at nec meliores cibos, nec plures apponimus.* Itaque nunquam plures, quam duodecim panis uncias

c. 24. per diem comedebant. Ulterius Germanus quærere; quare quadragesima sex septimanis, & in quibusdam Regionibus septem, absolveretur, cum tamen nec sex, nec septem hebdomadæ quadraginta dies conficerent, si dies Sabbati,

c. 25. & Dominicæ, quibus non jejunatur, rescindantur: sed tantum triginta sex?

c. 27. Theonas respondit: *Isti triginta sex dies, decima pars sunt totius anni, qui trecen-*

c. 28. *tis sexaginta quinque diebus constat; tota diversitas in eo est, quod illi, quorum quadragesima sex septimanis finitur, etiam diebus Sabbati jejunent. Nihilominus istud tempus semper quadragesima dictum, forte ad illorum quadraginta dierum memoriam, quibus Moyses, Elias, & ipse JEsus Christus jejunarunt. Qui ad per-*

c. 29. *fectionem tendunt, hac lege non jejunant, nec tam arctis limitibus suam abstinentiam coarctari sinunt. Veteres toto anno jejunabant, & Lex quadragesimæ tantum*

c. 30. *in gratiam infirmorum inducta est, ut saltem decimam anni partem Deo dicarent.* Hic dispicitur, Cassianum, eosque, quorum

rum sermones refert, de antiquitate, & utilitate quadrageſimæ nullatenus dubitaſſe. Poſt hæc Abbas Theonas coram eis differere cœpit de illuſionibus nocturnis, illisque S. Pauli verbis: *Non enim, quod volo bonum, hoc facio, ſed, quod nolo malum, hoc ago;* Oſtendens, etiam Sanctos in hac vita, nec a peccato exemptos, nec perfectos eſſe.

Sæculum IV. A. C. 395. *Coll. XXII. XXIII.* *Rom.* 7. 19. *c.* 17. 18. *&c.*

Poſtquam Caſſianus, & Germanus aliquanto tempore in Ægypto morati fuiſſent, violenta eos tentatio inceſſit in patriam, & ad parentes ſuos redeundi, qui, cum eſſent nummati, & pii, a propoſito non averterent, ſed omnia vitæ neceſſaria abundanter eſſent ſuppeditaturi. Præterea plures alios ſuo exemplo, & exhortationibus convertendos ſperabant; tandem animo præcipiebant, in vicinia terrarum, quæ Majorum ſuorum patrimonia fuiſſent, ſe grata nemora, terrasque deſertas quidem, ſed ſitu jucundas, & ſi colerentur, fertiles, inventuros. Hoc ſuum conſilium Abbati Abrahamo communicarunt, qui, occaſione uſus, Doctrinam de comprimendis humanis affectibus eis expoſuit: Dicens: *Iſta infirmitas veſtra indicium eſt, quod necdum mundo renuntiaveritis, aut deſideria carnis amputaveritis. Nos quoque eadem commoda quærere potuiſſemus; parentes noſtri lubentiſſime nobis alimenta præberent,*

Coll. XXIV. Caſſianus & Germanus *c.* 2.

Sæculum IV. A. C. 395.

& divites hujus mundi, ſi parentes deeſſent, omnia nobis neceſſaria ſubminiſtrare gauderent. Quid cellas noſtras in ripa Nili condere prohibuiſſet? & ſic laborem vitare, quo nobis quatuor milliaribus aqua adferenda? in hac etiam Regione deſerta minus horrida, arbores frugiferas, hortosque invenire potuiſſemus; ſed omnibus aliis commodis hæc triſtia & arida deſerta, arenas ſalſas, & ſteriles prætulimus. Qui ad perfectionem aſpirant, talem ſibi ad habitandum regionem eligant, ubi nihil ſit, quod eos ad egrediendum e Cella alliciat, & laborandum in aprico; nam ſic Spiritus in varias cogitationes diſſipatur. Abraham neceſſitatem laboris manuum in hoc ſermone inculcat, ne aliorum labore Monachus vivat, & a cujusquam favore dependeat.

c. 3. 4.

c. 11. 12. 13.

§. VII.

Caſſianus in Deſerto Scetis.

Germanus, & Caſſianus ſeptem annis in Ægypto converſati, ad Monaſterium ſuum Bethlehemiticum rediere, ubi benigne habiti, rurſus obtenta Seniorum ſuorum licentia, profecti ſunt, ut celeberrimum deſertum Scetis* viderent. Ibi inter alios ſeptem notiſſimis Solitariis Moyſi Paphnucio, Danieli, Serapioni, Theodoro, Sereno, & Iſaaco collocuti ſunt. Abbas Moyſes juvenis olim cum S. Antonio fuerat;

Coll. XVII. c. 1.

* *nempe montis, qui Scetis dicebatur.*

Coll. I. c. 1.
Coll. II. c. 2.

rat; cum ab eo aliquam Doctrinam ad ſuam ædificationem peterent, vix multis precibus impetrarunt, quippe de perfectione Chriſtiana non niſi coram illis differendum exiſtimabat, qui eam ardenter deſiderarent, non vero coram talibus, qui eam non quærerent, ne & ipſe aut oſtentationis, vel imprudentiæ argui poſſet. Ad ultimum eorum precibus, & lacrymis victus, de fine vitæ Monaſticæ ſermocinatus eſt, qui nullus alius eſt, quam puritatem cordis acquirere, ut ad vitam æternam perveniamus. Altera die locutus eſt de diſcretione, aut potius de diſcernendis Spiritibus, & Prudentia, omnium aliarum virtutum Regula, cujus neceſſitatem per exempla demonſtravit.

Sæculum IV. A. C. 394.

Coll. 1. c. 1.

c. 5.

Col. III. c. 1.

Inde collocuti ſunt Abbati Paphnucio, cui cognomen erat Bubalus, ob ingentem ſolitudinis amorem, ita ut etiam aliorum Anachoretarum alloquium fugeret; tunc temporis in Deſerto Sceti Presbyter is erat, annos vitæ plures, quam nonaginta numerans; nunquam tamen perſuaderi potuerat, ut cellulam, quam juvenis incolere cœperat, relinqueret, quamvis ea quinque milliaribus, id eſt, ferme duabus leucis ab Eccleſia diſtaret. Nihilominus omnibus diebus Sabbatinis & Dominicis in Eccleſiam pergebat, nec inde redibat vacuus, ſed humeris imponebat grande vas, aqua plenum, qua tota hebdo-

Sæculum IV. A. C. 395. hebdomada uteretur. Nunquam ab hoc labore ſenex juvenum opera, quamvis offerrent, levari ſuſtinuit. Is coram duobus hoſpitibus amicis differuit de trium rerum renuntiatione, Solitario neceſſaria, nempe divitiarum, Bonorumque externorum, ſuorum affectuum, & cogitationum, ut temporalium rerum omnium obliviſcatur. Danielem præcipue humilitas commendabat; hunc Paphnucius Diaconum ordinari procuravit, eum pluribus aliis ætate majoribus præferens, imo poſtea Sacerdotio initiari; verum Daniel nunquam adduci potuit, ut, Paphnucio præſente, ſacerdotii officio fungeretur, ſed eidem, ut ut Presbyter, tanquam Diaconus inſerviebat. Hunc Paphnucius in Succeſſorem ſibi deſtinabat, ſed talia cogitantem ſpes fefellit, quippe Daniel ante eum e vivis abiit. Is, Caſſiano, & ſocio ejus ad ſe inviſentibus, de cauſis ariditatis ſpiritualis, atque de carnis adverſus Spiritum pugna dixit. Serapion, diſcretione præcipuus, de octo vitiis principalibus ſermonem inſtituit, nempe de omnium peccatorum fontibus, gula, incontinentia, avaritia, ira, triſtitia, tœdio, levitate, & ſuperbia.

c. 6. *Coll. IV. c.* 1. *c.* 2. *c.* 7. *Gal.* 5. 17. *Coll. VII.*

Vetus Monaſterium erat in Palæſtina prope Thecuam, ad mare mortuum, & deſerta Arabiæ ſitum, quod Sanctiſſimi Monachi a multo tempore incolebant; hi

Coll. VI. c. 1.

hi repentina Saracenorum incursione omnes occisi. Illius Regionis Episcopi, atque omnis Arabum populus sublata eorum corpora penes reliquias Martyrum terræ mandarunt. Innumerabilis vero populi multitudo ex duabus proxime sitis urbibus confluxit, & pro harum Reliquiarum possessione etiam strictis gladiis pugnabatur, aliis jure viciniæ, aliis, quia apud se nati erant novi Martyres, eas sibi vindicantibus. Eos Ecclesia vigesima octava Maji Martyrum cultu prosequitur. Cassiano, & quibusdam aliis, illa inter Christianos ferocitas scandalo fuit, quod ipsis Dei bonitate indigna videretur; hinc Theodorum, in Cellis inter Nitriam, & Scetin habitantem, consuluerunt; is, accepta occasione, de natura mali, & ærumnarum utilitate ad eos locutus est. Serenus, Angelicæ puritatis vir, ad eos de nobilitate animæ, & de potestate, quam Dæmones in eam haberent, dixit. Ut facta constantia narrat, primos, qui in hæc deserta veniissent, solitarios multo magis Dæmonum vexationibus fuisse obnoxios, a quibus etiam visibiliter lacessebantur, ita ut fratres in vigilia, & custodia Monasterii sibi invicem succedere cogerentur; minor autem tunc temporis, quam olim erat Dæmonum in Monachos potestas. Hujus colloquii occasione Abbas Serenus ad aliam dissertationem de natura

Sæculum IV. A. C. 395.

Martyr. Rom.

c. 3. &c.

Coll. VII. c. 13.

Coll. VIII.
Coll. II. X.

Sæculum IV. A. C. 395.

natura Dæmonum, de eorum lapsu, subordinatione & cuilibet ipsorum assignato munere delapsus est. Abbas Isaac de oratione illis collocutus est.

§. VIII.

Vita Monachorum in Ægypto.

1. *Inst. c. 5. Sup. l. XV. §. 58.* Longa commoratione in Ægypto Cassianus Monachorum illorum vitam, & mores plene didicit, quo auctore plurima de eis scimus; etiam, quibus uterentur vestimentis, scripsit. Tunica linea tegebantur, quæ paulo infra genua dependebat; manicæ cubitum non excedebant, ut ad laborem expeditiores essent manus. Huic *Collobe*, seu *Lebitone* nomen erat. Ciliciorum usum non probabant, tanquam rem insolitam; atque universim, quidquid ostentationem redoleret, damnabant. Latitudo tunicæ longitudine major erat, quam non solum cingulum colligebat, sed etiam fascia lanea, e collo utrinque sub axillas descendens, latera constringebat, ut totis brachiis liberrime uti possent. Cucullos, seu Capucios gestabant valde exiguos, qui vix humeros contingebant; hos nec die, nec nocte deponebant. Nudis plerumque incidebant pedibus, nisi quod non nunquam calceos inducerent, ut tempore hyberno matutinum frigus, vel meridianos calores arcerent, tuncque illo vulgari

Reg. I. Pathom. c. 2. c. 3. c. 4. c. 10. *Hier. Præf. in Reg. S. Pachom.*

ri calceamentorum genere pedes muniebant, quod latine caligæ dicitur. Supra tunicam pallio, quod *Maforte* dicebant, operiebantur; hoc collum, humerosque contegebat, eratque, ſicut tunica ex lino contextum; atque his melotam, ſeu pellem caprinam imponebant. Itinerantes manu baculum tenebant. Sæculum IV. A. C. 395. c. 7. c. 8. c. 9.

Cibus quotidianus ſolus panis erat, & aqua, quippe poſt longas deliberationes, & multa experimenta hoc alimentum leguminibus, oleribus, aut arborum fructibus, quæ alii, omiſſo pane, comedebant, præferendum judicarunt. Ipſi igitur pane toſto reficiebantur; ſingulorum dierum portio erat una libra Romana, ſeu unciæ duodecim, quas duo exigui panes ſex unciarum, paximacia dicti, appenſi æquabant; unum hora nona, alterum ſub crepuſculum manducabant. Diebus, quibus non jejunatur, quales ſunt Dominicæ, & tempore Paſchali primam refectionem maturius, nempe in meridie, ſumebant; id etiam non nunquam hoſpitum gratia faciebant; ſive autem ſemel, ſive bis reficerentur, nunquam præſcriptam ſibi menſuram excedebant; ea Monachis novitiis primo magna videbatur, & duodecim panis uncias vix poterant conſumere; at ubi temporis ſucceſſu ſolo pane vivendum erat, nihilque aliud licebat addere quacunque die, tam ſicci *Coll. XXI.* c. 23. Monachi in Ægyypto. *Coll. II.* c. 26. c. 20. c. 21.

Sæculum IV. A. C. 395. *C. VIII. c. 1.*

sicci alimenti portio levis habebatur. Nihilominus certis diebus quidquam solatii adjiciebant, narratque Cassianus; cum quadam die Dominica Abbas Serenus ipsis refectionem parasset, jusculum cum pauxillo olei, & salis frixi, tres olivas, quinque ciceris grana, duo pruna, & ficum unam unicuique apposuisse. *v. Inst. c. 5. 9.* Non omnibus eundem abstinentiæ rigorem imperabant, sed ætatem, sexum, & cujuscunque vires considerabant. Jejunia duorum, trium, aut plurium dierum non expedire putabant, sed magis singulis diebus cibum sumere.

Vespere, & nocte ad orandum conveniebant, & semper duodecim Psalmos recitabant; hunc enim morem ut tenerent, Patribus suis ab Angelo revelatum fuisse credebant, qui aliquando Choro eorum mixtus, undecim Psalmos cecinit, cuilibet Psalmo orationem adjungens, tum duodecimum addidit cum Alleluja, & disparuit. His addiderunt in gratiam eorum, qui in Scriptura erudiri cuperent, duas lectiones, unam ex antiquo, alteram ex novo Testamento, exceptis diebus Sabbatinis Dominicis, & tempore Paschali, quo ambæ lectiones ex novo Testamento legebantur, ex epistolis, aut actis una, & ex Evangelio altera. Post quemlibet Psalmum stantes, expansis manibus orabant, exiguo intervallo prosternebantur, statim-

ſtatimque, ne indormirent, levabantur, illius, qui orantibus præerat, ſitum exacte ſequentes. Summum ſilentium in pſallentium conventu, etiam frequentiſſimo regnabat, unica vox cantantis Pſalmum, aut Presbyteri, Collectam pronuntiantis audiebatur. Ille, quem cantare oportebat, ſtabat, aliis omnibus in humilibus ſcamnis ſedentibus, nam jejunio, & labore continuo fatigatis ſtandi vires non erant. Pſalmos longiores in duas dividebant partes, quia non multos, aut feſtinanter recitare volebant, ſed magna animi attentione verborum ſenſum percipere. Sæculum IV. A. C. 395. *c.* 10. *c.* 12. *c.* 11.

Signum ad orationem tuba cornea dabatur; & cui commiſſum erat fratres ad nocturnas preces excitare, horam ex curſu ſiderum exacte obſervabat, quippe in Ægypto nunquam non ſerenum eſt cœlum; ita nec campanis, nec horologio indigebant. In cellulis nihil habebant, præter veſtes ſuas, mattam, in qua cubabant, & ſedebant, denique faſciculum craſſorum foliorum illius plantæ, quam Papyrum dicebant, eratque in Ægypto magna copia; hinc apud nos papyri nomen ortum, quod eis etiam ad ſcribendum deſervierit. Idem faſciculus de nocte pro pulvinari, de die pro ſella erat, nec non eodem in Eccleſia utebantur. Mattas ex juncis, vel foliis palmarum *Reg. S. Pachom. n.* 1. *Caſſ. II. Inſt. c.* 17. *Coll.* 1. *c.* 23. *III. Inſt. c.* 2.

Sæculum IV. A. C. 395.

suis manibus texebant. De die ad orandum non conveniebant, exceptis diebus Sabbati, & Dominicis ad tertiam propter Communionem. Aliis diebus in suis cellis perseverantes, inter continuas orationes laborabant; nam experientia didicerant, nulla arte facilius, quam si homo nunquam vacaret, animi cogitationes figi, distractionesque vitari posse. Noctu quoque, si vigilarent, laborabant. Ut autem facilius laborem, & orationem conjungerent, opus non difficile, puta mattas, aut canistros contexere, quod sedentes præstare possent, eligebant. Monachi Ægyptii inter cœteros omnes maxime laborem manuum suadebant, tanquam unicum solitudinis tœdio, malisque innumeris remedium. Dicere solebant, Monachum labore occupatum ab unico Dæmone, vacantem vero a plurimis tentari. Non permittebant, ut Monachi a quoquam pro sua sustentatione aliquid acciperent, imo continuo labore tantam mercedem sibi comparabant, ut haberent, unde hospites, ad se invisentes, reficerent, & largas eleemosinas in regiones Lybiæ steriles, & in urbes ad redimendos captivos mitterent. Laboris necessitatem non tantum ex longa experientia, sed etiam ex præcepto, & exemplo S. Pauli probabant. Nihilominus exempla invenimus, Monachis etiam

II. Inst. c. 14.

c. 12.

Coll. 24. c. 4. 5.

X. Inst. c. 7. &c.

c. 23.

c. 22.

c. 7. 8.

vid. Sup. XVIII. 4.

in

in Ægypto dona fuisse allata; hinc pro casu necessitatis in hac lege fuisse dispensatum creditur. Sæculum IV. A. C. 395.

§. IX.

Monasteriorum numerus in Ægypto.

Illa tempestate in omnibus Ægypti partibus Monasteria visebantur. Illis, quæ in inferiore Thebaide non procul ab intimo maris rubri sinu sita erant, nulla antiquiora. Ibi mons Colzin, ubi S. Antonius in cœlum migraverat, & mons, dictus Pisper, seu alio nomine mons exterior, ubi etiam aliquamdiu habitaverat, & deinde plerique ex ejus Discipulis habitarunt; Discipuli autem S. Antonii ad quinque millia numerabantur, quos, S. Antonio ad superos translato, S. Macarius, ab illis duobus, quos memoravimus, Alexandrino, & Ægyptiaco, alius rexit. S. Macario, S. Posthumius in Regimine successit. Unum Monasterium in altera Nili Regione prope urbem Hermopolim, quo a S. Virgine, & S. Josepho JEsus infans adductus fuisse credebatur, & hodie Matarea dicitur, quingenti ferme Monachi incolebant, S. Apollone, seu Apollonio Rectore, quem Imperato Julianus in carcerem miserat. Albis semper utebantur vestimentis; munditiem ante omnia amabant, suadebatque Apollo, ut singulis diebus communicarent. S. Isido-

Sup. l. XIII. §. 36. *Rosw.* p. 233.

Sup. l. XVI. §. 37.

Sup. XV. §. 33.

Sæculum IV. A. C. 395.

rus quoque in Thebaide communitati mille Monachorum, clauſuram exactiſſime ſervantium, præerat; intra Monaſterii clauſtra puteos, hortos, & omnia habebant neceſſaria. Nemo illuc ingrediebatur, niſi pedem nunquam elaturus. Viro Seni portæ cuſtodia commiſſa erat, ut hoſpitibus advenientibus omnem humanitatem exhiberet. In alio Thebaidis loco Dioſcorus Presbyter centum ferme Monachorum Abbas erat. Non procul Antinoopoli ad duo millia degebant, quorum non nulli, cavernis incluſi, vitam anachoreticam ducebant.

Pall. Lauſ. c. 71. vit. PP. c. 68. c. 96.

Nusquam in inferiori Thebaide Monachorum multitudo ita admiratione digna fuit, quam in urbe Oxyrinco, ita dicta a nomine cujusdam piſcis, roſtro acuto, quem Ægyptii Divino honore in celeberrimo illius urbis templo coluerant. Civitas tam intra quam extra mœnia monachis abundabant; ita ut monachi ſæculares incolas numero ſuperarent. Ædificia publica, & Deorum olim templa, in cœnobia mutata, euntibus plura, quam privatorum domus, per totam urbem occurrebant; etiam ſupra urbis portas, & in turribus ſuas cellas habebant. In duodecim Eccleſias, non numeratis Monaſteriorum Oratoriis, Fideles conveniebant. Nulli ibi hæretici, nulli pagani, quamvis in magna, & frequen-

Vitæ PP. II. c. 5. Strab. L. 17. p. 812.

Sup. XIII. §. 33. Libell. Marc. & Fauſt. p. 75. 76. &.

quentissima civitate, sed Christiani Catholici omnes; verumtamen aliquamdiu eos schisma divisit, nam cum Theodorus, urbis Episcopus, in partes Georgii, Episcopi Ariani Alexandrini, transiisset, tanto in Catholicos odio flagravit, ut spreta priore, in se novam ordinationem admiserit; hinc Catholicorum Oxyrincensium voluntate alius ipsis Episcopus ordinatur, nomine Heraclides, quem diu, sicut & Virgines, atque Monachos, cum eodem communicantes, Theodorus persecutus est. Hanc urbem viginti Virginum, & decem Monachorum millia replebant; diu noctuque, & in omnibus urbis regionibus Divinæ Laudes resonabant; Magistratuum jussu Excubitores ad portas civitatis advenientes peregrinos, & pauperes colligebant; charitatis certamen deinde oriebatur, quis primus hospites exciperet, & foveret. Sæculum IV. A. C. 395.

In superiore Thebaide Monasterium Tabennense, a S. Pacomio fundatum, ut memoravimus, situm erat, quod mille quadringenti Monachi inhabitabant. In altera Nili ripa Monasterium ororis ejus stabat, a quadringentis Virginibus habitatum. S. Pacomii Successores fuere Petronius, cui successit Orsesius, iterumque Theodorus, qui Monasterium ingressus, cum esset annos quatuordecim natus, multis annis cum Sancto Pacomio vixerat; *Sup. XV.* §. 58. 59. *Pall. Laus.* c. 38. 39. *Sup. XIX.* §. 31. *vit. S. Pacom. c. 29. 30. & c. Gennad. Script. vit. S. Pacom. c. 24.*

Sæculum IV. A. C. 395.

is Presbyteratu fuerat insignitus, quamvis alias illam regulam firmissime teneret S. Pacomius, non permittendi, ut Monachi sui ordinarentur, ne æmulationi daretur locus. S. Pacomius aliorum quoque Monasteriorum fundator extitit. Videns fratres suos excrescente numero Tabennis anguste nimis habitare, aliquos eorum in oppidum, quod Pibi dicebatur, transtulit; sed brevi nec iste locus advenientes satis capiebat; cum igitur aliquo post tempore Senex, nomine Eponichius, antiqui Monasterii Rector, cui nomen Chenoboscus, & in quo Monachi magnam Perfectionem profitebantur, ad S. Pacomium venisset, & rogasset, ut hujus communitatis curam susciperet, quamvis aliunde esset tot Monachorum regimine oneratus, consensit, & ex suo Monasterio quosdam fratres illo misit. Idem petentibus fratribus alterius Monasterii, *Machons*, seu *Mochans* dicti, concessit, atque ad ea Monasteria regulæ suæ observantiam extendit. Exstant epistolæ S. Pacomii ad Cornelium Discipulum ejus, in dicto *Mochans* Abbatis, & ad Syrum, seu Sur, Abbatem Chnumensem, qui vitam ultra centesimum decimum annum produxit. Aliud etiam Monasterium prope Panos originem suam S. Pacomio debuit, in quo trecenti Monachi Deo serviebant. Ammon, seu Ammonas

Sup. XV. 59.

vita S. Sac. ap. Sur. c. 34.

Monasteria Ægypti.

Cod. reg. p. 100.
Hier. Præf. Sup. l. XV. §. 60.
Pall. c. 39.
Id. c. 48.
v. PP. c. 3.

Mona-

Monaſterio trium millium Monachorum ſub Regula Tabennenſi præerat. Sed omnium maximum Monaſterium Regulæ Tabennenſis voce Ægyptiaca dicebatur *Baum*, quod forte ab ipſo Tabennenſi non eſt diverſum. Sæculum IV. A. C. 395. *Ep. Pacom. Præf. Hier.*

In hoc Monaſterio bis per annum in Paſchate, & Menſe *Meſauri*, id eſt, Auguſto, univerſalis conventus agebatur; altera vice, nempe in Auguſto, conveniendi cauſa erat, ut venia delictorum reis concederetur, & qui in animo rancorem alerent, reconciliarentur; Monaſteriorum etiam Præſides, & Miniſtri eligebantur. Illuc quinquaginta Monachorum millia ad celebrandum Paſcha conveniſſe, S. Hieronymus teſtatum facit. Ecce hic primum habemus exemplum multorum Monaſteriorum, quæ ſub eadem Regula in unam congregationem coierint! unum Monaſterium triginta, aut quadraginta domibus conſtabat, quarum tres, vel quatuor conſtituebant unam tribum, ut ſimul laborem, & ſervitia hebdomadalia obirent. In qualibet domo ferme quadraginta fratres erant, eandem artem exercentes, puta Mattarii, textores, ſartores, aut fullones. In ſingulis domibus plures cellæ, quæ ternos capiebant; at omnes in communi Refectorio manducabant. Unamquamque domum una Alphabeti littera deſignabat, quam *vit. S. Pacom. c. 22. Reg. c. 99.*

Sæculum IV. A. C. 395.

Monachorum quisque, hanc domum incolentium, in ſuo Capucio præferebat.

vita S. Euphraſ.

In quadam ſuperioris Thebaidis urbe viſebatur Monaſterium fæminarum, quæ ultra centum numero late virtutis odorem ſpargebant. Vinum non bibebant, nec comedebant arborum fructus; ſæpe duos, aut tres dies omni eſca abſtinebant. Cilicio usque ad pedes dependente veſtiebantur, balneo nunquam utebantur, & ne quidem pedes lavabant. Laborabant, quamdiu vires corporis permittebant; ægrotæ nullam accipiebant medicinam, ſed morbum tanquam magnam Cœli Benedictionem amplectebantur. Clauſtris pedem nunquam efferebant. Euphraſia viri nobiliſſimi, nomine Antigoni, vidua viginti, aut triginta libras auri in annuum cenſum obtulit; Abbatiſſa, rejecta pecunia, nil niſi oleum alendo lucernarum igni, & ſuffimenta in uſum oratorii accepit. Euphraſia, ſeu Eupraxia hujus viduæ filia Monaſterium illud ſeptennis ingreſſa, virtutibus, & miraculis clara evaſit. Haud procul urbe Antinoo duodecim mulierum monaſteria numerabantur, atque unum eorum Abbatiſſa, ſeu Amma Talida moderabatur, octoginta annis vitæ Monaſticæ rigoribus exercitata; ea ſexaginta minori ætate puellas apud ſe habebat, tanto amore ſibi conjunctas, ut Monaſterii porta

Monachi.

Pall. Lauſ. c. 137.

non

non aliorum more sera claudereturr, quippe ob Doctrinæ ejus suavitatem nulla a chariſſima Matre avelli volebat. Die Dominica exibant, ut in Eccleſiam ſe conferrent, & communionem acciperent; una autem earum, cui Nomen Thaor, præſtanti corporis forma, nunquam Monaſterio egrediebatur, ſed centonibus tecta manuum laborem continuabat. Sæculum IV. A. C. 395. c. 138.

In Ægypto proprie dicta, prope Arſinoen, Abbas Serapion ferme decem Monachorum millia regebat. In Deſerto Nitriæ quinque millia in quinquaginta Monaſteriis habitabant; Eccleſiam habebant, & octo Presbyteros, inter quos ſolus ille, qui erat ætate Senior, officiis Sacerdotalibus fungebatur, aliis ſeptem, quamdiu ipſe viveret, abſtinentibus. Haud procul exinde erat Monaſterium cellarum, & mons Phermeus, quem circiter quingenti Monachi incolebant; hos inter reperiebatur Paulus, tercentum per diem orationes peragens, atque ne memoria falleret, trecentos lapillos in ſinu tenebat, quos ſingulos poſt ſingulas orationes projiciebat. Haud procul aberat Monaſterium Scetenſe, duorum Macariorum, & Arſenii habitatio, & ubi Caſſianus per aliquot annos moratus eſt. In vicinia urbis Alexandriæ circiter duo millia Monachorum in diverſis Monaſteriis degebant. In Canopo plura Monaſteria, atque *Sup. XIV.* §. 30. *Pall. Lauſ.* 76. *Sup. XVI.* §. 36. *Pall.* 7. 14. *Sup. XVI.* n. 37. *Pall.* c. 23. *Pall.* c. 7. *Sup. XIX.* c. 31.

Sæculum IV. A. C. 395.

atque inter ea Metaneense numerabatur. Peluſii quoque Monachos invenire erat, atque inter eos S. Iſidorum, virum celeberrimum, illis temporibus lucis uſura fruentem. Hic Monaſteriorum in Ægypto ſub finem Sæculi quarti ſtatus fuit. Numerus omnium Monachorum, quos memoravimus, ultra ſeptuaginta ſex millia explet; Virginum autem viginti millia, & circiter ſeptingentæ numeratæ ſunt, illis Monaſteriis omiſſis ubi earum numerus non fuit recenſitus. Plurimos illuſtriſſimæ vitæ privatos Monachos ſilentio prætereo, quorum eximiæ virtutes in Hiſtoria Evagrii, Palladii, aliorumque, qui vitas Patrum collegerunt, legi poſſunt.

§. X.

Hæreſes cadunt.

Soz. VIII. c. 2. Lib. 29. C. Theod. de Epiſc. L. 24. 25. 26. 27. 28. 29. C. Theod. de hær. Lib. 13. de Pag.

Religionis propagationi mors Theodoſii non nocuit, imo econtra, qui ſucceſſerant in Imperio, filii, partam de Eugenio, Tyrannisque victoriam, conceſſa a Cælo pietatis præmia fuiſſe rati, ejus in cauſa Religionis fervorem imitati ſunt. Legibus, quas tulerat in Bonum Religionis, confirmatis, novas addiderunt. Legem Honorii habemus de conſervandis Eccleſiarum privilegiis anno 395. latam. Aliæ ſeptem ſuperſunt ab Arcadio adverſus Hæreticos, & una adverſus Gentiles latæ,

tæ, quarum aliquæ Constantinopoli anno 394. cum viveret adhuc Pater, & in Occidente ageret, aliquæ post obitum Patris anno 395. datæ sunt; pleræque ad Ruffinum Prætorii in Oriente Præfectum diriguntur, cujus consilio, nam præcipua in eo viro erat Auctoritas, editæ creduntur; at cum suspicioni dedisset ansam, quod Imperium affectaret, eodem anno 395. 27. Nov. interfectus est. Sæculum IV. A. C. 395.

Interim Gentiles convertebantur, & ad Ecclesiæ Catholicæ sinum redibant hæretici, præsertim Eunomiani, aliique Ariani, quibus tot inter se ipsos natæ divisiones oculos aperiebant, ita ut judicarent, sua ex parte veritatem stare non posse. (*) Macedonianis Constantinopoli non erat Episcopus, sed res eorum tantum a Presbyteris curabatur, ex eo tempore, quo Eudoxius iisdem Ecclesias abstulerat. Hinc sectæ illius ruina! Novatianorum quoque Respublica plurimum turbabatur Sabbatii schismate, quam- *Sup. XIX. §. 35.*

(*) Quod tunc Arianis occasioni fuit, ad sinum Ecclesiæ Catholicæ redeundi, merito hodieque ab Ecclesia hac separatos ad reditum permovere deberet; tot enim ex uno Lutheri schismate Sectæ natæ sunt, ut vix enumerari possint, & si quæstio contra Protestantes urgeatur, quare potius v. g. Confessioni Augustanæ, quam Doctrinæ Zvvinglii, Calvini, aut aliorum inhæreant? coguntur

Sæculum IV. A. C. 395.

quamvis eidem Constantinopoli Episcopus eorum Sisinnius succollaret, vir fæcundi ingenii, & illo tempore responsis promptissime, & subtiliter datis celeberrimus; multum ejus scientia, virtusque jactabatur, interim corpus suum delicate habebat, bis in die balneo lavabatur, candidas vestes induebat, cum tamen omnes pietatem profitentes vestibus nigris incederent.

In Africa jurgiorum inter Donatistas nullus finis. Legum, quæ adversus hæreticos latæ erant, sensum detorquentes, Donatistarum pars altera alteram persequebatur. Primianistæ, ut Decreta Concilii Bagajani, ab ipsis celebrati, executioni darent, tempore, Maximianistis ad deliberandum concesso, quoad unitatem redire possent, atque duobus præterea mensibus, elapsis, libellum supplicem Proconsuli Carthaginensi secunda Martii anno 395. adversus Felicianum Mustitensem, & Prætextatum Assuritensem, ambos Maximianistas, tradiderunt, quo petebant; ut ex Ecclesiis pellerentur. Hæc lis

Sup. XIX. §. 45. Aug. III. con. Cresc.

guntur ad Indifferentismum confugere, & dicere cum non nemine, in aliquo Responso ad Eminentissimum Cardinalem Quirinis: *utinam omnes, quotquot Christi Nomen confitentur, in pace vivant*! bonum votum! si de pace civili esset sermo, at in Ecclesia pax non nisi in unitate fidei consistere potest, & gravius schismate malum non est.

lis non ante vigesimam secundam Dec. anni seq. 396. exitum sortita est. Primianistæ Catholicos se dicebant, quod ut probarent, Concilium suum adducebant, in quo Maximianistæ damnati fuerant, & postulabant, ut vi legum Imperialium adversus hæreticos Ecclesiis ejicerentur. Judex connivens, sive id errore, sive favore factum, sententiam pro Primianistis pronuntiavit; hinc pluribus e locis Maximianistæ Magistratuum auctoritate migrare jussi sunt. Sæculum IV. A. C. 395. *Aug. insp.* 57. §. 15.

§. XI.

S. Augustinus contra convivia, dicta Agapes, sermocinatur.

Sanctus Augustinus interea Hippone sub Episcopo Valerio Presbyteri munere defunctus, non modico animarum emolumento verbum Dei prædicabat. Cum festum S. Leontii, Hipponensis Episcopi, proximum esset, populus murmurabat, quod illud celebrare juberetur sine solitis oblectamentis, id est, omissis, quæ in ipsa Ecclesia parari consuetum erat, conviviis, quippe ea ipsa ebrietati, & licentiæ ostium pandebant. In Concilio Hipponensi anno 393. decretum fuerat, ut populi, quantum possibile, ab ejusmodi commessationibus abstraherentur. S. Augustinus hujus consilii auctor, sciens populum hanc ob rem murmurare, jam die *Ep.* 29. *ad Alyp.* *Sup. XIX.* §. 41.

Mercu-

Sæculum IV A. C. 395. Mercurii, festum præcedente, de hac materia sermones cœpit instituere, prehensa occasione Evangelii illius diei, in quo *Ep. 29. n. 2.* *Matth. 7. 6.* textus fuerat prælectus: Sancta ante canes non esse projicienda, nec margaritas ante porcos. Cum canibus illos conferebat, qui Dei mandata allatrabant, & cum porcis eos, qui fœdis voluptatibus inhiabant, & talia in Ecclesia facere volebant, quibus se ipsos rebus Sanctis indignos redderent.

n. 3. Pauci hunc sermonem audiverant, & plures adversabantur; hinc S. Augustinus de eadem materia in frequentiore conventu differuit, postquam Evange- *Matth. 21. 12.* lium de mercatoribus, templo ejectis, prælectum fuerat. Idem ipse legendo repetiit, dixitque, quanto majori zelo JEsus Christus succensurus fuisset convivis temulentis, quam mercaturam, alias licitam, & innoxiam facientibus? tum subjunxit, populum Judaicum, etsi totum carnalibus desideriis immersum, nun- *n. 4.* quam commessatum fuisse in illo templo, ubi necdum Domini sanguis offerebatur; (*) nec uspiam legi, Judæos temulentiæ,

(*) Hic Interpres Acatholicus, qui alibi præsentiam Sanguinis Christi in Eucharistia negat, verba S. Augustini: *ubi necdum Domini Sanguis offerebatur.* p. 639. simpliciter omittit. Egregiam

lentiæ incusari, quam tunc, quando in Idololatriam labebantur. Tum autem totum textum Exodi prælegit, libros enim, & textus præparatos habebat. Assumptis deinde S. Pauli epistolis, illos textus prælegit, ubi Apostolus ebrietatem inter peccata maxima atque opera carnis, quæ excludunt a Regno Dei recenset. His textibus, aliisque locis magno vigore prælectis, librum reddidit, & ut se ad orationem conferrent, præcepit; tumque novum sermonem, summo animi ardore, atque ea, qua valebat, eloquentia exorsus est, commune populorum periculum exhibens, & Sacerdotum, qui aliquando animarum sibi commissarum rationem Pastorum omnium Principi reddituri essent. *Obtestor vos*, inquit: *per JEsu Christi humilitatem, per dolores ejus, coronam spineam, crucem, & sanguinem, ut saltem nostri misericordia moveamini, & Venerabilis Valerii Charitatem perpendatis, qui amore*

Sæculum IV. A. C. 395.

Exod. 22. 6. *N.* 5. 6. 1. *Cor.* 5, 2, 6. 9.

Gal. 5. 19.

giam veritatis Catholicæ oppugnationem! cæterum nisi S. Augustinus credidisset, verum Christi sanguinem, non vero tantum signum, aut figuram ejus in Eychariſtia existere, nulla vis ipsius argumento, quod ab exemplo Judæorum adducit, inesset, cum etiam sanguis victimarum effusus in veteris testamento Sanguinis Christi, aliquando in Cruce immolandi, figura fuerit.

Sæculum IV. A. C. 395.

re salutis vestræ non dubitavit, periculosum onus mihi imponere, ut vobis verba veritatis annuntiem. Gavisus est, quod huc venerim, non ideo certe, ut me vobiscum perire cerneret, aut interitus vestri haberet spectatorem. Tandem in eo confido, qui mentiri nequit, & spero, si ea, quæ modo ad vos dixi, spernatis, eum vos cœlestibus flagellis castigaturum, & non permissurum, ut cum hoc Mundo damnemini. Hæc S. Augustinus tam sincero mentis affectu protulit, ut auditorum suorum lacrymas eliceret, & suas cohibere non posset.

Altera die, quæ convivio destinata erat, audiens, adhuc aliquos esse, qui murmurarent, dicentes: *quare hodie rem novam moliuntur isti, nunquid majores nostri, qui hunc morem tolerabant, boni Christiani non erant?* S. Augustinus cum sciret, nihil permovendis animis optius esse textu illo Ezechielis, ubi dicitur; speculatorem liberasse animam suam, si modo periculum annuntiaverit, hunc arietem ultimo admovere parabat, & deinde pulvere excusso cedere; at ecce! antequam Cathedram conscenderet, iidem isti querulantes ad S. Augustinum accesserunt; eos ipse leniter allocutus, paucis, ut errorem dimitterent, persuasit. Ubi tempus concinnandi advenit, lectionem, quam præparaverat, jam non amplius necessa-

n. 8.

Ezech. 33. 9.

S. Augustinus.

Sæculum IV. A. C. 395.

necessariam, omisit; ut vero illi objectioni responderet; quare nunc consuetudo antiqua tolleretur; inquit: *tollamus eam saltem nunc!* ut vero antiquos excusaret, qui eam tanto tempore toleravissent, id necessitate ab initio factum, ostendit; nempe, cessantibus persecutionibus, grave accidebat Gentilibus, qui maximo numero ad fidem convertebantur, conviviis Deorum suorum honori pro more institutis abstinere; id Neophytorum infirmitati indulserunt Episcopi, permiseruntque, ut interim ad honorem Martyrum læta convivia agerent, donec spiritualium gaudiorum capaciores evaderent. Legimus etiam, referente S. Gregorio Nysseno, S. Gregorium Thavmaturgum idem suis indulsisse. *Nunc vero*, subjungit S. Augustinus: *tempus est, ut vere Christianorum vitam ducatis, atque ea abjiciatis, quæ ideo tantum Patribus vestris concessa, ut Christiani esse vellent.* Deinde Ecclesiarum ultramarinarum, nempe Italiæ, exempla proponit, in quibus mos iste vel nunquam locum habuerat, vel ab Episcopis bonæ vitæ, qualis inter alios S. Ambrosius, abolitus fuerat, quod de S. Ambrosio S. Augustinus alibi testatur. In contrarium afferebatur exemplum Ecclesiæ S. Petri in Vaticano, ubi ejusmodi convivia quotidie agebantur; S. Paulinus quoque de hoc abusus conqueritur. S. Augusti-

n. 9.

vit. Thavm. p. 1006.

n. 10.

VI. Conf. c. 12.

Natal. 9. *sub. fin.*

Sæculum IV. A. C. 395.

gustinus respondit: *audivi hunc abusum sæpius fuisse prohibitum, at causa est, quod locus ille, ubi hæc fiunt, a domo Episcopi remotus sit, atque in vastissima urbe plurimi inveniantur homines carnales, præsertim advenæ, qui quotidie illuc advehuntur.* Illa tempestate, & longo exinde tempore, Papa in Palatio Lateranensi habitabat, nam Vaticanum extra mœnia erat positum.

n. 11.

Cum S. Augustinus videret, omnem populum in id consentire, ut mala consuetudo tolleretur, rogavit, ut ad meridiem ad lectiones, & Psalmos adessent, qui omissis dapibus præcinerentur. Frequentiores, quam tempore matutino accurrerunt: lectio ibi, & cantus alternatim auditus, usque dum hora consueta cum Clericis advenit Episcopus, qui, ut S. Augustinus iterato ad populum loqueretur, jussit; repugnabat animus, cupiisset que, ut diei illius fortuna sibi peracta fuisset; sed obediendum Episcopo fuit; brevi ergo sermone gratias Deo egit, & sciens hæreticos in suis Ecclesiis consuetis epulis assidere, Orthodoxorum temperantiam illorum gulæ opposuit. Deinde, ut quotidie fieri solebat, vesperæ recitatæ, & postquam Episcopus cum Clericis recessisset, frequens tamen populus, preces decantans, usque ad noctem in Ecclesia

Ecclesia remansit. Felicem hujus rei successum S. Augustinus amico suo Alipio Episcopo Thagastano præscripsit. Sæculum IV. A. C. 395.

§. XII.

S. Augustinus Episcopus Hipponensis.

Sanctus Augustinus publice, & privatim docebat. Omnes Hæreticos, præsertim Donatistas, & Manichæos, sive ex promptu disputans, sive scriptis libris, vehementer exagitabat. Æqualis tam Hæreticorum, quam Catholicorum virum audiendi ardor erat, multi peritos Notarios secum adducebant, ut loquentis sermonem statim scriberent, & sic conservarent. Omnium ore Augustinus ferebatur. Tantæ eloquentiæ fama ad omnes, atque etiam ultramarinas Ecclesias, quæ ob idipsum maxime lætabantur, pervenit. Circa illud tempus S. Scripturam explicare cœpit, hinc habemus librum imperfectum in Genesin, duos libros in sermonem Christi in monte, & explicationem in quasdam propositiones Epistolæ ad Romanos, nam cum hanc Epistolam Carthagine inter socios suos legeret, ea, quæ ad ipsorum quæstiones respondebat, scribi jubebant. Epistolam quoque ad Galatas exposuit uno contextu, & eodem modo exponere Epistolam

Poss. vit. c. 7.

1. Retract. c. 18. 19.

c. 23.

c. 24.

c. 25.

c. 26.

Sæculum IV. A. C. 395. ad Romanos cœpit. Poſtea reſponſa ſua ad diverſas quæſtiones, poſt reditum ſuum in Africam agitatas, colligi juſſit; hinc liber de octoginta tribus quæſtionibus natus. Scripſit unum librum de mendacio, qui ſibimetipſi diſplicebat, attamen quo minus publicaretur, prohibere non potuit. Liber contra Manichæum Adimantum eodem tempore prodiit.

c. 27.

c. 22.

Poſſ. c. 8. Valerius Epiſcopus maximam Auguſtini famam eſſe perpendens, timere cœpit, ne ſibi eriperetur, & alibi ordinaretur Epiſcopus, quod etiam factum fuiſſet, niſi tanta eum occultaſſet induſtria, ut a quærentibus inveniri non potuerit. Cum igitur hoc factum timorem auxiſſet, ſeque ſenio, & infirmitatibus fractum ſentiret, ad Epiſcopum Carthaginenſem ſecreto ſcripſit, eum obteſtatus, ut Auguſtinus pro Eccleſia Hipponenſi tanquam ſuus Coadjutor potius, quam Succeſſor ordinaretur. Quod petebat, obtinuit. Per litteras deinde Megalium Epiſcopum Calamanum, Numidiæ Primatem, rogavit, ut ad viſitandam Eccleſiam Hipponenſem veniret; tum, ipſo præſente, Valerius aliis Epiſcopis, qui forte aderant, toti Clero, totique populo Hipponenſi conſilium ſuum aperuit. Res omnibus quam inexſpectata, tam grata quoque fuit, populo, ut perficeretur, poſtulante, & ſuis clamoribus, quam ferventer id deſidera-

sideraret, testante. Solus Megalius Augustinum ordinare recusabat. Is S. Augustino, latente causa, indignatus, scripserat, ipsum quamdam mulierem veneficio tentasse, ut ab ea, consentiente marito, amaretur; atque tantum facinus per submissum, Eulogiæ modo, panem fuisse patratum, nescientibus conjugibus. Megalius, urgente Concilio, ut, quod scripsisset, probaret, cum id facere non posset, veniam rogavit, & obtinuit; tumque S. Augustini innocentiam plene agnoscens, eidem manus imposuit.

Sæculum IV
A. C. 395.

Conc. lit. Petil. III. c. 16.

Lib. IV. Cont. Cresc. c. 64.

S. Augustinus quidem negabat, se contra consuetudinem Ecclesiæ, vivente suo Episcopo, ordinari posse, omnes vero, rem esse usui conformem, affirmabant, multis exemplis aliarum Ecclesiarum in Africa, & ultra mare adductis. Itaque consentire compulsus, cum excusationi locum non inveniret, ultra resistere non est ausus. Ordinatus est Episcopus Hipponensis juxta Valerium, Olybrio, & Probo Consulibus, id est, anno 395. mense Decembri, cum proxima essent festa Nativitatis Domini, & ipse a Mense Novembri annum ætatis quadragesimum secundum ingressus fuisset. Post hæc S. Augustinus ipse agnovit, se contra Canones fuisse ordinatum, & in Concilio Nicæno fuisse prohibitum, ne alius Episcopus ordinaretur in Ecclesia, quæ Episcopum

Poss. c. 8.

Epist. 31. ad Paul. al. 34. n. 4.

Prosp. Chr. an. 396. Aug. serm. 339. al. 25. ex 50. c. 3. n. 3. v. not. Bened. ad ep. 31. ep. 213. al. 110. n. 4.

Sæculum IV. A. C. 395.

vivum haberet. Tunc autem temporis nec Auguſtino, nec Valerio iſta conſtitutio nota erat, quæ in fine canonis octavi Nicæni tranſeunter, occaſione reditus Novatianorum ad Eccleſiam, refertur, & promulgatur. Facile itaque factum fuerit, ut S. Auguſtinus, & Valerius ſæpius hunc canonem legerint, nec tamen ad ultima hæc verba ſatis attenderint, quod etiam docto noſtri temporis Epiſcopo accidit, qui hanc conſtitutionem in alio Concilii Nicæni loco quærendam putavit.

Con. Nic. 8. Supl. Liv. XI. n. 22.

Mr. God. vie de S. Aug. Liv. I. c. 33.

§. XIII.

Sanctorum Nazarii, & Celſi Reliquiæ.

Aug. ep. 31. Paul. ep. 7. al. 46.

Sanctus Auguſtinus, ad S. Paulinum ſcribens, certiorem eum reddit, ſe ad Epiſcopatum fuiſſe promotum. S. Paulinus factum gratiſſimum ad Romanianum, veterem S. Auguſtini amicum perſcripſit, ſimulque ad ejus filium Licentium Elegiam dedit, qua hortabatur, ut tantum Magiſtrum ſequeretur, & ſpes hujus Sæculi abdicaret. Haud multo poſt hæc S. Paulinus acceptas a S. Ambroſio SS. Martyrum Nazarii, & Celſi Reliquias in Eccleſiam S. Felicis depoſuit; horum copora S. Ambroſius in horto, extra mœnia urbis Mediolanenſis ſito, invenerat.

Natal. 9.

Paul. vit. n. 32.

Pau-

Paulinus, qui ei erat a Secretis, & tunc præsens, dicit: *Vidimus in sepulchro, ubi corpus Martyris quiescebat, sanguinem ejus colore tam recenti, ac si illa primum die fuisset occisus, & amputatum caput cum capillis, & barba ita integrum, ut illa hora lavatum, & terræ mandatum videretur. Odore etiam imbuti sumus, qui omnes, quos aliquando sensimus, suavitate superabat.* Sanguis ille Gypso, & Byssо collectus; ita nempe tunc temporis Reliquiæ ab uno loco ad alium transmittebantur, corpora autem necdum truncabantur. Fatetur Paulinus, nescire se non potuisse, quo tempore S. Nazarius Martyrium passus fuerit, corpus autem ejus, feretro impositum, in Basilicam Apostolorum prope portam Romanam delatum. Illico S. Ambrosius cum suis Clericis in eundem hortum rediit, ubi S. Celsus erat, ut ibi oraret; *Non meminimus*, inquit S. Paulinus: *ipsum antea aliquando ibi orasse, sed hoc ipsum inventi corporis cujusdam Martyris indicium erat, quotiescunque S. Præsul ad aliquem locum, quo ante illam diem nunquam, oraturus accederet; referentibus tamen illius loci custodibus didicimus, monitos se a parentibus fuisse, ne ab hoc loco, quamdiu aliquis sui generis supereſſet, discederent, magnos enim ibi thesauros recondi. Corpus S. Martyris, id est, S. Celsi etiam ad*

Sæculum IV. A. C. 395.

Gaudent. ser. 17. p. 98. c. to. Bibl. patr.

Sæculum IV. A. C. 395. *Apostolorum Basilicam translatum, ubi prius jam quidquam de ipsorum Reliquiis fuerat cum magna devotione depositum.* Ibi quadam die S. Ambrosio verba ad populum faciente, vir de populo, spiritu immundo plenus, clamare cœpit, ab Ambrosio se torqueri. S. Episcopus, ad eum conversus, ait: *Conticesce Dæmon! non Ambrosius te torquet, sed Sanctorum istorum fides, & invidia tua, quod homines in illum locum, quo tu dejectus es, ascendere videas. Absit tanta ab Ambrosio superbia!* Ad hæc energumenus conticuit, & in terra jacens nullum ultra clamorem edidit. Sunt, qui, serius agnitum fuisse, dicant, SS. Nazarium, & Celsum in persecutione sub Nerone passos fuisse. Pluribus Ecclesiis horum Martyrum illatæ Reliquiæ honori fuere.

Ennod. Carm. 18.

§. XIV.

S. Gaudentius. Episcopus Brixiensis.

Sanctorum Nazarii, & Celsi Reliquiarum partem, id est, sanguinis in gypso excepti, etiam S. Gaudentius accepit, atque hoc passionis eorum testimonio contentus fuit. Hunc S. Ambrosius haud multo antea in Episcopum Brixiensem post S. Philastrii mortem ordinaverat. Gaudentius absens electus fuit, nam

nam tunc profectionem in urbem Jero- Sæculum IV.
solymam susceperat; at populus jura- A. C. 395.
mento se obstrinxerat, non alium se Episcopum accepturum. Hoc S. Ambrosium, & illius Provinciæ Episcopos permovit, ut per Delegatos populi litteras ad eum mitterent, quibus, ut rediret, imperabant, nisi inobedientiæ reus haberi vellet, & pœnam excommunicationis subire, etiam ab Episcopis Orientis inferendam. Rediit ergo, & quantumvis resistentem, atque juventutem suam, & ignorantiam obtendentem in Episcopum ordinarunt. Hæc omnia ex sermone, quem in sua ordinatione habuit, discimus. In alio sermone narrat, se in sua Jerosolymitana profectione per Cappadociam transiisse, & Cæsareæ invenisse Dei famulas, quæ Monasterio præerant, quarum aliæ sorores, aliæ Neptes S. Basilii erant. Hæ Reliquias quadraginta Martyrum, ab ipso olim acceptas, conservabant, quas S. Gaudentio dederunt, affirmantes, se semper hanc gratiam precibus a Deo petiisse, ut pretiosum hunc Thesaurum in cujusquam manus devenire permitteret, qui saltem tantum, quantum ipsæ voluissent, his Reliquiis honorem exhiberet. S. Gaudentius has Reliquias, secum in Italiam allatas, in Ecclesia sua deposuit.

Gaud. ser. 16

Ser. 17. p. 90.

Sæculum IV. A. C. 395.

S. Gaudentii septendecim sermones habemus, quorum decem primi ad Neobaptizatos in septimana Paschali pronuntiati; hos deinde scripsit, ut satisfaceret precibus Benevoli, qui dum pronuntiarentur, adesse non potuerat, quod post gravissimum morbum vires necdum recuperasset; hic ille Benevolus est, qui indignationem Imperatricis Justinæ incurrerat, cum Edictum Arianis favens conscribere noluisset. Is Brixiam se receperat, patriam suam, eratque præcipuum Ecclesiæ illius Decus. In secundo sermone, quem S. Gaudentius ad Neophytos, ex fonte baptismali egredientes, edixerat, illa mysteria explicat, quæ præsentibus Catechumenis explicari non poterant, & dicit: *In umbra Paschæ legalis plures agni immolabantur, nempe singuli in qualibet domo; quia unus pro omnibus non sufficiebat. At in veritate, in qua nos vivimus, unus pro omnibus mortuus est, atque unus, & idem in qualibet Ecclesiæ domo, in Sacramento panis, & vini, nutrit, immolatus, eos, qui credunt, vivificat, & eos, qui consecrant, sanctificat. Est caro agni, est sanguis ejus.* Et post aliqua: *Idem naturæ Creator, & Dominus, qui ex terra panem educit, etiam ex pane proprium suum corpus facit, quia potest, & promisit; & ille,*

Sup. lib. XVIII. §. 43 Gaud. Præf.

S. Gaudent.

ille, qui ex aqua vinum fecit, ex vino facit sanguinem suum. (*) Sæculum IV. A. C. 395.

In his sermonibus S. Gaudentius Neophytos hortatur, ut posthac vitam vere Christianam ducant; & omnia, quæ Idololatriam consequuntur, abjiciant; ut carminibus, maleficiis, auguriis, sortilegiis, somniorum observationibus, & funereis epulis renuntient. Econtra, inquit: *Sobrii estote! Ecclesiam frequentate, orationi, & Psalmodiæ nobiscum intendite; hæc, dum vacat, non negligite!* *Ser. 4. sub. fin.* Conjugatos hortatur ad perfectam continentiam, declarat tamen, libertatem ipsis esse, matrimonii jure utendi. *Ser. 8. p. 59.* Monet, ut temulentiam, dissoluta convivia, quæ saltibus, & Musica condiuntur, horreant. *Væ!* inquit: *illis domibus, quæ a theatris nihil differunt! Christiani vero domus ab omni pompa dæmonis abhorreat! Christiani domum humanitas, & hospitalitas commendet, nunquam non Psalmis, & Canticis spiritualibus sanctificetur. Verbum Dei, & signum JEsu Christi in corde, in ore, in fronte, ad mensam, in balneo, in lecto, in ingressu, in*

(*) Hic iterum Interpres Acatholicus strenue rem gessit. Verba S. Gaudentii ita reddidit: Ertheilet uns unter dem Brodte seinen Leib. His armis homo iste Ecclesiæ suæ fidem tuetur!

Sæculum IV. A. C. 395.

in exitu, in lætitia, & in triſtitia ſit. His decem ſermonibus temporis Paſchalis S. Gaudentius alios quatuor adjunxit in diverſam Evangelii materiam, & quintum in Machabæos, quem Benevolus quidem audierat, & nihilominus etiam ſcriptum petierat.

§. XV.

S. Ambroſius ad mortem damnatis ſaluti eſt.

Paul. vit. c. 34.

Honorius Imperator, cum eſſet Conſul anno 396. populo Mediolanenſi belluarum, in Africa natarum, ſpectaculum dedit. Reorum aliquis, cui nomen Cresconius, in Eccleſiam confugerat, ſed populus, in Circo congregatus, a Comite Stilicone licentiam obtinuit, ut immiſſis militibus abſtraheretur; quippe, Imperatore pueriles annos agente, præcipua auctoritas in Stilicone erat. Creſconius usque ad altare fugiens penetravit; S. Ambroſius ejusque Clerici, qui tunc aderant, circumſtant trepidantem, ut tuerentur, at milites, haud pauci numero, Arianis Ductoribus, prævaluerunt; & captum Creſconium, triumphantium more, in Circum reducunt. Hæc vis omnes, qui in Eccleſia aderant, summo dolore afflixit, Sanctus Ambroſius vero diu ante altare proſtratus, & fletibus madens,

dens, oravit. Ecce autem postquam mi- Sæculum IV.
lites redierant, & jussa se executos re- A. C. 395.
tulerant, in illum locum, ubi spectaturi consederant, claustris apertis, duo Leopardi, levi saltu invecti, eosdem graviter vulnerarunt. Hac re commotus Stilico, injuriam a se Ecclesiæ illatam, doluit, & pluribus diebus S. Ambrosio satisfaciens, Crescónium liberavit, gravium tamen criminum reum, in exilium misit, unde nihilominus paulopost revocatus est.

Alteri quoque, capitis damnato, S. Ambrosius quondam a Gratiano Imperatore vitam impetraverat. Erat is Gentilis, in Dignitate constitutus, qui Gratiani honori detraxerat, dicens, indignum esse tanto Patre filium! accusatus, & ad mortem damnatus. Cum duceretur, S. Ambrosius Regiam adivit, gratiam rogaturus, sed miseri hujus hominis hostes malevoli res ita disposuerant, ut illa hora Imperator spectando Bestiarum certamine occuparetur, itaque nemo excubitorum Ambrosii adventum nuntiare volebat, quod tunc importune adesset. Recessit ipse, at, nemine observante, portam adit, per quam belluæ immittebantur, cum earum custodibus intrat, nec latus Imperatoris ante deseruit, quam reo vitæ gratiam obtinuisset. *Sozo. VII. c. 25.*

S. Ambrosius non minori zelo depo- *II. off. c. 29. n. 150.*
sita, Ecclesiæ concredita, tuebatur; sæ-
pius

Sæculum IV. A. C. 396.

pius Decretis Cæsareis, quibus aufferri jubebantur, restitit. Privatus aliquis Rescriptum ab Imperatore obtinuerat, ut sibi depositum, a quadam vidua Ecclesiæ Ticinensi datum, posset attribuere; Clerici ultra non resistebant, Magistratus, & ministri, qui rem exequi jussi erant, dicebant, resisti non posse, Procurator Cæsareus rem urgebat; nihilominus Episcopus Ticinensis, S. Ambrosii consilio, aditum ad eum locum, ubi depositum servabatur, ita caute defendit, ut aufferri non potuerit, sed missis tantum litteræ testimoniales datæ, ipsos, quod sui erat muneris, feciſſe. Rediere tamen cum his litteris, & novo Imperatoris mandato; his nihil perterritus Episcopus, tradere, quod petebatur, recusavit. Historiam Heliodori prælegi jussit, severe adeo castigati, quod sacra Templi deposita distrahere voluisset. Ægerrime tandem Imperatori, ut desisteret, persuasit.

2. *Mach.* 3. 10.

§. XVI.

Judicia S. Ambrosii, notatu digna.

Ambr. ep. 83. *al.* 49.

Episcopus, nomine Marcellus, sororem habebat viduam, & fratrem, cui nomen Letus. Marcellus prœdium, cujus Dominus erat, sorori donavit cum onere, ut moriens testamento illud pauperibus, & Ecclesiæ, ubi Episcopatum tenebat, relinqueret. Letus donationem impu-

impugnavit; hinc inter eos lis magna in foro oritur. Postquam diu litigaverant, maximos sumptus impenderant, & utrinque talia dixerant, quæ bilem movere solent, Ambrosium judicem experiri optant, atque causam ad eum remitti a Præfecto Prætorii impetrant. S. Ambrosius summo jure judicare detrectavit, sed munus arbitri in se suscepit, ut litem finiret, & animos offensos conciliaret. Ergo persuasit, ut consentirent, fundum Leto in proprietatem dandum esse, cum onere, ut pensionem annuam sorori daret, quæ in certa mensura frumenti, vini, & olei constaret, post sororis obitum, nemo quidquam ultra a Leto nec nomine Episcopi Marcelli, nec nomine Ecclesiæ posset exigere. Ita vir sanctus effecit, ut omnes causam lucrarentur, & Letus quidem, quia fundi proprietatem acquirebat, soror autem, quia ei certi redditus asserebantut absque lite, absque sollicitudine, aut sterilium annorum metu, & Marcellus, quia utriusque tam fratris, quam sororis voluntati faciebat satis, & id ipsum, quod ipse suggesserat, Ambrosius sequebatur consilium. Sola Ecclesia damnum pati videbatur; at S. Ambrosius affirmabat, satis lucri ad Ecclesiam redire, quod Charitas conservaretur, quod Episcopus suus virtutes amet, & hoc facto bonum exemplum omnibus præberet. Vero-

Sæculum IV. A. C. 396.

n. 2.

n. 8.

n. 9.

n. 10.

Sæculum IV. A. C. 396.

Veronæ habitabat Virgo, cui nomen Indicia; hanc Zeno, illius urbis Episcopus, pluribus annis probatam Deo consecraverat. Antea Romæ in domo S. Ambrosii cum S. Marcellina morata, magnæ omnibus virtutis opinionem creaverat; Veronam reversa cum sorore habitavit, viro, cui nomen Maximus, matrimonio copulata, semper ita solitudinis, & quietis amans, ut non nulli offensos se crederent, quod ad uxores eorum non inviseret. Subito rumor invaluit, Indiciam peperisse prolem, quæ deinde fuisset interempta. Sororis maritus Syagrium adiit, tunc Veronæ Episcopum, ipsemet delatorem egit, tantumque apud Episcopum institit, ut ille testes ad Ecclesiam vocaret. Tres mulieres, quæ hunc rumorem sparsisse dicebantur, non comparuere, sed solum viri duo, qui se ista ab illis fœminis audivisse referebant; erant præterea causæ sufficientes istorum virorum testimonia rejiciendi. Nihilominus huic testimonio innixus Syagrius, non auditis, quæ Indicia in suam defensionem allatura esset, nec exspectato Confratrum suorum, Episcoporum, consilio, decrevit, ut eam Matronæ inspicerent.

Ep 5. *al.* 46. *Syagr. n.* 1. *n.* 21. *n.* 16. *n.* 19. S. Ambrosius *n.* 2.

Ipsa querelam ad S. Ambrosium detulit; ivitque Maximus Mediolanum, ut executionem ejus, quod Syagrius judicave-

caverat, urgeret. S. Ambrosius, ut secundum jura procederet, volebat, ut aliquis nominatim accusatorem se gereret; attamen actoris nomen in se suscipere Maximus semper recusavit, quamvis re ipsa, quæcunque Actoris sunt, faceret. Tres mulieres, Mercuria, Lea, & Theodula, quæ in hac causa testes principales esse ferebantur, quamvis Mediolanum fuissent perductæ, disparuerant. Duos viros, Renatum, & Leontium, qui ad illarum fœminarum testimonium rem affirmaverant, S. Ambrosius interrogavit, sed & ipsi in factis, quæ referebant, non conveniebant. Tum S. Ambrosius Episcopos convocavit, ut in hac causa pronuntiarent. Nec Actor, nec testes, qui fidem facere possent, contra Indiciam aderant. Econtra pro ea stabant bona testimonia nutricis suæ, mulieris liberæ, & fide dignæ, sanctæ Marcellinæ, S. Ambrosii sororis, & Virginis Paternæ, apud quam, durante causæ discussione, Mediolani semper manserat.

Sæculum IV. A. C. 396.

n. 4.

n. 20.

n. 19.

n. 21.22.23.

Episcopi igitur edixere, Indiciam nullam culpam contra Professionis suæ statum admisisse. Leontium, & Renatum tamdiu fore excommunicatos, donec publica pœnitentia Ecclesiæ satisfeciissent. Maximum quoque, nisi malum emendaret, ad Communionem recipi non posse. S. Ambrosius hanc sententiam ad Syagrium

n. 24.

Sæculum IV. A. C. 396.

grium perſcripſit, data epiſtola forti, & ſevera, ejusque errorem reprehendit, quod Virginem inſpici juſſiſſet ſine actore, & teſtibus; tales inſpectiones Virgini verecundæ pœnam eſſe graviſſimam, & aliunde ad detegendam veritatem medium peritiſſimorum medicorum judicio valde incertum, idque recenti exemplo confirmat. Cœterum S. Ambroſius erubeſcendum iſtud probationis genus penitus eliminatum velle videtur. Syagrius excuſationem obtendebat, quod non nemo minatus fuiſſet, ab ejus communione recedere; ideo vero S. Ambroſius eundem puſillitatis redarguit, quod privatos legem Epiſcopis, & judicandi formam præſcribere pateretur.

D. ep. 5. n. 2.

c. 5. 6. &c.

n. 14.

n. 15.

§. XVII.

S. Ambroſii de Clericis ſuis cura.

1. Off. c. 18. n. 72.

Quanta cura S. Ambroſius eos elegerit, quos Clericis ſuis adſcriberet, ex illis exemplis, quæ ipſe refert, dignoſcitur. Amicorum aliquis diu Ambroſium ambibat, ut locum inter Clericos obtineret; nunquam tamen moveri potuit, ut admitteret, propter ſolum geſtum, valde indecentem, qui ſibi in iſto homine diſplicebat. Alium, quem inter Clericos relatum jam invenerat, ob commiſſam culpam ad tempus interdixit; dum eum reſtituit, præcepit Ambroſius, ne unquam

unquam ante ipsum incederet, quod ejus incessus a communi aliorum modo abhorreret, & Præsuli oculos offenderet. Persuasum sibi habebat S. Episcopus, quod inordinatus modus corporis, depravati judicii effectus sit; atque Ambrosium ita judicando circa neutrum errasse, eventus demonstravit, quippe primus tempore persecutionis, ab Arianis motæ, fidem deseruit, alter quoque, ne in causa, fortunas suas tangente, Episcoporum judicium subire deberet, a Religione Catholica defecit. S. Ambrosius hæc duo exempla refert in tractatu de officiis, quem in Clericorum suorum usum composuit, ut in hac re Ciceronem, Græcosque imitaretur, quorum morem Cicero, dum sua officia scripsit, secutus est. S. Ambrosius, quæ in Doctrina eorum morali bona sunt, servat, auctoritate S. Scripturæ confirmat, & ad Evangelii regulas elevat. Clericis suis omnia negotia, & omne mercandi genus prohibet, sed vult, ut ex modico patrimonio, si habeant, aut si non habeant, ex sua mercede vivant. Non nullos Ecclesiæ serviendi tœdium subibat ob illius status incommoda, dicebantque: cur in statu Clericali perseverem, severissimæ Disciplinæ subjectus, & labore pressus? cum bonis propriis vivere possim, aut aliunde acquirere? respondet; eos non ideo factos Clericos, ut vivant,

Sæculum IV. A. C. 396.

1. *Off.* 36. *n.* 184.

Epist. 81. *Clericis.*

Sæculum IV. A. C. 394.

vant, sed ut coram Deo post mortem suam merita comparent. Hæc est unius ex epistolis ejus materia.

Epistolam S. Ambrosii habemus unam datam ad Constantium, Episcopum in vicinia Ravennæ recens constitutum, qui ex ejus Clericis assumptus fuisse videtur, nam ipsum filii nomine compellat. In ea præscribit ipsi vitæ præcepta, quæ præcipue ad populi sui instructionem utilia. Monet, ut Ecclesiæ Fori Cornelii (Imola esse creditur) curam gerat, quia illa Sedes vacans erat, nec ab eo longius distans; vult ut illam sæpe visitet, donec ibi Episcopus eligatur; *me enim*, inquit: *labores appropinquantis quadragesimæ impediunt, ne longius digrediar*. Alia epistola legitur data ad quemdam Neo-Electum Episcopum, qui nomine Vigilius, & epistolas Doctrinales ab Ambrosio petierat. Hunc monet particulariter populum suum hortari, ut operariis debitam mercedem tribuant, usuram aversentur, hospitales sint, & maxime matrimonia cum Infidelibus prohibeant.

Ep. 2. *al.* 19.

S. Ambrosius. *n.* 27.

Ep. 19. *al.* 24.

Multi S. Ambrosii Discipuli Ecclesias sancte rexerunt. Primo loco poni potest S. Augustinus, tum amicus ejus Alipius, & S. Paulinus Nolanus. Inter ejus Clericos notantur Venerius, & Felix, qui ambo S. viri Diaconi fuerant, fuitque Venerius Episcopus Mediolanensis, & Felix

Bono-

Bononienſis, uterque inter Sanctos relatus. Theodulus, aliquando S. Ambroſio ab epiſtolis, Epiſcopus Mutinenſis creatus eſt. S. Ambroſius, ut dictum, manus impoſuit S. Gaudentio Brixienſi, S. Felici Comenſi, & S. Honorato Vercellenſi. Ex epiſtolis ejus diſpicitur, quanti S. Felicem fecerit, & quam arctum amicitiæ vinculum interceſſerit. Sæculum IV. A. C. 396. *Martyr. 4. Dec. 4. Maji. Paul. vit. n. 35. Ep. 3. & 4. al. 59. 60.*

§. XVIII.

S. Ambroſii Epiſtola ad Eccleſiam Vercellenſem.

Inter ultimos S. Ambroſii actus ordinatio Sancti Honorati fuit. Poſtquam Limenius Epiſcopus Vercellenſis, qui Concilio Aquilejenſi interfuerat, vitam clauſit, Sedes hujus Eccleſiæ ſerpente animorum diviſione diu vacavit. Hujus rei cauſam non nulli in S. Ambroſium rejiciebant, quod, cum eſſet Metropoliticus, ipſius eſſe videretur, tanto malo mederi. Inde factum, ut prolixam epiſtolam ad Vercellenſes daret, in cujus ingreſſu dicit: *Dolore obruor, dum veſtram Eccleſiam adhucdum Epiſcopo carere video; hæc ſola hodie in Liguria, Æmilia, Venetia, vicinisque Provinciis Paſtorem non habet, quæ aliis Eccleſiis rogantibus Paſtores dare ſolebat; id vero pudendum, quod hæc vacatio culpa mea dicatur durare, at profecto! ſola tanti ſcandali cauſa ſunt ſimul-* *Ep. 63. al. 25. Sup. XVIII. N. 10. V. not. in ep. 63. ep. 63. al. 25.*

Sæculum IV. A. C. 396.

tates vestræ. Nam quamdiu divisi sunt animi, quid statuere possumus? quem eligetis? quis in tanta animorum divisione onus susc piet, vix in summa omnium concordia ferendum? an non vos aliud docuerunt S. illius Confessoris hortatus? vosne jurgari non pudeat! Parentum illorum filios, qui civibus suis S. Eusebium, virum antea sibi ignotum, prætulerunt?

Sæpius deinde S. Eusebii Vercellensis laudes memorat. Vercellenses hortatur, ut sibi caveant a duobus Monachis Apostatis Sarmatione, & Barbatieo, qui aliquamdiu in Monasterio Mediolanensi vixerant, sed Disciplinæ Regularis, jejunii, clausuræ, silentii impatientes, spretisque S. Ambrosii monitis, charitate plenis, egressi fuerant, &, iterum suscipi petentes, non admissi. Hinc contumaces pernicioſam Doctrinam spargere cœperunt, ab hæresi Joviniani non multum absimilem, dicentes, abstinentiam, jejunia, virginitatem, continentiam nullius esse utilitatis. (*) Hos S. Ambrosius Epicureis nihilo meliores affirmat, eorumque errores S. Scripturæ auctoritate, & exemplis refutat. Tum Fidelibus Vercellensibus inculcat, ut vitia detractionis, nequitiæ,

n. 2. n. 68. 69. 70. 71. n. 7. 8. 9.

n. 43. n. 52.

(*) Eadem hodierni nostri Lutherani dicunt; atqui hæc dicentes in Sæculo IV. pro hæreticis habebantur.

quitiæ, contentionis, vindictæ fugiant, alter alterius onera portent, divitiarum causa non extollantur, hospites suscipiant, in charitate proximi exerceantur. Conjux conjugi, parentibus liberi, servi Dominis, vicissimque, quæ debent, reddant. Quibus dotibus Episcopum ornatum esse oporteat, docet, præsertim in Ecclesia Vercellensi, ubi Clerici simul erant Monachi. Ut S. Ambrosius paucos ante obitum suum menses seipsum Vercellas conferret, & dissidentium animos componeret, necessitas postulavit; ipsius tandem opera Honoratus Episcopus electus est, maximorum meritorum vir, quem Ecclesia Sanctis adnumeravit.

Sæculum IV. A. C. 396.

n. 83. *n.* 86. *n.* 105. *n.* 106. *n.* 66.

vit. S. Gaud. Novar. Bol. Febr. Martyr. Rom. 28. Oct.

§. XIX.

S. Ambrosii Fama.

Sancti Ambrosii fama in remotissimas orbis plagas pervasit. Illa viros duos ex Persia, illius gentis potentissimos, & eruditissimos excivit, ut Mediolanum venirent, mandatis sibi quæstionibus Sapientiæ ejus experimentum capturi. Hi cum Ambrosio per interpretem a prima diei hora usque ad tertiam noctis, id est, ferme ab hora sexta matutina usque ad nonam vespertinam colloquia miscuere, & admiratione pleni regressi sunt, utque omnes scirent, causam unicam itineris fuisse, tantum virum conspicere, statim

Paul. vit. c. 25.

Sæculum IV. A. C. 396. die altera, ubi Imperatori salutem dixissent, viam ingressi sunt Romam, Probi Præfecti potentiam visuri, tuncque ad suos reversi sunt. Cum aliquando co-

Id. n. 30. mes Arbogastus cum pluribus Francorum Regibus, dum pacis fœdera inirent, mensæ accumberet, interrogarunt, num Ambrosium noviſſet? respondit: *novi virum, amici sumus, sæpe simul cibum capimus.* Reposuit ex Regibus unus: *hinc est, Comes! quod victoria te amet, cum sis amicus hominis, qui si soli dicat: sta! ipso jubente, sistitur.* Hæc dicta sibi relata fuisse, ait Paulinus, ab adolescente, qui Arbogasto ad mensam potum propinabat.

Id. n. 36. Non multo ante S. Ambrosii mortem, Marcomanorum Regina, cui nomen Fritigil, de Ambrosio mira referentem Christianum audiens, qui ex Italia venerat, in Christum credidit, misitque Legatos, Ecclesiæ Mediolanensi munera deferentes, qui suo nomine Ambrosium rogarent, ut se per litteras veram fidem doceret. Scripsit ipse longam epistolam in Catechismi forma, in qua etiam suadet, ut Maritum ad servandam cum Romanis pacem inducat. Acceptis litteris, Regina Regi persuasit, ut cum suo populo Romanis se dederet, & ipsa Mediolanum venit, sed jam defunctum Ambrosium vehementer doluit. Epistola

la ab Ambrosio ad hanc Reginam data non extat. Sæculum IV. A. C. 396.

§. XX.

S. Ambrosii miracula.

Comitis Stiliconis mancipium, a Dæmone torquente, liberatum, in Basilica Ambrosiana morabatur, nam Dominus ejus S. Ambrosium rogaverat, ut hominem sollicite custodiret. Palam factum est, hunc servum nequam falsas litteras conscribere, in quibus tribunitia potestas quibusdam conferebatur; non nulli jam vinculis dati erant, qui, confecto litterarum jure, confisi, ut Tribunos se gesserant. Stilico, Sancti Ambrosii rogatu, hac arte deceptos quidem libertati restituit, at nullam servo pœnam inflixit, nisi quod ideo apud S. Episcopum quereretur. S. Ambrosius hominem, Basilica egredientem, investigari, & ad se adduci jubet; interrogat reum, & criminis convincit; tum, *tradatur*, inquit: *Satanæ in destructionem carnis, ne imposterum alii similia facere audeant!* eadem hora, & antequam omnia verba S. Episcopus protulisset, Spiritus immundus, in eum insiliens, miserum fœde contorsit; nobis omnibus, inquit Paulinus: expavescentibus, subditque: *illis diebus plures Energumenos ejus imperio, & manuum impositione liberari vidimus.* *n.* 43. 1. *Cor.* 5. 5.

Sæculum IV. A. C. 396.

Nicetius antea Tribunus, & Notarius, tanto dolore pedum afficiebatur, ut ægerrime in publicum prodire posset; aliquando pedem ad altare appropinquantis, ut S. Sacramentum acciperet, S. Ambrosius gressu fortuito protrivit, coegitque exclamare, dixit vero: *vade! ex nunc sanus eris.* Revera, cum Sanctus obiisset, vir ille cum lacrymis testabatur, nullo se doloris sensu ex illa hora fuisse afflictum.

Id. n. 44.

Paucos dies antequam S. Ambrosius decumbere cogeretur, cum explicationem Psalmi 43. dictaret, Paulinus, qui verba loquentis chartæ mandabat, subito vidit, caput ejus flamma, scutuli formam referente, tegi, eandemque lento tractu os ejus ingredi, mox vultus ejus niveo candore refulsit, tandemque pristina species rediit. Addit Paulinus: *hæc videns ita exterritus sum, ut immobilis hæserim, nec, quæ dictabat, scribere, priusquam visio disparuisset, potuerim; dictabat autem certum Scripturæ textum, cujus bene memini, atque illa die seu scribere, seu dictare cessavit, nec totum Psalmum absolvere valuit. Statim, quæ videram Diacono Casto, sub cujus cura eram, narravi, qui mihi ex actis Apostolorum ostendit, me Spiritum S. vidisse in Sanctum Episcopum descendere.* Explicationem illam S. Ambrosii in Psalmum 43. habemus, ubi omnino

n. 42.

in

in versu 25. finit, & in duos ultimos nihil addit. Jam tunc Ambrosium infirmitatis suæ conscium fuisse necesse est, testante Paulino, eum, quando valebat, nunquam cessasse, libros manu sua scribere. Ipsius S. Ambrosii testimonio habemus, se non omnia dictasse, præsertim nocte, ne cuiquam molestiam faceret, ut, quæ scriberet, diutius pensaret, & Stilus foret exactior. Sæculum IV. A. C. 396. n. 38. *Ep. 47. ad Sab. al. 65.*

Ulterius Paulinus refert: *omnium Ecclesiarum sollicitudine premebatur. Diu, noctuque assidue orabat. Multum vigilabat, & jejunabat quotidie, non nisi diebus Sabbati, & Dominicis prandere solitus.* Nam Mediolani, etiam in quadragesima non jejunabant diebus Sabbati. Si vero Romæ esset, aut alibi, ubi die Sabbati jejunabatur, cum aliis jejunabat; illam in hac re sequens Regulam; illius loci, in quo esset, more sibi vivendum. Ad mensam suam non nunquam vocabat viros Imperii præcipuos, Consules, Præfectosque, qui id sibi honori ducebant, sicut de Arbogasto, & Vincentio Galliarum Præfecto scimus. Ipse vero nunquam, quamquam rogatus, quamdiu Mediolani fuit, ad alterius mensam accessit. Has quoque observabat vitæ regulas, ut nunquam matrimoniis conciliandis se immisceret, aut cuiquam in Principis aula munus procuraret, ne si male res vertisset, culpa in eum recideret. *Aug. ep. 36. al. 86. ad Casul. in fin.* *Paul. vit. c. 30. Sulp. Dial. 1. c. 17. Poss. vita. Aug. c. 27.*

§. XXI.

Sæculum IV. A. C. 397.

§. XXI.

S. Ambrosii obitus.

Postquam S. Ambrosius novum Ticini Episcopum ordinasset, morbo premi cœpit, diuque lecto affixus est. Tunc vero Comes Stilico dixisse legitur, tanti viri fatum Italiæ ruinam post se tractu-
Paul. vit. rum. Quamobrem viros Mediolani spe-
c. 45. ctatissimos, quos apud S. Episcopum gratia valere sciebat, ad se vocatos, adhibitis precibus, minisque, cogit, ægrotantem adire, & summo conatu instare, ut a Deo longiorem vitam peteret. Ipsis igitur lectum decumbentis circumfusis, & cum fletu hanc gratiam poscentibus, respondet: *non equidem talem inter vos vitam duxi, ut diutius vivere pudeat; at mori non timeo, quia bonum habemus Do-*
n. 46. *minum.* In ambulacro jacebat, in cujus extrema parte quatuor Diaconi, Castus, Polemius, Venerius, & Felix colloquentes, in eam quæstionem inciderant, quis S. Ambrosio dignus in Episcopatu successurus esset? tam submisse autem loquebantur, ut vix alter alterius vocem perciperet; cum Simplicianum nominassent, S. Ambrosius quamvis longius distans, eorum electionem approbavit, & quasi colloquentibus adfuisset, ter exclamavit: *Senex est, & bonus est!* hac voce perterriti, auffugerunt. Quod dixerant,

rant, evenit, S. Ambrosio succeſſit Simplicianus, & Simpliciano Venerius. In eodem loco decumbens Ambroſius, oransque, JEſum Chriſtum, ridenti vultu ad ſe venientem, vidit. Hanc viſionem Baſſiano Epiſcopo Laudano, tunc ſecum oranti, aperuit; atque ex eo ſe audiviſſe, Paulinus fatetur. Haud multis poſt hæc diebus S. Ambroſius obiit. Ab hora diei undecima, id eſt, a quinta veſpertina usque ad horam, qua expiravit, nempe paulo poſt mediam noctem in oratione perſeveravit; manibus in formam crucis extenſis, orabat, labia movens; quid autem diceret, audiri non poterat. Cum Honoratus Epiſcopus Vercellenſis cubitum conceſſiſſet in ſuperiori illius Domus contignatione, ut aliquantum quieſceret, ter vocem audivit, quæ ſe vocaret, & diceret: *ſurge cito! nunc abiturus eſt!* Honoratus deſcendit, corpus Domini noſtri morituro dedit, quod poſtquam accepit, & ſumpſit, Spiritum emiſit, illa nocte, qua Sabbatum Sanctum initur, quarta Aprilis anno 397. ſeu pridie nonas Aprilis, Cæſario, & Attico Conſulibus.(*) S. Ambroſius in Epiſcopatu annos viginti duos,

Sæculum IV. A. C. 397.

n. 47.

Mart. Rom. Pagi. an. 397. n. 6.

(*) Ex hoc facto Proteſtantes diſpicere poſſunt, quam antiqua ſit Eccleſiæ conſuetudo, ut S. Evchariſtia, poſt officium Divinum aſſervata, ad ægrotos deferatur.

Sæculum IV. A. C. 397.

duos, & menſes quatuor emenſus fuerat, ſaltem 57. annorum homo.

n. 48. Eadem hora, & antequam illuceſceret, corpus in majorem Eccleſiam delatum eſt, ibique ſequente nocte, quæ erat vigilia Paſchæ, remanſit. Multi infantes, illa nocte baptizati, cum e fonte egrederentur, Ambroſium viderunt; aliqui eum in Cathedra ſua in Eccleſiæ ſuggeſtu ſedere dicebant, alii dicebant, videre ſe ambulantem, & digito Parentibus ſuis monſtrabant, qui eum tamen non videbant. Multi dixere, ſtellam ſupra corpus ejus a ſe conſpectam. In die Paſchæ, ubi illuxit, celebratis Sanctis Myſteriis, ſublatum eſt Corpus, in Baſilicam Ambroſianam delatum, & ſepultum. Tunc multitudo Dæmonum, quanta rabie ageretur, horrendis clamoribus teſtabatur; ſimiles ejulatus ad Divi honorem in diverſis Provinciis, & pluribus annis auditi. Populus ſudariola Corpori injiciebat, ut ejus attactu ſacrarentur; nam innumerabilis multitudo omnis ſtatus, ſexus, & ætatis, non ſolum Chriſtiani, ſed & Judæi, & Gentiles Ambroſii exequias celebres reddidere. Neo-Baptizati ſuper omnes alios ſplendebant, & ſtabant proximi. Eadem, qua vir Sanctus obiit, die in Oriente quin. 49. busdam viris Sanctis apparuit, orans cum eis, & manus imponens; hoc contigiſſe, poſt aliquod tempus Mediolani compertum

tum est ex epistola, ipsius obitus die data, & ad ipsum, tanquam si viveret, directa; hæc Simpliciano, Successori ejus reddita, & sollicite asservata. S. Ambrosius Florentiæ quoque visus est, juxta promissum illis factum, qui eum rogabant, ut sæpe ad eos inviseret. Sæpe ante Basilicæ Ambrosianæ Altare, quod ipse exstruxerat, orare conspectus. Hoc factum Paulinus in vita S. Ambrosii refert, S. Zenonis Episcopi Florentini testimonio fretus; scripsit vero hujus Sancti viri vitam aliquot post ejus obitum annis, S. Augustini precibus motus; pleraque suis oculis viderat, alia a S. Marcellina Ambrosii Sorore, pluribusque fide dignis testibus didicerat.

Sæculum IV. A. C. 397.

n. 50.

n. 1. 56.

§. XXI.

Martyres Anagnienses.

Sanctus Simplicianus initio Episcopatus sui epistolam a S. Vigilio, Episcopo Tridentino, ad se datam accepit, qua Martyrium trium Clericorum, Sisinnii Diaconi, Martyrii Lectoris, & Alexandri Ostiarii, a barbaris vicinorum montium incolis occisorum, referebatur. Sisinnius ex Græcia venerat, natus in Cappadocia (*) nobili genere, jamque ætate gravis. Ipse primus his Barbaris Evangelium prædicavit,

apud Ruin. Acta Mart. Sinc. p. 648. *p.* 690.

(*) Forte legendum, *ex Asia venerat.*

Sæculum IV. A. C. 397.

cavit, & quamvis esset pauperrimus, ex suo tamen in illa Regione Ecclesiam ædificavit. Martyrius, relicta Sæculi militia, & Parentum chara societate, baptizatus, & ordine Lectorum insignitus, primus apud barbaram gentem laudes Divinas canere auditus est; operibus spiritualibus, & jejunio assidue intentus. Alexander Martyrii frater erat. Omnes tres in celibatu vivebant. Locus, ubi prædicabant Evangelium, Anagnia, seu Anaunia dictus, viginti quinque stadiis, seu una leuca ab urbe Tridentino distans, in montium anguſtiis situs erat. Postquam diu efferorum hominum insultus tulerunt, tandem hac occasione Martyrio affecti sunt. Pagani, mense Majo exeunte, cum pompa profana agros suos circuire solebant, ut eos, sua quidem superstitione, lustrarent, & jactis seminibus Deorum suorum favorem expeterent. Coronati incedebant, Deorum laudes concinentes, sequentibus, quæ rite immolarentur, victimis. Cum Christianorum aliquem, nuper conversum, cogere vellent, ut e suis quoque stabulis victimas daret, & Sisinnius prohiberet, gravi vulnere afflictus est. Altera die summo mane adsunt Pagani, fustibus, ascciis, aliisque agrestibus armis muniti, facto impetu in Ecclesiam irrumpunt, ubi Clerici preces matutinas decantabant; omnia

vid. Baron.

nia perſcrutantur, diripiunt, Sacra Myſteria profanant, Eccleſiam demoliuntur. Siſinnius Diaconus in lecto jacebat, vulneribus debilis, iterum ut eorum Sacrificia probaret, inſtant, tubam, qua ad Deorum cultum plebem ciere ſolebant, renuentis capiti illidunt, ac ſecuri truculenter mactant; Martyrius apud eum ſtans a ferocibus inventus eſt, vulnera ejus alligans, & hauſtum frigidæ porrigens, ut reſocillaretur, cum jam jam animam agentem videret; tum in hortum Eccleſiæ contiguum fugiens, a puella, horti Domina, proditur; captus igitur, in capite vulneratus, & ſtipitibus acutis perfoſſus, cum ad Idolum traheretur, in via extinctus eſt. Inde furentes Alexandrum perquirunt, omnibus notum, quia januam Eccleſiæ cuſtodire ſolebat; hunc in domo ſua comprehenſum, medium inter duorum Martyrum corpora alligant; in S. Siſinnii collo tintinnabulum appendunt, quale pecoribus injici ſolet, inſultando dicentes: *jam ulciſcatur ſe Chriſtus!* Alexandrum medium inter duo cadavera pedibus innexum, per aſpera viarum usque ad templum Saturni raptant, ubi, pyra ex lignis deſtructæ Eccleſiæ erecta, duorum corpora, ipſo inſpectante combuſſerunt, jubentes, ut, ſi flammas vellet effugere, ſacrificaret; tandem conſtanter ſacrificare recuſantem interficiunt. Sæculum IV. A. C. 397. Martyres.

Sæculum IV. A. C. 397.

ciunt. Magnus Christianorum numerus huic spectaculo adfuit, quibus Infideles non nocuere, nisi quod defectionem a Deorum cultu exprobrarent. Tres Sancti Martyres Martyrium passi sunt die Veneris 29. Maji, ex quo sequitur occisos fuisse anno 397. quo Littera D. Dominicalis erat.

Aug. epist. 139. *al.* 158. *ad Marcel. n.* 2.

Martyrum interfectores comprehensi, debitas crudelitatis pœnas luissent, nisi Christiani reis vitæ gratiam postulassent ab Imperatore, qui facile, quod rogabatur, concessit, ne pœna de latronibus sumpta in Sanctorum Martyrum contumeliam verteretur. Reliquiæ eorum Mediolanum allatæ sunt, atque conjectura est, tunc, cum mitterentur, S. Vigilium ad S. Simplicianum hanc, quam habemus, epistolam dedisse. Eodem tempore ex ora Dalmatiæ Mediolanum venerat homo cœcus, qui feretrum, in quo portabantur Reliquiæ, tangens, visum recepit; is narrabat, se nocturna visione conspexisse navem appelli in littore, quo plurimi viri, albis vestiti, consistebant, illis in littus descendentibus, rogasse se unum de turba, ut, quinam isti essent, doceret, sibique fuisse responsum, Ambrosium esse, & socios ejus; audito Ambrosii nomine, inquiebat, orasse se, ut sibi visum restitueret, & sibi dixisse Sanctum: *Mediolanum vade in occursum fratrum meorum, qui tali*

tali die illuc pervenient, & lumen recipies. Ipse, quamvis nunquam Mediolanum iviſſet, tamen illuc recta via ſe contulit. Aliquo poſt hæc tempore S. Vigilius Tridentinus epiſtolam ad S. Joannem Chryſoſtomum, tunc Epiſcopum Conſtantinopolitanum, de iſtorum Martyrum paſſione dedit, quando Comes Jacobus Reliquiarum partem ſecum in Orientem tulit. Ipſe S. Vigilius Barbarorum manibus Martyrium adeptus eſt, qui S. Epiſcopum lapidibus obruerunt, ſexto Calendas Julii, Stilicone Conſulatum gerente; hic primus ejus Conſulatus fuiſſe creditur, ideoque annus 400. & dies 26. Junii. S. Gaudentius etiam Brixienſis Reliquias horum Martyrum Anagnienſium accepit, ut ipſe in ſermone, ad Feſtum 40. Martyrum pronuntiato, teſtatur; præter hos 40. Martyres decem alios enumerat, quorum Reliquiis ejus Eccleſia decorabatur, nimirum Sanctum Joannem Baptiſtam, S. Andream, S. Thomam, S. Lucam, S. Gervaſium, S. Protaſium, S. Nazarium, S. Siſinnium, S. Martyrium, S. Alexandrum, quos ait ante breve tempus in loco, quem Agathini aram vocabant, Martyrio affectos.

Sæculum IV. A.C. 397.

Boll. 29. Maji & Ruin. p. 686.

Uſuard. Mart. Fortun. 1. carm. c. 2.

hom. 17.

Sæculum IV.
A. C. 397.

§. XXIII.

S. Augustini Labores.

Aug. ep. 37. de diverſ. q. ad Simpl. to. 6.

Sanctus Simplicianus, jam Episcopus Mediolanensis, ad S. Augustinum dedit epistolam, sinceræ amicitiæ testem, qua dicebat, se libros ejus legisse, ut plura scriberet, excitabat, & diversas de Sacra Scriptura quæstiones movebat. His S. Augustinus satisfecit duobus libris quos ei misit, ejusdemque censuræ subjecit, quippe eum semper ut Magistrum coluit. (*) Hoc primum opus est, quod Augustinus jam Episcopus scripsit. Circa idem tempus scripsit librum de certamine Christiani stilo simplici, ut illis serviret, qui in latino idiomate non multum essent exerciti. In eo de modo oppugnandi Dæmonem loquitur, dum affectus nostros premimus, & refutat Manichæos. Apertius Manichæos aggressus est in libro contra epistolam Manetis, quam vocabant epistolam fundamentalem, quia substantiam eorum Doctrinæ continebat; non nisi initium hujus epistolæ, cujus textum refert, refellit,

2. Retract. c. 1. c. 3. c. 2. Possid. vit. c. 9.

contr. ep. fund. c. 4.

(*) Hic Anonymus I. quærit, cur Fleurius ex libris S. Augustini ad Simplicianum nihil excerpserit? Fleurius ex libris S. Augustini plurima excerpsit, quæ ad dilucidandam Ecclesiæ Doctrinam, & refutandos heterodoxos sufficiunt.

lit, ad reliqua Notas adjecit, amplius eam refutaturus, cum vacaſſet. In illa Epiſtola S. Auguſtinus cauſas ſe moventes memorat, cur in Eccleſia Catholica perſeveret; nempe populorum conſenſum, Auctoritatem, cujus fides miraculorum initium, ſpes nutrimentum, charitas augmentum, antiquitas robur dediſſet, Succeſſionem in S. Petri Sede continuam, Nomen Catholicum huic Eccleſiæ ita proprium, ut ſi advena quærat, ubi Eccleſia Catholica ſit, nullus hæreticus, aut Eccleſiam ſuam, aut domum monſtrare audeat. (*)

Sæculum IV. A. C. 397.

Poſtquam S. Auguſtinus majori Epiſcopus Auctoritate poſlebat, zelus Religionis quoque crevit, & Verbum Dei non ſolum in ſua Eccleſia, ſed etiam ubique, quocunque venire rogaretur, Fervore Sacerdotali prædicabat. Inter alios Donatiſtæ ſermones ejus, ſollicite exceptos, ad Epiſcopos ſuos deferebant, rurſusque ad Auguſtinum Epiſcoporum reſponſa,

(*) In libro S. Auguſtini, de certamine Chriſtiani, illa verba memorabilia leguntur: c. 5. *Evangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ commoveret Auctoritas.* Quid ad hæc Proteſtantes? cur, vel quomodo credunt Evangelio? Eccleſiæ Romanæ, de qua S. Auguſtinus loquitur, teſtimonium contemnunt, & alterius producere non poſſunt.

Sæculum IV. A. C. 397.

S. Auguſtin.

ſponſa, ad quæ ipſe manſuete, & leniter replicabat, diu, noctuque laborans, ut eos ab errore revocaret. Imo etiam ad non nullos illorum Epiſcoporum, aut ad Laicos inter ſuos auctoritate potiores litteras dedit, fidei ſuæ argumenta afferens, eosque hortans, ut errorem deponerent, aut ſaltem ſecum de veritate conferre inciperent. Ipſi, cauſæ ſuæ diffidentes, nequidem reſpondere audebant, ſed quæcunque furor ſuggereret maledicta effundebant. Publice, privatimque querebantur, Auguſtinum impoſtorem eſſe, & lupum, quem interfici oporteret, remiſſionem omnium peccatorum ſuorum mercedem fore illis, quicunque oves ſuas ab ejus rapacitate liberaſſent.

Aug. ep. 33. *al.* 147. *n.* 2.

Cum aliquando Proculejanum Epiſcopum Hipponenſem Donatiſtam, atque Evodium, S. Auguſtini amicum, in eandem domum fortuna contuliſſet, Proculejanus dixit, velle ſe cum Auguſtino conferre decem viris, notæ probitatis, & utriusque partis præſentibus. Dictum Evodius ad S. Auguſtinum defert, qui, vehementer lætatus, Epiſtolam ad Proculejanum dedit, lenitate, & charitate præcipuam, qua rogabat, ut verbo ſtaret, & ad colloquium compareret; teſtes, quos vellet, ipſe eligeret, at petebat, ut colloquentium dicta litteris conſignarentur. Optionem quoque fecit, ſi ſolus ſoli colloqui

n. 4.

loqui vellet, aut per Epistolas, quæ dein- Sæculum IV.
de populo prælegerentur. *Tandem*, in- A. C. 397.
quit: *quemcunque modum elegeris, libentissime obsequar; venerabilem vero Valerium, modo absentem, in omnia hæc consensurum, vadem me præbeo.* Proculejanus colloquium detrectavit, obtendens, Augustino Constantinopolim, aut Milevum eundum esse, ubi Donatistæ Concilium celebraturi erant. S. Augustinus *Epist. 34. al. 168. ad Eus. n. 5.*
respondit, ridiculam esse hanc excusationem. *Nulla*, inquit: *Ecclesia nisi Hipponensis me tangit, res mihi est cum solo Proculejano, si viribus suis diffidit, cujuscunque ex suis Collegis voluerit, auxilium imploret. Negotiis Ecclesiasticis in aliis civitatibus nos non immiscemus, nisi forte Confratres nostri id permittant, vel jubeant; nec dispiciendum, quid vir, qui se tot annis Episcopum jactat, a me Novitio timere possit? si litterarum humanarum scientiam, at nihil illis, & quæstioni nostræ commune est. Denique habemus hic Collegam meum, Episcopum Turresiensem Samsucium, qui his litteris non studuit, rogabo, ut loco mei in arenam descendat, confido, Dominum opem laturum pro veritate decertanti.*

§. XXIV.

Concilium Carthaginense tertium.

Illo tempore S. Augustinus Concilio Car- *To. 2. Conc.*
thagi- *p. 1167.*

Sæculum IV. A. C. 397.

thaginenſi, quod tertium numeratur, eſtque ſub Epiſcopo Aurelio primum, interfuit. Quadraginta quatuor Epiſcopi convenere, atque in aula conſiliorum, quæ Baſilica Reſtituti dicebatur, congregati ſunt, Ceſario, & Attico Conſulibus, quinto Calendas Septembris, id eſt, 28. Auguſti, anno 397. Quinquaginta Canones hujus Concilii nomine habemus, ſunt qui ſuſpicantur, non nullos ex Conciliis poſterioribus fuiſſe adjectos, at non ideo Diſciplina, quam docent, minus Sancta

c. 1. eſt. Primo Canone præcipitur, ut omnes Africæ Epiſcopi ab Eccleſia Carthaginenſi indictionem acciperent, qua die Paſcha celebrandum. Alius Canon adjungit, ut illi, qui ſingulis annis ad Concilium delegati fuerint, hanc indictionem ſcriptam in ſuam Provinciam deferant.

c. 41. Enimvero ne cauſæ Eccleſiaſticæ populorum damno conſeneſcant, præcipitur, ut

c. 2. ſingulis annis Concilium Generale Africæ convocetur, omnesque Provinciæ, quæ primas habent Sedes, ex ſuis Conciliis particularibus Legatos tres mittant; plures numero non mittantur, ne oneri ſint

c. 39. hoſpitibus ſuis, id eſt, Epiſcopis, qui Confratres ſuos hoſpitio excipiebant. Provincia Tripolitana unum tantum Legatum mittat; propter Epiſcoporum paucitatem, quinque enim non plures habebat.

De

Sæculum IV. A. C. 397.

De Ordinationibus ſtatuitur, ut nullus Clericus ordinetur, niſi prius Epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio probatus. Nullus Diaconus ante annum ætatis vigeſimum quintum ordinetur. Epiſcopis, aut Clericis ordinandis Conciliorum Decreta prælegentur, ne ignorantiam poſſint obtendere. Qui in infantia apud Donatiſtas baptizati fuerint, nihilominus poſt ſuam converſionem ad Miniſterium Sancti Altaris admitti poterunt, qua ſuper re, dicebant Epiſcopi, ſe Confratrum ſuorum Siricii, & Simpliciani, Papæ, & Epiſcopi Mediolanenſis, primorum ultra mare Epiſcoporum, conſilium exquiſituros, Translationes Epiſcoporum, ſicut reordinationes, & rebaptizationes prohibentur. Epiſcopus, nomine Creſconius, accuſabatur, relicta ſua Eccleſia, aliam uſurpaſſe; de hac re jubet Concilium, ut, poſtquam in charitate monitus fuerit, Provinciæ Rector adeatur, & ſecundum Decreta Imperatorum auctoritate Sæculari pellatur. Ut factum reprimeretur duorum Epiſcoporum Numidiæ, qui Epiſcopum ordinaverant, petebatur, ne impoſterum ordinare liceret, niſi duodecim Epiſcopis præſentibus. Ad hæc Aurelius Carthaginenſis dixit: *Priſtina forma ſervabitur, & tres ſufficiant. Quinque ſolum Epiſcopi in Provincia Tripolitana eſſe dicuntur,*

c. 22.

c. 40.

c. 3.

c. 48.

c. 38.

c. 39.

Sæculum IV. A. C. 397.

quam facile continget, ut duo legitime impediti adesse non possint. Sed & in omnibus Provinciis difficile fiet, ut omnes compareant. Num vero oportet, ut hoc utilitati Ecclesiæ obsit? in ista Ecclesia, ubi nunc congregati estis, ferme omnibus Diebus Dominicis adsunt ordinandi, quomodo decem, vel duodecim Episcopos congregabo? at facile ex vicinis duos vocare possum. Tot ordinationes Episcoporum Carthagine notari merentur ad ostendendum, eas non semper in loco E-

c. 40. piscopatus factas. Aurelius subjungit: *Si qui Electioni Episcopi adversentur, tres ad ejus defensionem tunc non sufficiant, sed unus, alterve adjungantur; lis autem componatur publice, in ipsa Ecclesia, ad quam ordinandus est, & antequam ad ordinationem procedatur.* Omnes Episcopi in eandem sententiam concessere.

c. 20. Præcipitur, ne Episcopus in alterius jura involet, nullus alterius populum si-

c. 21. bi subjiciat, altero nolente non retineat,

c. 44. aut Clericos ad ordines altiores promoveat, nequidem Lectores, Psalmistas, aut Ostiarios. Ad hunc articulum Aurelius dixit: *Sæpe fit, ut Ecclesiæ, quibus Episcopi, aut Presbyteri desunt, a me petant;*

v. Gr. c. 55. *ut agam secundum Canones, ad Episcopum scribo, & indico, Clericum ejus ad talem Ecclesiam deposci; huc usque nullus recusavit; si autem in futurum hoc fieret, quid*

Sæculum IV. A. C. 397.

quid faciendum judicatis, si nempe Episcopus recuſet, poſtquam præſentibus duobus, vel tribus Confratribus noſtris Clericum ab ipſo petiero? Scitis enim mihi curam omnium Eccleſiarum incumbere. Numidius, & Epigonus teſtimonium reddidere, Eccleſiæ Carthaginenſi ſemper jus fuiſſe acquiſitum, ut Epiſcopos, ubicunque peterentur, ordinaret, & ordinandos ex qua vellet Eccleſia acciperet, poſt unam ad loci Epiſcopum factam petitionem, atque Aurelium modeſtiſſime uti ſuo jure. Epiſcoporum aliquis, cui Nomen Poſtmienus, dixit: *Si quis unicum habeat Presbyterum, an & ipſe tollendus?* Aurelius reſpondit: *Si ad Epiſcopatum neceſſarius eſt, Epiſcopus ejus dimittere tenebitur, quia facilius Presbyteros, quam Epiſcopos invenire eſt.*

Concilium Carthaginenſe.

Presbyter Virginem ſine juſſu Epiſcopi non conſecrabit. Nunquam S. Chryſma conficiet. Lectores populum non ſalutent. In illis locis, ubi nunquam Epiſcopus fuit, ſine conſenſu prioris Epiſcopi Diœceſani novus non conſtituatur, & conſtitutus jura Diœceſis Eccleſiæ Matricis non invadat. Ex horum Canonum verbis apparet, tunc ad Epiſcopum Carthaginenſem fuiſſe recurſum, ſi novi Epiſcopatus erigerentur. Epiſcopi, qui malis artibus affectum populorum conciliaverint, ſi in partes iverint, ſi ad Concilium

c. 36.

c. 4.

c. 42.

c. 46

v. Gr. c. 56.

c. 42.

Sæculum IV. A.C. 397.

cilium venire renuerint, & fratres ſuos contempſerint, auctoritate Sæculari etiam a propriis Eccleſiis ejiciantur! E-

c. 43.

c. 26.

piſcopus primæ Sedis non vocabitur Princeps Sacerdotum, Summus Sacerdos, aut aliis ambitioſis nominibus, ſed tantum primæ Sedis Epiſcopus. Canon iſte non ad diminuendam majorum Epiſcoporum jurisdictionem, ſed ad reprimendum titulorum faſtum tendit. Ex hoc fonte Nomen Primatis originem duxerit, quod in Africa primi cujuslibet Provinciæ Epiſcopi aſſumebant.

§. XXV.

Judicia Eccleſiaſtica.

De Judiciis Eccleſiaſticis ſtatuuntur ſequentia. Accuſatio contra Epiſcopum ad Primatem Provinciæ deferatur.(*)

c. 7.

Accuſatus a Communione non ante ſuſpendatur, quam ſi a Primate citatus, in illo menſe, a die, qua litteras acceperit, non ſe ſiſtat. Si legitimam habeat excuſationem, res differetur ad alterum menſem, quo elapſo, communione privatus erit, donec ſe purgaverit. Si vero etiam

(*) In hoc Canone habemus inter mille alia clariſſimum Antiquitatis teſtimonium, dari Tribunalia, & Jurisdictionem Eccleſiaſticam, quod tamen aliqui Proteſtantium cum Thomaſio negant.

etiam ad Concilium Generale annuum non advenerit, ſuo ſe calculo damnaſſe reputandus erit, & quamdiu excommunicatione impedietur, ne quidem cum ſuo grege communicabit. Si actor aliquando conſtituta die non probaverit, excommunicabitur, & Epiſcopus abſolvetur. Accuſator non admittetur, niſi talis, qui ſit omni exceptione major. c. 8. Eadem forma, & interſtitia in judicio Presbyteri accuſati, vel Diaconi obſervantur, ſed a ſuo Epiſcopo, in ſocietate vicinorum Epiſcoporum judicantur. Ad judicandum Presbyterum Epiſcopus quinque alios, & ad Diaconum duos convocet. His inferiores ſolus judicat. c. 9. Si quis Epiſcopus, Presbyter, aut alius Clericus coram judice Eccleſiaſtico accuſatus, ad tribunal ſæculare confugiat, ſi id factum in cauſa criminali, deponatur, quamvis fuerit abſolutus, ſi in cauſa civili, perdat, * quod ei adjudicatum fuerit, ſi gradum ſuum inter Clericos conſervare velit, quia probrum Eccleſiæ intulit, dum ejus judicio diffidit. c. 10. Judici Eccleſiaſtico, cujus ſententia a Superiore ejus fuerit irritata, ob partium appellationem, nihil vitio vertetur, niſi vel odio, vel favore unius partis corruptus fuiſſe convincatur. A judice, quem partes communi conſenſu elegerint, non datur appellatio.

* Il prendra melius, Il perdra.

Epiſ-

Sæculum IV. A. C. 397.

Episcopi absque licentia, & Epistola formata Episcopi primæ Sedis cujuslibet Provinciæ mare trajicere prohibentur.

c. 28. Episcopi primæ Sedis quoque est, litteras Synodales ad Episcopos ultramarinos

c. 37. dirigere. Clerici in alia civitate, quam ubi tenentur residere, non morentur, nisi ob causam, quam Episcopus, aut illius

c. 15. loci Presbyteri probaverint. Episcopi, Presbyteri, aliique Clerici non sint a quoquam ad aliquod negotium conducti,

c. 17. non procuratores; non sordido commercio victum quærant, nec, si mutuas

c. 13. dederint pecunias, quidquam ultra sortem accipiant. Per donationem aut testamentum nemini, neque Parentibus quidquam tribuant, nisi sint Christiani Catholici. Qui tempore Ordinationis suæ nihil possidebant, & deinde suo nomine hæreditates acquirunt, bonorum sacrorum usurpatores æstimabantur, nisi eas Ecclesiæ conferant. Si autem aliorum donatione, aut successione bona acquisiverint, de iis disponere licebit. E-

c. 11. piscoporum, aut Clericorum liberi spectacula profana non dent, nec etiam intersint, sicut nec alii Laici. Cum Pagac. 12. nis, hæreticis, aut Schismaticis nuptias

c. 14. non ineant. Patres eorum Episcopi, vel Clerici eos non emancipent, nisi de bo-

c. 18. no eorum vita sint securi. Nemo in Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum ordi-

ordinetur, nisi prius omnes suos domesticos ad Christiana Catholica Sacra perduxerit. Sæculum IV. A. C. 397.

§. XXVI.

Canones reliqui

Nulla mulier extranea cum Clerico habitet, nisi sit mater, avia, cognatæ, sorores, aut neptes, illæ etiam de sua familia, quæ ante eorum ordinationem aderant, uxores quoque liberorum suorum, aut mancipiorum, qui post ordinationem Clerici matrimonium inierunt. Lectores, ubi annos pubertatis attigerint, uxorem ducere tenebuntur, aut professionem continentiæ emittere. Clerici, aut Continentes ad Virgines, vel Viduas non nisi jussu Episcopi vel Presbyteri, & cum illis sociis, quos adjunxerint, collocuturi accedent. Ipsi Episcopi ad eas non invisent, nisi Clericis, aut aliis Personis gravibus præsentibus. Clericis bibendi, aut manducandi causa popinas non intrabunt, nisi in itinere necessitas postulet. Virgines ante annum vigesimum quintum non consecrentur. Quæ sine parentibus sunt, in Monasterium Virginum, aut in societatem honestarum mulierum, Episcopi cura, collocentur. Hic duo Virginum genera deprehendimus, unum in communitate, alterum in domibus privatis viventium.

c. 17.

c. 19.

c. 25.

c. 27.

c. 4.

c. 33.

Ægro-

Sæculum IV. A. C. 397.

Ægroti, qui per se respondere non valent, testimonio suorum baptizabuntur. Episcopus pœnitentiæ tempus constituet. Presbyter absque jussu Episcopi, nisi ipso absente, & urgente necessitate pœnitentem non reconciliabit. Pro peccatis publicis coram Abside, id est, Sanctuario, manus imponentur. (*) Baptismus, aut pœnitentia nec Mimis, nec Apostatis, si convertantur, denegabitur. Catechumenis etiam diebus maxime solennibus Paschæ more consueto non nisi sal dabitur. Hoc ideo decernitur, quod sæpe sal daretur Catechumenis, tempore, quo ad Baptismum disponebantur, ut quasi melius ad Evchariſtiam præparentur. Evchariſtia corpori jam exanimi non dabitur. Pro Sacramento Corporis, & Sanguinis Domini nostri nihil offeratur, quam quod præcepit, nempe panis, & vinum, aqua mixtum. Sacramentum Altaris semper jejuni celebrent, excepto die Jovis, in Cœna Domini, & quando exequiæ post prandium celebrabuntur, preces tantum recitabuntur. Convivia in Ecclesia, quantum fieri potest,

c. 34.
c. 31.
c. 32.
c. 35.
c. 5.
v. Albaspin.
c. 6.
c. 24.
c. 29.
c. 48.
c. 30.

(*) Ergo etiam pœnitentes a peccatis occultis, quamvis non tam solemniter, absolvebantur.

Interpres Germanus in hac pagina duos admisit errores, & quis omnes enumerabit?

est, prohibeantur. Ad Altare oratio semper ad Patrem dirigatur, & qui orationes transcribent, iis non utantur, nisi prius viris, se doctioribus, legendas dederint. In fine hujus Concilii Catalogus Sacrarum Scripturarum illi, quo hodie utimur, omnino conformis legitur. Sæculum IV. A C. 397. c. 47.

§. XXVII.

S. Chrysostomus Episcopus Constantinopolitanus.

Brevi tempore post hoc Carthaginense Concilium Nectarium Episcopum Constantinopolitanum mors sustulit. Hanc Ecclesiam sexdecim annis rexerat, atque quinto Calendas Octobris, Cesario, & Attico Consulibus, nempe 27. Sept. anno 397. vivere desiit. Aliquamdiu de eligendo Successore deliberatum, non nulli nominabantur, aliqui ultro se ipsos offerebant; nempe Presbyteri, Palatii Cæsarei portam angustantes, quorum alii datis muneribus vota emebant, alii flectebant genua coram populo, qui vecordem abjectionem indignatus, apud Cæsarem instituit, ut virum Sacerdotio dignum quæreret. Evnuchus Eutropius, e cujus nutu Imperator Arcadius pendebat, aliquando in Orientis Provincias pro utilitate Cæsaris profectione susceptа S. Joannis Chrysostomi merita novisse *Socr VI. c. 2. Sozo. VIII. c. 2. Pallad. Dial. p. 42.*

Sæculum IV. A. C. 397.

visse cœperat, cumque viri fama toto Imperio perferretur, unanimi populi, Clerique consensu, & approbante Imperatore in urbis Episcopum electus est. Non ignorabant vero Constantinopolitani, quam charus Joannes civibus Antiochenis esset, ubi duodecim jam annis Presbyteri functionibus vacabat, & quam pronus ad seditiones esset ille populus; ideo, suadente Eutropio, Imperator ad Asterium Comitem Orientis scripsit, jubens, ut Joannem Presbyterum, nemine conscio, ad se mitteret. Comes, accepta Epistola, Joannem tanquam in subito negotio per suos rogat, ut in Ecclesiam prope portam Romanam ad se veniret; advenientem in currum recipit, & equos diligenter impelli jubet usque ad locum, quem Bagras dicebant, ubi eum in manus Evnuchi, alteriusque Ministri tradit, qui missi erant, ut Joannem Constantinopolim perducerent.

Sup. l. XIX. n. 7.

Ut majori solemnitate Joannis ordinatio decoraretur, Imperator Concilium convocaverat, & præprimis Theophilum Alexandrinum, in suo Imperio primæ Sedis Episcopum. (*) Theophilus Episcopum

(*) En iterum rarum in Interprete Acatholico sinceritatis, & fidei exemplum! Hic Fleurius narrat, ab Imperatore Arcadio Theophilum Ale-

pum Constantinopolitanum constituere cupiebat Isidorum Presbyterum, qui diu vitam Monasticam in deserto Sceti duxerat, tunc autem Nosocomii Alexandrini Rectorem; præter alia non parva merita, ferebatur etiam Theophilus erga eum gratitudinis vinculo teneri, quod olim commissum sibi negotium periculosum, & arduum feliciter gessisset. Ajebant, in bello, a Tyranno Maximo moto, Theophilum Isidoro munera, & Epistolas commisisse ad ambos Imperii æmulos Theodosium Imperatorem, & Maximum directas, atque jussisse, ut prius belli eventum exspectaret, illi deinde dona, & litteras traderet, qui vicisset; Isidorum quidem jussa fuisse executum, at deinde deprehensum, & Alexandriam fugere coactum. Tali arte Theophili gratiam iniisse dicebatur. Ubi S. Joannes Chrysostomus Constantinopolim advenit, Theophilum, in discernenda hominum

Sæculum IV. A. C. 397.

S. Chrysost.

Alexandrinum, in suo Imperio primæ Sedis Episcopum, ad Concilium vocatum fuisse (bene notandum, Arcadium non totum Imperium, sed solum Orientem rexisse) Interpres vocem relativam in *suo* Imperio mutat cum alia: in *toto* Imperio; quare hoc? nempe ut Summum Pontificem a Primatu deturbet palmari mendacio. Præclarum sane suæ Ecclesiæ, qualiscunque illa sit, defensorem!

Sæculum IV. A. C 398.

Physiognomia peritissimum, haud vulgaris viri species, ex qua audacia, & singularis constantia elucebant, perterruit; hinc multo magis ejus Ordinationi repugnabat; sed tandem consensit compulsus, dum ei Eutropius libellos ostendit, Episcopis oblatos, quibus accusabatur, optionem faciens, ut ad has accusationes diluendas se pararet, aut in Electione aliorum Episcoporum votis accederet. Ergo tempori cessit, & Joannem 26. Febr. Honorio quarto, & Eutichiano Consulibus, seu anno 398. in Episcopum Constantinopolitanum ordinavit.

S. Chrysostomus in primo ad populum suum sermone, qui hodie non extat, de pugna Davidis contra Goliathum loquitur, promittitque proxime contra Anomeos dicere, & promisso stetit in secundo sermone, quem exorditur in hunc modum: *Una, & sola die ad vos locutus sum, jamque tanto vestri amore teneor, ac si inter vos enutritus essem! quod equidem non tam meæ charitatis magnitudini tribuendum, quam quod vos maximo amore digni sitis; quis enim zeli vestri ardorem, charitatis sinceritatem, affectum in Pastores, & Doctores vestros, unionem, concordiamque inter vos ipsos non admiretur? hæ dotes omnium corda flectant necesse est, nisi Marpesia caute sint duriora. Hinc est, quod vos nihilo minus,*

Hom. contra Anom. Gr. to. 6. p. 434. Lat. to. 1.

nus, quam Ecclesiam, in qua natus sum, Sæculum IV.
diligam, in qua nutritus, & educatus A. C. 398.
sum! Ecclesia illa vestra soror est, id enim actuum vestrorum conformitas demonstrat. Si Antiochena Ecclesia antiquitate præcedit, vestra tamen fidei ardore præstat? ibi plures numerantur, & concio frequentior est, hic vero plus patientiæ, & Christianæ fortitudinis invenitur! undique lupi vos circumstant, nec tamen ideo grex minuitur, sævæ tempestati, & hæresis grassanti flammæ viriliter resistitis! Verum omnino erat, quamvis Anomeis, aliisque Arianis publice Constantinopoli convenire non liceret, iis tamen hominibus Regionem fuisse impletam, etsi de Marcionitis, Manichæis, & Valentinianis nihil dicatur, quos simul in hoc sermone S. Joannes aggreditur.

§. XXVIII.

Leges pro Ecclesia.

Quanta Hæreticorum Constantinopoli fuerit contumacia, ex legum multitudine, quæ ad eos reprimendos ferri debuerunt, deprehenditur. Omissis illis, quæ superioribus annis latæ sunt, tres habemus de anno 396. unam de anno 397. & unam de 398. quæ partim contra Hæreticos generatim, partim contra Eunomianos, & Apollinaristas emanarunt. *L. 30. 31. 32. 33. 34. Cod. Theod. de hær.*

Sæculum IV. A. C. 398.

narunt. Ultima præcedentes rigore superat; Clerici Eunomianorum, & Montaniſtarum ex omnibus urbibus ejici jubentur, prohibet quoque, ne ruri conveniant, addita pœna, ut talis domus fiſco adjudicetur, ædium vero cuſtos ultimo ſupplicio puniatur. Præterea prohibet, iſtorum hæreticorum libros aſſervari ſub pœna capitis, ſed flammis tradi præcipit. Hæc lex quarta Martii data eſt, cujus Hiſtoricus Philoſtorgius, hæreſis Eunomianæ Sectator, Eutropium auctorem dicit; hinc hujus Evnuchi auctoritate condita creditur, ut S. Joanni Chryſoſtomo in Epiſcopatus ſui aditu majorem auctoritatem conciliaret.

In Occidente etiam Imperatoris Honorii Nomine leges, Eccleſiæ faventes, latæ. Primum duæ leges generales apparuere, ut Eccleſiæ privilegia ſua ſalva eſſent, una brevi poſt mortem Theodoſii anno 395. altera anno 397. iterum alia particularis 25. Aprilis anno 398. ut ipſa facta contra Eccleſiarum immunitatem reprimerentur. In iſta lege ſtatuitur, ſi quis, dum Eccleſias Catholicas invadit, Presbyteris, Miniſtris, officio Divino, aut loco ſacro contumeliam fecerit, factum per Epiſtolas Magiſtratuum, atque ibi ſtationem tenentium militum, ad Principes deferatur; nomina eorum, qui agnoſci potuerint, adjungant, ſi faci-

L. 29. 30. C. Theod. de Epiſc. l. 31. Cod.

nus

nus a multitudine patratum sit, & sal- Sæculum IV.
tem aliquorum nomina cognita sint, qui A. C. 398.
complices prodant. *Provinciæ Rector pœna sanguinis, in eos, qui convicti fuerint, animadvertet, nec exspectabit, donec eos accuset Episcopus, cui Ministerii sanctitas solam reis ignoscendi gloriam relinquit.* Sunt hæc propria legis verba. (*). Laude etiam dignum judicabitur, non licitum solum, quiscunque voluerit atroces injurias Presbyteris, aut Ministris illatas, velut crimina publica judicio persequi. Si multitudo rebellis armis, & locorum opportunitate se tueatur, ita ut a ministris comprehendi nequeant, Provinciarum Rectores in Africa auxilium petent a Comite, cui militum manus subsunt.

§. XXIX.

Bellum Gildonis.

Quod in dicta lege Africa nominetur, inde cognoscimus, eam specialius pro Africa fuisse conditam, nec abs re creditur, hujus legis ferendæ causam dedisse Donatistas, qui ad arma proruperant, atque hoc anno 398. occasione tumultus bellici, a Gildone excitati, licentius furebant. Nubel, inter Africæ Re-

(*) Semper Ecclesia gladio spirituali, Respublica vero materiali usa est.

Sæculum IV. A. C. 398.

gulos potens, cum decederet, inter alios filios tres reliquerat, quorum nomina Firmus, Gildon, & Maſcezelius, ſub Romanorum Tutela viventes. Firmum, ſub Valentiniano I. rebellem, Theodoſius, Imperatoris Parens, oppreſſerat. Gildoni, qui in officio remanſerat, Theodoſius, jam Imperator, Comitis Dignitatem, & militare in Africa imperium contulit, at, defuncto Theodoſio, ipſe quoque fidem fregit. Maſcezelius, perfidi frater, ab eo fugiens, in Italiam rediit, relictis in Africa duobus filiis, quos Gildonis Patrui ſævitia ſuſtulit. Ipſe in Africam reverti jubetur, bellum fratri illaturus; in itinere ad Inſulam Caprariam appulſus, non nullos Monachos ſecum abvexit, rogatos, ut ſuis ad Cœlum precibus eum adjuvarent. Hi Monachi Euſtaſius, & Andreas, de quibus S. Auguſtinus loquitur, fuiſſe creduntur, eorumque profectionem ipſi occaſionem præbuiſſe, ut ad Abbatem eorum, & Monachos ſcriberet. In hac Epiſtola S. Auguſtinus eos hortatur, ne quietis propriæ amore operam ſuam Eccleſiæ, ſi ea indigeat, ſubtrahant. Maſcezelius cum his Monachis in Africam delatus, in eorum ſocietate dies, noctesque orans, & jejunans agebat, quanta vis ſpiritualibus ejusmodi armis ineſſet, ſub Theodoſio expertus. Quinque militum millia numera-

Amm. Marc. XXIX. n. 5.

Oroſ. l. VII. c. 36. Marcel. Chr. an. 398.

Aug. ep. 48. alii 81.

merabat, quibuscum septuaginta hostium millibus occurrendum erat, jamque spes nulla fulgebat, ut vel se, vel exercitum salvaret; hinc relictis castris per angustos calles fugam cogitabat. Illa nocte S. Ambrosius de salute anxio apparuit, atque ter baculo terram percutiens, ait: *Hic, hic, hic;* intellexit, victoriam sibi promitti a Sancto post triduum in hoc loco reportandam. Perstitit ergo, & die tertia, nocte in oratione transacta, hostibus, se circumdantibus, obviam processit. Primis cohortibus irruentibus pacis conditiones obtulit, sed cum videret unum vexilligerum ad nomen pacis irritari, & comilitones ad pugnam excitare, ejusdem brachium gladio verberat, coegitque, vexillum, quod tenebat, demittere. Qui in ordinibus remotioribus stabant, rati primos deditionem feciſſe, certatim accurrunt, ut se Mascezelio submitterent; Barbari quoque, maximo numero Gildonem secuti, ubi se a militibus, bello exercitatis, destitutos conspexere, in diversa dilapsi sunt. Ipse Gildo in fugam conversus, cum navem conscendisset, in Africam reductus est, atque paucos post dies sibi ipsi laqueo gulam fregit. Hoc bellum tribus primis mensibus anni 398. confectum. Gildo in gentilitate permanserat, at uxor ejus Christiana erat, & magnæ probitatis fœmina.

Sæculum IV. A. C. 398.

Paul. vit. Ambr. n. 51.

Sæculum IV. A. C. 398.

mina. Gildoni ſoror erat, quæ Deo Virginitatem ſuam conſecravit. Filiam ejus Salvinam, Nebridio Imperatricis nepoti in matrimonium datam, fuiſſe piiſſimam, apparet ex S. Hieronymi epiſtola, ad eam ſcripta, ut doceret, quænam vitæ ratio viduam deceat.

Pagi. ann. 398. *n.* 7. 8. 9. *&c.*

Hier. ep. 9.

Donatiſtæ, opportunitate temporum uſi, inter bellicos tumultus impuniores graſſabantur. Optatus Epiſcopus Thamugadanus, Provinciæ Carthaginenſis, cæteris ferocior, Gildonis factionem tam pertinaciter ſequebatur, ut vulgo Optatus Gildonenſis diceretur. Iter faciebat ſtipatus cohorte militum, quibuscum per totam Africam annis decem innumera commiſit ſcelera. Opprimebat viduas, orphanos ſpoliabat, ſeparavit conjuges, raptam innocentum bona vendidit. Bellum terra, marique Eccleſiæ Catholicæ infeſtiſſime intulit, atque adeo ipſis Donatiſtis terrori factus eſt, ut Muſtitenſes, & Aſſurienſes Epiſcopos ſuos Felicianum, & Prætextatum coegerint, relicto Maximiani ſchismate, ad Communionem Primiani redire; atque apud Primianiſtas effecerunt, ut reciperentur, quamvis in Concilio eorum Bagajenſi nominatim eſſent damnati. Tandem Optatus, cum Gildone de Rebellionis ſocietate accuſatus, hoc anno 398. in carcere vitam finiit, & nihilominus nunquam Donatiſtæ

Aug. 1. *contr. Gaud. c.* 38. *n.* 51.

II. Contr. ep. Parm. c. 2. *n.* 4. *c.* 4. *n.* 8.

III. cont. Creſc. c. 70. 14.

ep. 5. 3. *al.* 16. *n.* 3.

ab

ab ejus communione dele verunt, semper eum ut Episcopum venerati sunt, & post mortem Martyrem appellarunt. Sæculum IV. A. C. 398.

II. Cont. litt. Petil. c. 23. c. 93. n. 209. n. 83. ep. 76. al. 2. n. 3.

§. XXX.

S. Augustini cum Glorio &c. Colloquium.

Sanctus Augustinus adlaborare non cessabat, ut Donatistas ad sinum Ecclesiæ reduceret, nec malum putabat cum iis conferre, aut epistolas dare, non quidem epistolas Communionis, quas ipsi non acceptassent, sed vulgares, quales ad Gentiles dari poterant, & omisso Episcopi nomine. Quadam die cum esset Tubursæ cum Glorio, Eleusio, & quibusdam aliis Donatistis, atque de eorum ad Ecclesiam reditu tractaret, ipsi acta produxere, in quibus legebatur, Cæcilianum Episcopum Carthaginensem cum suis ordinatoribus a septuaginta ferme Episcopis fuisse damnatum, causa autem Felicis Aptungitani invidiose narrabatur. His perlectis S. Augustinus dixit: *Nos quoque habemus acta Ecclesiastica, in quibus Secundus Tigisitanus, tunc Numidiæ Primas, Deo judicandos reliquit Episcopos, qui se Traditores confitebantur, quorum Nomina inter Judices Cæciliani inveniuntur, atque in eorum capite Secundus legitur.* Deinde narravit, post ordinationem schismaticam Majorini, Donatistas ab Imperatore Constan-

Ep. 43. al. 162. n. 1. c. 2. n. 3.

Sup. l. IX. §. 13.

Sup. l. IX. §. 13.

Sæculum IV. A. C. 398. Conſtantino Judices Eccleſiaſticos expetiiſſe; Cæcilianum præſentem fuiſſe abſolutum judicio Melchiadis Papæ, deinde Concilii Arelatenſis, rurſusque ab ipſo Imperatore, ad quem appellaverant; Felicem vero Aptungitanum a Proconſule plene defenſum; imo S. Auguſtinus acta afferri juſſit, quibus hæc facta omnia probabantur, atque in eorum præſentia die integra prælegi; ante prandium lecta ſunt, quæ Secundum Tigiſitanum, & Felicem Aptungitanum tangebant, & poſt prandium Cæciliani defenſio, legendis *n. 17.* vero actis, quibus Silvanus Cirthanus condemnatur, tempus non ſuperfuit.

S. Auguſtinus, in domum ſuam reverſus, ad Donatiſtas ſcripſit epiſtolam, *Sup. X. n. 23.* qua omnium illarum probationum vim demonſtrat, atque Secundi Tigiſitani improbitatem, qui, conſervandæ unionis pallio, Dei judicio reliquerat traditores præſentes, propria confeſſione convictos, Cæcilianum vero damnaverat abſentem, & innocentem, quocum cœteræ Eccleſiæ omnes communicabant; *econtra*, inquit: *Cæcilianus inimicorum ſuorum multitudinem contemnere juſte poterat, cum ſe per epiſtolas communionis unitum ſciret Eccleſiæ Romanæ, in qua ſemper Cathedræ Apoſtolicæ primatus extitit, & cum aliis Provinciis, unde ipſa Africa Evangelium accepit. Reorum contumacia ad Epiſcopos*

pos ultramarinos deferenda fuiſſet, &, in contumacia perſeverantes, epiſtola Circulari denuntiandi, ut ab omnibus Mundi Eccleſiis excluſi fuiſſent; tunc demum alius Carthagine Epiſcopus rite ordinari potuiſſet. At Secundus, & complices ejus crimen, cujus bene conſcii erant, quod nempe Scripturas tradidiſſent, calumnioſiſſima aliorum accuſatione occultare volebant, nec tamen habuit eorum audacia, quid certi criminis in actis ſuis accuſatis affingerent. Sæculum IV. A. C. 398. n. 12.

Tum Concilii Romani Sapientiam, & Melchiadis Papæ laudat, ſubjungens: *an forte quis dicat, non debuiſſe ſibi judicium attribuere in re a ſeptuaginta Epiſcopis Africæ, præſidente Primate, judicata? reſpondetur, non eum ſibi ipſi poteſtatem judicandi rapuiſſe, ſed attributam ab Imperatore, qui ad veſtras preces Epiſcopos miſit, cum ipſo judicaturos.* Et inferius: *Concedamus interim, Epiſcopos illos, qui Romæ ſententiam tulerunt, iniquos fuiſſe judices, tamen adhuc plenum Eccleſiæ univerſalis Concilium ſupererat, ubi cauſa cum ipſis primis judicibus tractari potuiſſet, & ſi male judicaſſe convicti fuiſſent, eorum ſententia irritari.* (*) n. 14. n. 19.

§. XXXI.

(*) Ex hac S. Auguſtini epiſtola SS. Pontificum Auctoritas nobili antiquitatis teſtimonio confirma-

Sæculum IV.
A. C. 398.

§. XXXI.

Colloquium cum Fortunio.

Ep. 44. *al.* 163.

Cum S. Auguſtinus alia vice per Tubur-ſam iter faceret, inviſit ad Fortunium, Epiſcopum Donatiſtam, Senem manſue-tum, & tractabilem. Haud pauci tunc Auguſtinum ſequebantur comites; ubi ergo in vulgus emanavit, ipſum adeſſe, maximus concurſus fuit; plurimos ina-nis curioſitas, tanquam ad ludicrum ſpe-ctaculum adduxit, ita ut garrientium murmur colloquium turbaret. S. Augu-ſtinus ſæpius petiit, ut dicta litteris con-ſignarentur, vixque obtinere potuit, ut ii, quos adduxerat, Notarii poſſent inci-pere, ſed ſcriptionem (tantus tumultus erat) continuare non licuit. Poſt hæc autem S. Auguſtinus diſputationis ſum-mam ad Glorium, aliosque perſcripſit, rogans, ut epiſtolam ſuam Fortunio com-municarent.

Initio

firmatur. Hic quoque P. Balduinus Fleurio malam fidem affingit; ſed tam ex translatione hujus epi-ſtolæ, quam alibi centies, optima Fleurii fides, ſimulque SS. Pontificum in alios Epiſcopos au-ctoritas luculenter patent. Anonymus I. Fleu-rii rigidiſſimus cenſor, at Patre Balduino pru-dentior, hic omnia Fleurii ex S. Auguſtino transla-ta verba excerpſit in ſuis obſervationibus p. 350. & nihil, quod reprehenderet, invenit; cur non? quia æquo, & pacato animo legit.

Sæculum IV. A. C. 398.

Initio quæstio de Ecclesia tractari cœpit. Cumque Fortunius dixisset, sibi communionem esse cum universa terra, S. Augustinus quæsivit: *potesne mihi dare epistolas Communionis, quas vocamus formatas, ad illas, quas tibi nominaturus sum, Ecclesias? ego quidem paratus sum, ejusmodi epistolas mittere ad omnes Ecclesias, quas Apostolorum scripta jam tunc extitisse demonstrant.* Fortunius deinde ad persecutionem Macarii, ut ipsi loquuntur, transiit, affirmans, veros Christianos esse illos, qui persecutionem patiuntur, atque Auctoritatem Scripturæ afferebat. Sed S. Augustinus monuit, ut illa verba adjecta notaret: *qui patiuntur propter justitiam*, ipsisque ante omnia causæ suæ justitiam esse demonstrandam, & quare se non solum ab illis, quos ipsi Traditores vocarent, in Africa, sed ab omnibus orbis totius Ecclesiis separassent?

n. 3.

n. 4.

Sup. XIX. §. 48.

Matth. 5. 10.

n. 5.

Inde Fortunius librum protulit, ex quo probare volebat, Concilium Sardicense ad Episcopos Africæ, qui in Donati Communione vivebant, epistolas dedisse. Tunc S. Alypius S. Augustino in aurem: *audivimus, cupiisse Arianos Donatistas in Africa ad suas partes pertrahere.* S. Augustinus librum accepit, & Decreta Concilii attente legens, invenit, in illis S. Athanasium, & Julium Papam damnari, unde cognovit, Concilium esse Arianorum.

n. 6.

Sæculum IV. A. C. 398.

rum. Haud dubie Concilium Philippopolitanum fuerit, cui nomen Concilii Sardicenſis dabant; S. Auguſtinus licentiam petiit librum ſecum aſportandi, ut ſpatium haberet, quo circumſtantias temporis adverteret, aut ſaltem ſua manu locum notare liceret, ne mutaretur; ſed neutrum impetravit. Tandem conventum, ut neutra pars alteri, quæ impii homines vi, & per nefas feciſſent, objiceret, ſed cauſam ſchismatis eſſe examinandam. S. Auguſtinus Fortunium obſecrabat, ut ad finiendam hanc quæſtionem ſecum vires & laborem jungeret. Fortunius honeſte reſpondit: *vos ſoli id petitis, reliqui veſtræ partis rem examinari nolunt.* S. Auguſtinus dixit: *ad minimum decem ex Confratribus noſtris tibi ſiſtam, qui eadem manſuetudine, & ſinceritate, quam in nobis vides, hoc examen inſtituere volent.* Promiſit Fortunius, totidem ex ſuæ Communionis Epiſcopis ſe inventurum; his dictis diſceſſum eſt.

Colloquium. *Sup. l. XII.* n. 48.

S. Auguſtinus hæc omnia ad Glorium, aliosque perſcribens, obteſtatur, ut Fortunio promiſſi ſui memoriam refricent, & dicit, ut evitetur ſtrepitus, optimum fore ſibi videri, ſi in modico oppido convenirent, ubi nec unius, nec alterius Communionis Eccleſia eſſet; illuc Sacræ Scripturæ afferantur, & omnia acta, quæ pars alterutra volet producere. *Sic*, inquit:

n. 13.

quit: *nemine nos turbante, huic soli negotio intenti, tot dies, quot poterimus impendemus, & quilibet in hospitio suo ad Deum orabit, ut ejus Gratia adjuti, rem tantam ad felicem exitum perducamus. Indicate mihi, quid vobis, & Fortunio de hoc consilio videatur.* Circa idem tempus ad Honoratum, alium Donatistam, scripsit, qui ipsum ad tractandam per epistolas hanc controversiam invitaverat; acceptat, quod proponitur, & rogat Honoratum, ut sibi de articulo Ecclesiæ respondeat; quomodo illa in una Africæ parte coarctari possit, cum promissum, eam in omnem terram dilatandam, per prædicationem Evangelii evidenter sit adimpletum? Sæculum IV. A. C. 398.

§. XXXII.

Concilium Carthaginense quartum.

Gildone prostrato, & pace Africæ reddita, Concilium nationale congregatum est Carthagine, octavo Nov. ejusdem anni 398. seu sexto Idus, Honorio, & Eutichiano Consulibus. Præsidebat Aurelius cum Donatiano, & Talabrico, Numidiæ Primate. Aderat S. Augustinus, & universim centum, & quatuordecim Episcopi. Hoc Concilium Carthaginense quartum dicitur, estque sub Aurelio secundum. Centum, & quatuor Canones conditi sunt, plerique ad ordi- *To. 2. Cons. p. 1192.*

Sæculum IV. A. C. 398.

nationem, atque Episcoporum, & Clericorum munia spectantes. Primo Canone statuitur, instituendum examen, antequam Episcopus ordinetur, primo de ejus moribus, tum etiam de fide. Hoc examen illi ferme simile est, quod initio Cæremoniæ ordinationis Episcopi habetur. Examen ordinandorum de fide præprimis ad Hæreses, quæ illa ætate præsertim in Africa vigebant, refertur. Deinde forma ordinationum, & primo quidem Episcopi designatur.

Pontific. Rom.

c. 2. Duo Episcopi super caput & humeros ordinandi librum Evangeliorum teneant. Unus Benedictionem pronuntiat, & omnes alii Episcopi præsentes caput ejus suis manibus tangunt. In ordinatione Presbyteri, dum Episcopus benedicit, manumque super caput ejus tenet, omnes etiam Presbyteri, qui præsentes sunt, manus imponunt. (*) In ordinatione Diaconi, solus Episcopus manum capiti ejus imponit, quia non ad Sacerdotium, sed ad Ministerium consecratur. Subdiaconus impositionem manuum non recipit, sed de manu Episcopi patenam, & calicem vacuum accipit, de manu autem Archidiaconi urceolum cum aqua, & linteo. Acolythus, ut rite munus suum obeat,

c. 3.

c. 4.

c. 5.

Ordinationes.

c. 6.

(*) Hic distinctio inter ordinationem Episcopi, & Presbyteri dispicitur.

obeat, ab Episcopo instruitur, sed ab Archidiacono accipit candelabrum cum cera, & urceolo vacuo, ut vinum Evcharistiæ, Sanguinis JEsu Christi, ministret. Exorcista librum exorcismorum de manu Episcopi accipit. Dum lector odinatur, Episcopus apud populum de ordinandi fide, moribus, & dotibus testetur, deinde præsente populo librum tradat. Ostiarium Archidiaconus, quid ad officium ejus pertineat, doceat, tum, ipso rogante, Episcopus claves, de Altari acceptas, ordinando præbet. In omnibus his ordinationibus & quatuor ordinibus minoribus, Concilium Carthaginense omnia, & eadem verba dicenda præscribit, quæ hodiedum dicuntur. Sæculum IV, A. C. 398. c. 7. 9.

Psalmista, seu Cantor a solo Presbytero munus suum recipere potest. Virgo Episcopo sistatur, ut in habitu Professionis suæ consecretur. Viduæ delectæ, ut in baptismo fæminarum ministrent, tantum scientiæ habeant, ut possint fæminas rudiores docere, quid in Baptismo respondendum, & qualem baptizatis vitam ducere oporteat. Sponsi accepta Sacerdotis Benedictione, Sacramenti reverentia, illa nocte continentiam servent. 10. 11. 13.

Post hæc Concilium Episcopis, Clericisque vitæ rationem definit. Episcopus parvam domum prope Ecclesiam habeat. Supellex paupertatem indicet. 14.

Sæculum IV. A. C. 398.

Menſa frugalis ſit. Fidei, & vitæ integritate Epiſcopalem Dignitatem ſuſtentet. Libros Gentilium non legat. Libros hæreticorum propter neceſſitatem leget. Nec Teſtamentorum executionem, nec rerum, & negotiorum domeſticorum onus in ſe ſuſcipiet. Propter bonum temporale actionem non movebit. Per ſe ipſum viduarum, orphanorum, & peregrinorum curam non geret, ſed hæc Archipresbytero committet, ipſe vero totus lectione, orationibus, & prædicatione occupabitur. Absque conſenſu Cleri ſui, & populi Clericos non ordinabit. Nullam ſententiam niſi præſentibus Clericis ſuis ferat; ſi ferat, nulla ſit! partes litigantes hortabitur, ut potius tranſigant, quam judicium experiantur. In judicio vita tam actoris, quam rei examinabitur. Epiſcopus bonis Eccleſiæ tanquam depoſitarius, non tanquam proprietarius utetur. Si quidquam absque conſenſu, & ſubſcriptione Clericorum alienaverit, res nulla ſit! In Eccleſia Epiſcopus ſedem habebit elevatam, at domi Presbyteros tanquam ſuos Collegas colet, nec, ipſo ſedente, eos ſtare in quocunque loco jubebit, aut patietur. Episcopi, aut Presbyteri, alienam Eccleſiam ingreſſi, gradum, & ordinem ſuum ſervabunt, atque ad concionandum, & conſecrandam oblationem invitabuntur.

15. 16. 18. c. 20. 19. 17. 22. 23. 25. 31. 32. 33.

tur.(*) Qui, Episcopo sermocinante, egredietur, excommunicabitur. Episcopus neminem, nec Gentilem, nec hæreticum, nec Judæum ab ingressu Ecclesiæ, ut audiat Verbum Dei, prohibeat, usque ad Missam Catechumenorum, id est, usque ad tempus, quo Catechumeni ex Ecclesia dimittebantur. Episcopus ad Concilium vocatus absque gravi causa non emaneat, quo casu delegatum mittet. Episcopi quacunque ex causa divisi in Concilio pacem inibunt. Concilium accusationem, quam Episcopus contra Clericum, vel contra Laicum moverit, judicabit. Si judices absente una parte sententiam ferant, nulla erit, & hujus facti in Concilio rationem reddent. Sententia iniqua, ab Episcopo lata, in Concilio retractabitur. Translationes Episcoporum prohibentur, nisi id Ecclesiæ utilitas exigat, & tunc Episcopi auctoritate Concilii, Presbyteri vero, aut alii Clerici auctoritate Episcopi transferentur.

24. 84. 21. 25. 29. 30. c. 28. 27.

§. XXXIII.

Canones Concilii Carthaginensis.

Presbyteri, qui Parochias regunt, Chrysma tempore Paschali a propriis Episcopis

36. 37.

(*) Ex his verbis contra Protestantes probatur, aliud fuisse oblationem, & aliud oblationis consecrationem, qualis hodieque in Missa fit.

Sæculum IV. A. C. 398.

copis petent, vel ipsi, vel Sacristæ eorum. Diaconus minister est Presbyteri, sicut Episcopi. Non ante quam ab Presbytero jussus considebit. In congregatione Presbyterorum non, nisi interrogatus, loquetur. Præsente Presbytero Evchariſtiam Corporis JEsu Christi, nisi jussus, & in casu necessitatis, populo non distribuet. Durante oblatione, aut lectione Alba indutus erit. Hic omnium primam de aliquo vestitu, ad officium altaris destinato, mentionem invenio. Clerici nec capillos, nec barbam nutriant. Hic mos inter Romanos illis temporibus vigebat. Status Clericalis ex ipso habitu omnibus pateat. Clerici nullum ornatum vel in vestibus, vel in calceamentis affectent. In plateis, & foris non ambulent. In nundinis non conspiciantur, nisi forte aliqua necessario sint emenda. Si talia faciant, deponantur. Qui a vigiliis abfuerit, nisi morbi causa, salario privetur! Omnes Clerici, quibus vires ad laborandum suppetunt, aliquam artem addiscant, & panem suum lucrentur, nempe ut acquirant unde nutriantur, & vestiantur sive per artem, sive per agriculturam, quamvis in prædicatione Verbi Divini sint doctissimi, nec ideo quidquam suarum functionum omittant. Damnantur Clerici invidi, delatores, assentatores, detractores, rixosi, jurgatores, temere

c. 49. 40. 38. 41. 44. 45. 47. 48. 49. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 60.

temere jurantes, hiſtriones, qui licentius, ac decet, loquuntur, qui ſuper menſam cantant, qui absque neceſſitate jejunium ſolvunt. Epiſcopus Clericos litigantes componat, vel Concilio denuntiet. Nunquam ad ordines admittantur ſeditioſi, vindictæ cupidi, nec pœnitentes, quamvis optimi ſint. Clerici, qui temporibus periculoſis muneri ſuo invigilaverint, ad ordines altiores promoveantur, negligentes deponantur. Sæculum IV. A. C. 398. 61. 62. 63. 59. 67. c 68. 42. 50.

Qui communicat, aut orat cum excommunicato, excommunicabitur. Presbyter pœnitentiam petentibus adminiſtrabit, at pœnitentes tardiores ſerius recipientur. Si ægrotus pœnitentiam petierit, & antequam Presbyter advenerit, uſu vocis, vel rationis privetur, ad teſtimonium eorum, qui ipſum audierunt, pœnitentiam accipiet. Si morti proximus creditur, per impoſitionem manuum reconcilietur, atque Evchariſtia in os moribundi infundatur. Si ſupervixerit, legibus pœnitentiæ ſuberit, quamdiu Presbytero viſum fuerit. Regula ſit generalis, pœnitentes, accepto viatico, a ſua pœnitentia non eſſe liberatos, usque dum manuum impoſitionem acceperint. Qui, poſtquam pœnitentiæ leges exacte obſervaverint, in itinere, vel quomodocunque absque auxilio moriuntur, nihilominus ſepultura Eccleſiaſtica gaudebunt, atque 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. Canones. 81.

Sæculum IV. A. C. 398.

orationum, & oblationum participes erunt. (*) Pœnitentes genua flectant,
c. 82. etiam tempore remissionis, quale est tem-
85. pus Paschale. Qui baptizandi sunt, nomina sua tradent, atque diu abstinentia carnis, & vini, & frequenti manuum impositione probabuntur. Neophyti ali-
86. quamdiu a conviviis, spectaculis, & uxo-
88. ribus suis abstinebunt. Qui die solemni ad spectacula accesserit, cum ad officium Ecclesiæ ire debuisset, excommunicabi-
89. tur. Similiter qui auguriis, carminibus, aut superstitionibus Judaicis animum adjicit.

Energumeni Ecclesiarum pavimentum
91. verrent, assidue ibi erunt, & victum quo-
92. tidie e manibus Exorcistarum accipient.
43. Maxima cura sit Christianorum, qui propter fidem Catholicam patiuntur; his Diaconi sustentationem suppeditabunt. Iste canon, sicut etiam quadragesimus secundus, & quinquagesimus verosimiliter occasione Donatistarum, Ca-
91. tholicos persequentium, conditi sunt. Qui oblationes pro defunctis Ecclesiis dare recusant, aut ægre, ut dent, adducendi sunt, excommunicentur, tanquam pauperum parricidæ. Oblationes eorum, qui inimicitias in sinu fovent, aut paupe-
res

(*) Hic habemus orationes, & oblationes pro defunctis contra Protestantes.

res opprimunt, non acceptabuntur. Pau- Sæculum IV.
peres Ecclesiæ senes majori, quam cœte- A. C. 398.
ri, honore colentur. Laicus, præsenti- 93.
bus Clericis, nisi jussus, non doceat. Mu- 94.
lier, quamvis doctissima, & sanctissima in 83.
conventu viros non doceat, nec unquam 98.
baptizet; hoc extra casum necessitatis 99.
intelligendum. Illum, qui regimini Mo- 100.
nialium præficiendus est, Episcopus exa-
minet. Moniales, paupertatis obtentu 97.
cum Clericis familiariter non vivant. Vi- 46. 102.
duæ, quas Ecclesia sustentat, de solo Deo
cogitent. Si matrimonium ineant, vel, 103.
etiamsi raptæ, deinde raptori nubant, ex-
communicentur. Hi sunt Canones quarti 104.
Concilii Carthaginensis, antiquis tempo-
ribus celebres, quorum plerique hodie-
dum observantur.

§. XXXIV.

Labor Monachorum.

Labor manuum, qui in Concilio Car- *II. Retract. c. 21.*
thaginensi Clericis suadebatur, mul-
to magis Monachis inculcabatur. De
hac materia habemus S. Augustini Tra-
ctatum, haud multo post hæc tempora
scriptum. Ansam scribendi sibi datam
sic ipse refert: *cum Carthagine Monaste-
ria orirentur, Monachorum aliqui, Præ-
cepto Apostoli parentes, manuum suarum
labore vivebant, alii piorum hominum ob-
lationibus sustentari volebant, & non la-*

Sæculum IV. A. C. 398.

borare, dicentes, ſic melius impleri præceptum Evangelii, ubi legitur: aſpicite volatilia cœli! &c. ſimplices Laici ſæculares ſuper hac quæſtione dividebantur, jamque Eccleſiæ quies turbabatur; quam ob rem venerabilis Aurelius juſſit me hac de re ſcribere, & ſcripſi. In hoc tractatu S. Auguſtinus ſolide exponit ſenſum verborum illorum S. Pauli: *Qui non vult laborare, non manducet!* nam deſides Monachi illa verba de laboribus ſpiritualibus explicabant, dicentes, quod ipſi Sæculares inſtruerent, conſolarentur, & ad pietatem exhortarentur. S. Auguſtinus monſtrat, verba Apoſtoli de labore corporali debere intelligi, verumtamen de labore tali, qui ſpiritum non nimis occupet, & a rebus ſpiritualibus abſtrahat; Sanctum Paulum eodem modo ſervis Dei præcepiſſe, ut laborent, & fratribus eorum, ut oblationibus ſuis, quod labor non poteſt, ſuppleant. Fatetur, illis, qui Altari ſerviunt, jus eſſe, ut a populo ſuſtentari petant, at Monachi, in quos calamum ſtringebat, altari non ſerviebant. Advertit, otioſorum iſtorum hominum plerosque in ſæculo antea pauperes fuiſſe & labori aſſuetos, nempe mancipia, libertos, ruſticos, aut opifices; ſubjungit, magna culpa non vacaturum, ſi vilis conditionis homines ad Profeſſionem Monaſticam non admitterentur, quod ſæpe ad altum

Matth. 6. 26.

2. *Theſſ.* 3. 10.

c. 1. *n. c.* 2. 3. *&c.* 15.

16. 21.

altum Sanctitatis apicem perveniant. Vult autem, ut etiam ii, qui fuere divites, pro virium suarum modo laborent. Sæculum IV. A. C. 398. 23.

Porro S. Augustinus conqueritur, vitam Monasticam obscurari a plurimis hypocritis, undique sub Monachorum veste dispersis, qui a nemine missi, & nullibi permanentes, per Provincias vagarentur. *Aliqui eorum*, inquit: *ex Martyrum Reliquiis, si tamen tales sunt, lucrum captant, alii in vestitu Monastico gloriantur, alii ad parentes suos ire se fingunt, in longe dissita provincia existentes, omnes mendicant, omnes, ut sibi subsidium detur, exigunt, quorum vel quæstuosam paupertatem sustentare cogimur, vel simulatam Sanctitatem præmiari, & ubi contingit, ut istorum impostorum crimina explorentur, Monachorum, quod gerunt, nomen sanctissimæ aliorum professioni dedecori est.* In fine vituperat, quod ignavi hi Monachi pertinaciter longos capillos alant; hæc circumstantia, aliis juncta, prope fidem facit, eos de genere Massalianorum fuisse. Ad hos etiam referri potest, quod in uno Canone Concilii Carthaginensis Clerici longum capillitium nutrire prohibeantur. 28. *c.* 31. *&c.* *Can.* 44.

§. XXXV.

Episcoporum arbitrium.

In eodem Tractatu S. Augustinus Jesum *c.* 29.

Sæculum IV. A. C. 398.

sum Christum testem invocat, magis sibi commodum futurum, si quotidie suis manibus certis horis laborare liceret, sicut in Monasteriis, ubi Disciplina viget, & deinde liberum sibi foret, reliquo tempore lectioni, orationi, & Sacræ Scripturæ meditationi incumbere, quam negotiis temporalibus onerari, quibus immisceri cogebatur. Sæpe etiam alias deplorat, tot negotiorum mole se molestari, ad quæ Charitas obligabat, ut satisfaceret præcepto Apostoli, prohibentis, ne Christiani coram judicibus Infidelibus in judicio starent. Possidius in vita ejus hac de re ita loquitur: *rogatus a Christianis, vel cujuscunque Sectæ hominibus, benigne, & diligenter non nunquam usque ad tempus prandii, non nunquam tota die jejunus, causas audiebat, varios Spiritus discernens, & attendens, quantum quisque in fide, & bonis moribus proficeret, vel deficeret, atque occasionem nactus, legem Dei docebat, & hortabatur advenientes, nihil aliud, quam Christianam obedientiam ab eis exigens. Quandoque ad aliorum preces scribebat epistolas, sæcularia respicientes, at hæc omnia tanquam impedimenta æstimabat, quæ a melioribus studiis arcerent.* Legem invenimus Honorii 27. Julii anno 398. Mediolani datam, qua ejusmodi arbitria Episcoporum confirmantur his verbis: *qui sponte coram Episcopo causam dicere voluerint,*

in Psalm. 118. serm. 24. n. 3.

Poss. c. 10.

Lib. 7. de Episc. aud.

luerint, non prohibeantur, sed ejus sententiam tanquam Arbitri voluntarii, & tantum in causa civili accipient. Nec lex ista illis noceat, qui citati comparere noluerint.

Sæculum IV. A. C. 398.

§. XXXVI.

Leges contra Asyla.

Lege alia, data in Oriente, eadem die, sexto Calendas Aug. Honorio, & Eutychiano Consulibus, id est, 27. Julii anno 398. reprimuntur abusus, qui increverant, dum Clerici, Monachive importune intercedebant, ut homines ære alieno obligatos, aut criminum reos salvarent. Legis tenor est: *Nulli Clericorum, aut Monachorum, etiam illorum, qui Cœnobitæ dicuntur, liceat, liberare, aut vi retinere reos, ad supplicium damnatos.* Et inferius: *nemo etiam detineat, aut defendat reos, qui post appellationem ad suppl.-cii locum ducuntur. Si vero Clericorum, & Monachorum temeritas tanta sit, ut bello potius, quam processu judiciali opus esset, res ad nos deferatur, ut eorum audaciam quam citissime puniamus. Cæterum ab Episcopis ratio exposcetur, & pœna, si sciant, in sua Diœcesi Monachos contra hanc legem peccasse, & eorum temeritatem non retundant.* Cumque sæpius Episcopi tales homines, ob debita, vel crimina carceri datos, & a Clericis ereptos,

Sæculum IV. A. C. 398.

ereptos, ordinarent, in lege additur; facturos prudentius, si ex magno Monachorum numero Clericos eligant, quotquot sibi opus esse existimaverint. In eadem lege statuitur, ut, si quis servus, debitor, vir ad rationem reddendam Reipublicæ obstrictus, aut quicunque ob negotium publicum, sive privatum ligatus, in Ecclesiam confugerit, & Clericus fuerit ordinatus, aut a Clericis quocunque demum modo defendatur, eumque ad primam Magistratus requisitionem, in eo, quo fuerat, statu, non reddant, vi adhibita extrahatur; etiam Decuriones, aliique muneribus publicis obstricti, per vim in custodiam reducentur, & judicum vigilantiæ restituentur, nec eis prosit illa lex, quæ Decurionibus licentiam concedebat, ut tunc Clericis adscriberentur, si patrimonio suo renuntiarent. Præterea, qui bona Ecclesiæ administrant, & œconomi vocantur, sine omni dilatione restituere cogentur debita publica, vel privata, ad quæ restituenda tenebantur illi, quos Clerici detinuerunt.

D. l. 16. & l. 32. de Episc.

l. 3. Theod. de his, qui ad Eccl. conf.

V. Gothof.

Omnes istæ dispositiones unius legis esse creduntur, quamvis in diversos Codicis Theodosiani titulos sint distributæ, atque hæc lex nominatim Eutropio auctore, qui Arcadii nomine imperabat, emanasse creditur. Imo hanc legem ideo præcipue latam dicunt, ut Eutropius vindictæ

Sozr. VI. 6. 5.

dictæ desiderium expleret contra Timasum, celeberrimum belli Ducem, qui ipso instigante damnatus, & in deserto Oasis exulare jussus fuerat, ubi & vitam clausit; nam cum Timasi uxor Pentadia ad Ecclesiam confugisset, hanc legem publicari mandavit, qua non solum prohibebatur, ne quis imposterum illuc confugeret, sed etiam illi, qui ibi isto jam tempore detinebantur, expelli jubebantur. Hæc lex occasioni fuisse videtur Concilio Carthaginensi, 27. Aprilis anno 399. celebrato, ex quo Episcopi duo, Epigonus, & Vincentius legationem in se susceperunt, ab Imperatore legem impetraturi, ne liceret ex Ecclesiis reos aufferre, qui, ut pœnas criminibus debitas effugerent, illuc se recepissent.

Sæculum IV. A. C. 399.

Soz. VIII. c. 7.

To. 1. Conc. p. 1642.

§. XXXVII.

Eutropii Casus.

Necdum a promulgatione hujus legis sex menses effluxerant, cum illius auctor Eutropius eandem transgredi compulsus est. Is supremum potentiæ apicem attigerat. Patritii Dignitate fulgebat, atque effecit, ut Consul in Oriente anno 399. cum Collega Theodoro in Occidente proclamaretur; exemplum erat novum sine exemplo, quod aliquando spado Consul esset. Divitias possidebat immensas, atque in dies accessione bonorum

Sæculum IV. A. C. 399.

rum illorum, qui damnabantur, & officiorum omnium venditione crescebant. Tandem Gainas, Dux belli, Gothus natione, qui exercitibus præerat, semivir arrogantiam non tulit. Ergo occultis artibus Tribigildum, propinquum suum, excitat, ut Phrygiam vicinasque provincias depopularetur, sicque Imperator Arcadius, a Gaina proditus, pacem emere coactus est Eutropii sanguine, quod homo unus omnium in Imperio malorum causa existeret. Ajunt etiam, eousque Evnuchi insolentiam crevisse, ut Imperatricem Eudoxiam in faciem offendere non pertimuerit, minatus, eam Regia ejiciendam, quæ cum apud Imperatorem muliebribus lacrymis contumeliam deflevisset, hoc demum ariete commotum Arcadii animum, ut in Eutropii exitium consentiret.

Zosim. lib. 5. p. 793. Soz. VIII. c. 7. Philost. II. c. 6.

Eutropius in extremis angustiis ad Ecclesiam confugit, ut vitam salvaret, atque S. Chrysostomus trepidantem vi rapere volentibus generosum pectus opposuit. Imo, occasione arrepta, orationem ad populum pronuntiavit, maxima enim multitudo ad insolitum spectaculum accurrerat. In Exordio S. Chrysostomus rerum humanarum vanitatem, & fortunæ, dum fraudulenter arridet, fragilitatem audientium animis repræsentat, atque ad Eutropium conversus, dicit: *ubi sunt jam eorum*

Orat. in Eut. Tom. VIII. p. 67. Tom. 4. p. 481.

eorum greges, qui tibi famulabantur? qui, Sæculum IV.
cum in plateis incederes, populum arce- A. C. 399.
bant, teque laudibus super astra tollebant?
Fugerunt, amicitiam negarunt, tua ruina
propriam salutem quærunt. Alia mens
nobis est; ecce Ecclesia, quam persecutus
es, sinum aperit, ut periclitantem recipiat!
& theatra tua, adeo dilecta, quæ tantis
tibi impensis stetere, quorum causa toties
nobis irascebaris, miserum prodidere! hæc
non ideo affero, ut prostrato illudam, sed
ut stantes ad cautelam admoneam. Tum
de Eutropio loquens adjungit: *heri, cum*
ex Regia advenirent, qui hinc nolentem vi
avellerent, ad sacra vasa cucurrit, pallore
similis mortuo, omnibus artubus tremens,
voce interrupta, lingua balbutiente lo-
quens. Tum auditores ad misericordiam
hortatur, & sibi ipsi objicit: *dicetis: hoc*
ipsum Asylum iste editis legibus occlusit.
At jam, quam impie fecerit, propria ex-
perientia docetur, omnium primus latam
a se legem violavit, ejusque periculum om-
nium Christianorum, & Gentilium Doctri-
na est. Sic Altare omnium animis sacrum
terrorem, & reverentiam fortius inspi-
rat, dum hunc leonem tenet ligatum; ima-
go Principis est, qui devictos, captosque
barbaros pede proculcat. Et inferius: *an*
vestris animis lenitatem reddidi? an
iram expuli? an crudelitatem extinxi? an
misericordiam excitavi? ita profecto cre-

Sæculum IV. A. C. 399.

Eutropius.

do, id vultus vestri, & lacrymarum torrentes testantur. Eia ergo eamus! & pedibus Imperatoris advolvamur! aut potius Deum Misericordiæ obsecremus, ut Cæsarem mitiget, & plenam concedat gratiam! jam enim mutatus est Arcadii animus; cum audivisset Eutropium in hunc locum Sacrum confugisse, & aulici omnes Principis iram contra reum stimularent peterentque sibi tradi, ut improbum jugularent, miseri causam egit, lacrymas fudit, & facta mentione de Sacra mensa, ad quam fugisset, tumultuantium furorem compescuit. Mitigato Principis animo, an non vos omni gratia indignos redditis, si irasci non cessatis? quo animo ad sacra Mysteria accederetis, qua fronte peteretis peccatorum vestrorum veniam? imo Deum Misericordissimum obtestemur, ut miserum a morte liberet, & spatium det, quo crimina expiet. Id est, quo Baptismum accipiat, quippe Eutropius Infidelis erat.

Hæc oratio effectu non caruit, & S. Chrysostomus tunc quidem Eutropio vitam servavit; at non sine labore, non sine pugna id factum; in Ecclesiam cum armis concursum, expediti gladii, S. Episcopus in Regiam ductus, sermo, quem coram populo dixerat, crimini vertebatur, mors denique intentabatur; sed horum nihil viri constantiam concutere valuit, Eutropium non reddidit, & ostendit,

De promiss. Dei apud Prosp. p. 3. c. 38.

Serm. in Psalm. 94. Tom. 5. p. 100,

dit, ſicut ipſe dicit, robur Eccleſiæ eſſe invincibile, in oratione fundatum, illius nempe Eccleſiæ, ſubjungit: *quæ non in loco, nec in muris, aut tectis, ſed in moribus, legibusque conſiſtit.* Id eſt; illud, quod ad ſacrum Aſylum confugientibus ſecuritatem præſtaret, non eſſe portarum & ſtructuræ firmitatem, ſed Religionis, & Sanctitatis, qua Miniſtri ejus fulgerent, reverentiam. Nihilominus captus eſt Eutropius, ſed ſua imprudentia, cum Eccleſiæ ambitum eſſet egreſſus, damnatus, & in exilium in inſulam Cyprum, ut ibi dies finiret, miſſus. Bona omnia fiſcus abſtulit, ejus memoria omni honore privata, nomen ex faſtis deletum, & iſto anno unius tantum Conſulis nomen referebatur, nempe Theodori, probiſſimi viri, Chriſtiani, & docti, quem S. Auguſtinus, & Poeta Claudianus laudarunt. Condemnatio Eutropii data legebatur decimo ſexto Calendas Febr. Conſtantinopoli, Conſule Theodoro, id eſt, 17. Januarii anno 399. At Eutropium vivere Gainas non eſt paſſus; obtinuit, ut ex Cypro Calcedonem adduceretur, ubi, reſtaurato judicio, capite truncatus eſt.

Sæculum IV. A. C. 399.

Matth. 16. 18.

Aug. 1. *de ord. c.* II. 1. *retract. c.* 2. *Claud. de Conſ. Theod. lib.* 17. *C. Theod. de pœn.* 28. *Zoſ. l.* 5. *p.* 794. *Philoſt. X. c.* 6.

§. XXXVIII.

S. Joannes Chryſoſtomus Clerum ſuum reformat.

Non defuere, qui ſermonem S. Chryſoſtomi

Socr. VI. c. 13.

Sæculum IV. A. C. 399.

stomi in Eutropium vituperarent, dicerentque, eum homini afflicto insultasse, sed vera, cur virum reprehenderent, causa erat invidia, qua in S. Episcopum ardebant. Necdum anno integro Ecclesiam Constantinopolitanam rexerat, jamque viri fervor multos ei inimicos tam inter proceres, quam Clericos suscitaverat. Primo illis viris Ecclesiasticis sacrum bellum denuntiavit, qui charitatis imagine virginibus (has sorores adoptivas appellabant) convivebant; alii eas sorores subintroductas, seu Agapeticas vocabant, ac si diceres, charitativas. Non deerant specioſi obtentus, nempe ut tales Virgines aliorum auxilio destitutas, quibus nec Parentes essent, nec amici, adjuvarent; ut, si opulentæ essent, earum negotia gererent, si autem pauperes, ex charitate nutrirent, omnia ea, quæ Virgines per se facere non convenit, expedirent, idque præsertim necessarium esse in Regione, ubi rarissime mulieres pedem domo efferunt, vicissim Clerici his fœminis rei domesticæ curam relinquere se ajebant, ab eisque exspectare familiaria illa obsequia, quibus præstandis alter sexus aptior esset, ut ipsi liberius Ministerii sui functionibus vacarent. De cœtero constanter affirmabant, quod nihil sibi licere, quod peccatum esset, putarent, seque nihilo minus continentiam profi-

Soz. VIII. c. 7. Pall. vit. p. 45.

Sup. l. VIII. §. 4. XI. §. 17. Hier. epist. 22. 5.

profiteri. Econtra S. Chryſoſtomus contendebat, id contubernii genus pejus eſſe, ac ſi proſtitutas aperte domi alerent: *iſtud*, inquit: *infames Pagani faciunt, & omnibus, qui voluerint, ſcortandi occaſionem præbent; hi autem ſunt Chriſtiani, qui ipſis Sanctis ſcandalum ponunt.* Sæculum IV. A. C. 399.

Sermones de hac materia duos habemus, videnturque ad hoc tempus referri debere; in uno viros arguit, qui ſorores ſuſpectas apud ſe retinebant, in altero Virgines increpat, qui cum viris habitabant. Ponit, ut ipſi dicebant, nullum crimen patrari contra corporis puritatem, nihilominus talem cohabitationem damnat, ex eo præprimis capite, quod creet ſcandalum, ideo non contemnendum, quia ſuſpicionis malæ fundamentum adeſt, & ſcandali dati cauſa nec ex ſe bona eſt, nec neceſſaria. Tum omnes pudendæ ſocietatis excuſationes enervat, oſtenditque, quantum rationi repugnent. Suæ autem ſententiæ argumenta affert, continuum periculum crimen committendi, tali convictu emolliri mores, delectationem, ſi nihil aliud ſubeſſet mali, in familiari aſpectu, & alloquio, quæ inter perſonas diverſi ſexus magis irritant ſenſus. In tractatu, ad Virgines directo, dicit, eas in tali habitatione ſæpe occaſionibus, & tentationibus erubeſcendis exponi; atque aſſerit, hoc *Tom. 6. p. 214. p. 230.* *pag. 231. l. 35.*

Sæculum IV. A. C. 399

malum inde naſci, quod in ſola fuga turpis operis Virginitatem conſtituant, dum tamen muliebrem ornatum, aliosque mundanorum mores non dimittunt. His S. Chryſoſtomi ſermonibus illi de ipſius Clericis offenſos ſe crediderunt, qui hos abuſus amabant. Exinde in eorum avaritiam perorare cœpit, & vivendi uſus, atque hortabatur, ut, ſuis ſalariis contenti, ad divitum menſas non currerent, puderetque Sacerdotes Laicorum paraſitos, & adulatores dici. Ajebat, Presbyteris, quæ neceſſaria eſſent, abundanter concedenda, ne labori ſuccumberent, eosque temporalium rerum ſollicitudo a ſpiritualibus averteret. Id vero non probabat, ſi alimenta, & veſtitum habentes, adhuc bonis temporalibus inhiarent.

Pall. pag. 45.

pag. 46.

Hom. 15. in 1. Tim. ad 5. 18. Hom. 21. in 1. Cor. ad 9. 7.

§. XXXIX.

S. Joannes Chryſoſtomus pauperum Curator.

Pall. p. 46.

Sanctus Joannes Promi Condi ſui commentariis examinatis ſumptus Eccleſiæ inutiles reſcidit. Expenſas quoque pro Epiſcopo nimis profuſas judicans, ſuperflua ægrotorum Hoſpitio addixit. Cum in dies pauperum neceſſitates augeri cerneret, plura hoſpitia condidit, his optimæ vitæ Presbyteros præfecit, Medicos, coquos, operarios, qui laborantibus inſervi-

servirent, omnes vero cœlibes, constituit. Populos civitatis Constantinopolitanæ hortabatur, ut quisque Paterfamilias hospitium domesticum haberet, id est, in qualibet domo cubiculum, pauperibus destinatum. Sed & ulterius Chrysostomi charitas progressa est; exemplum primorum Christianorum Jerosolymæ proponebat, suadens, ut omnia bona sua in communem massam comportarent. *Quantum forte auri*, inquiebat: *colligendum putatis, si omnes Fideles bona sua venderent? forsitan tota summa decies, vel potius vicies, aut tricies centena millia librarum aurearum conficeret, nam saltem centum millia Christianorum in hac urbe numerantur, reliqui sunt Judæi, & Gentiles, pauperum autem numerum quinquaginta millia hominum superare non puto; quam facile sustentari possent! rursusque quanto facilius ali possent, & minori impendio, si in communitatem coire juberentur? Illi etiam, qui Christiani non sunt, ad hoc opus de suo contribuent. Imo vix futurum, ut si tantum charitatis exemplum præbuerimus, quisquam in infidelitate permaneat! mea opinione ne unus quidem; sic omnes ad Christum perducemus! si mihi creditis, spero cum auxilio Dei id futurum, tantum mea ne spernatis consilia, & ad rem ordinate procedamus!* Post hæc convocatas ad se viduas, quæ

hom. 45. in acta mor.

Pall. 47.

Sæculum IV. A. C. 399.

reprehensibilis vitæ erant, examinabat, suadebat, ut jejuniis se exercerent, si quas voluptatibus deditas videret, atque ut balneis, & superfluo corporis cultu abstinerent; aut cito ad secundas nuptias transirent, ne suis moribus Religioni Catholicæ probro essent. *Mulieres enim*, inquit: *si a marito liberatæ sint, nec totas se Deo mancipent, otio, obtrectationi, curiositati, aliorumque negotiis, nihil ad se spectantibus, se dedunt.*

Hom. 15 in 1. Tim. ad 5. 14.

§. XL.

Populum erudit.

Pall. p. 47.

Sanctus Chrysostomus populum in suis Concionibus admonebat, ut officio nocturno interesset, nempe viri, quibus per diem Ecclesiam adire non vacabat, fœminas vero domi manere jubebat, & tantum de die in Ecclesiam venire. *Semper*, ait: *Dei meminerimus tunc vero maxime, quando animo tranquillo sumus, id est, horis nocturnis, nam de die multis rebus turbamur.* Et alibi: *Non ideo facta est nox, ut tota somno, & otio perdatur; id nos artifices, aurigæ, mercatores suo exemplo docent, id Ecclesia Fidelium, media nocte surgentium, nos monet; vos quoque surgite, pulcherrimum stellarum ordinem considerate, profundum naturæ silentium, & quietem perfectam. Tunc anima purius cogitat, levior est, &*

Hom. 13. in Ep. ad Hebr. Mor.

Hom. 26. in act. Mor.

ad

ad cœlestia aptior. Tenebræ, & silen- Sæculum IV.
tium ad compunctionem invitant; dum A. C. 399.
omnes homines in lectis dormiunt, quasi in sepulchris, finis mundi imaginem præbent. Ad viros dico, & ad mulieres: Flectite genua, gemite, orate! si liberos habetis, hos quoque e somno excitate, & domus vestra nocte Ecclesia vobis sit, si ob teneritudinem vigilare nequeant, jubete, ut unam, alteramve orationem recitent, & dormiant; sic tamen interrumpendo somno assuescent. Ejusmodi documenta pigris Clericis non sapiebant, quibus quotidie tota nox dormiebatur.

Non minor S. Joanni cura fuit de retundendo divitum fastu, eisque moderationem, & humilitatem commendabat. *Quid vobis causæ est*, inquiebat: *ut tanti vos ipsos esse credatis? gratiam forte nobis facitis, si huc venitis, ut ea, quæ vobis ad salutem prosunt, audiatis? at divites estis, & vestibus holosericis induti! an vero nescitis vestes has, a vermibus productas, & ab hominibus, quos barbaros vocatis, contextas? an nescitis meretrices, latrones, sacrilegos, incestos, & hominum perditissimos his contegi? mittite, quæso! hunc fastum, & ad naturæ humanæ humilitatem descendite! terra estis, pulvis, cinis, & fumus, & præterea nihil. Multis famulis imperatis, vestrorum affectuum mancipia! non absi-* *Pall. p. 47. homil. de inf. alt. to. 6. 723.*

Sæculum IV. A. C. 399.

miles homini, qui domi a servis verberibus affici pateretur, & foris magnam suam jactaret auctoritatem, & potentiam.

Uberes sermonum istorum fructus Constantinopoli videre erat, de die in diem tota civitas in pietate proficiebat, illi etiam, qui in cursus equorum, aliaque spectacula nimio affectu ferebantur, relictis Circo, & theatro in Ecclesiam se conferebant. Sermones Chrysostomi habemus in arte benedicendi potentissimos, quos contra ejusmodi abusus Constantinopoli habuit; in illa urbe interalia explicavit Epistolam ad Ephesios, Epistolam ad Colossenses, Epistolam ad Hebræos, & Acta Apostolorum. Ter in septimana ad populum dicebat, factumque, ut non nunquam septem continuis diebus dicaret. Auditorum multitudo tanta confluebat, ut pro convenientium commoditate, atque ut facilius perorans perciperetur, relicta Cathedra, ubi Antecessores prædicare verbum Dei solebant, in medio Ecclesiæ suggestum, lectoribus destinatum, conscenderit. Non nullos auditores curiositas adducebat, plures autem numero tam Gentiles, quam Hæretici convertebantur.

S. Chrysost. *Pall. p. 48. to. 5. serm. 29. in trate in ang. p. 171. hom. 44. Az. mor. in acta hom. 44. in acta mor.*

Soz. VIII. c. 5.

Vir de Macedonianorum Secta dicendi vi a Chrysostomo conversus, uxorem quoque ad Ecclesiam Catholicam reducere

cere satagebat; diu pertinacem frustra hortabatur, nam aliarum fœminarum consuetudo, & exempla retinebant; tandem, cum minaretur, se eam repudiaturum, promisit mulier, quod maritus volebat, & ad Ecclesiam venit; ubi tempus Communionis adfuit, Evchariſtiam accepit, & caput, quasi oratura, inclinavit; non autem, ut debebat, Evchariſtiam manducavit, sed, ea servata, panem, a famula rei conscia sibi secreto datum, loco Evchariſtiæ sumpsit. At quamprimum hunc panem ori intulit, lapidem sub dentibus suis factum sensit; miraculo perterrita, ad Episcopum convolavit, omnia confessa, ostendit lapillum, in quo dentium vestigia notabantur, & cujus materia, colorque ab omnibus aliis abhorrebat; facti veniam cum lacrymis rogavit, atque exinde cum Marito in pace vixit. Lapillus prodigiosus, in thesauro Ecclesiæ Constantinopolitanæ custoditus, tempore Sozomeni, qui hanc historiam narrat, conspiciebatur.

Sæculum IV. A. C. 399.

§. XLI.

Aliarum Ecclesiarum cura.

Major erat S. Joannis Chrysostomi zelus, quam ut in Ecclesiæ Constantinopolitanæ limitibus contineretur, sed ad omnes Ecclesias extendebatur. Ecclesias sex Provinciarum in Thracia, undecim

Soz. VIII. c. 3. Theo. V. c. 98

Sæculum IV. A. C. 399.

cim Provinciarum Asiæ, iterumque undecim Provinciarum Ponti, universim viginti, & octo Provinciarum in meliorem Disciplinam reformavit. Episcopatus sui exordio Episcopos Orientis, atque Episcopos Ægypti, & Occidentis, in causa Paulini dissidentes, componere aggressus, Theophilum Alexandrinum rogavit, ut operam conjungeret, ad Flavianum Episcopum cum Papa reconciliandum; Flavianum enim S. Chrysostomus adhuc ut Patrem suum spiritualem, & Magistrum venerabatur. Theophilo Alexandrino consilium probante, Acacius Episcopus Bereensis, & Presbyter Isidorus Alexandrinus delecti sunt, qui Romam irent. Illuc delati, & re feliciter confecta, in Ægyptum rediere, atque inde Acacius in Syriam, Flaviano, suisque Epistolas pacis ab Episcopis Ægypti, & Occidentis afferens. Ita Communio inter has Ecclesias restituta. (*)

Theo. V. c. 30 S. Chrysostomus etiam ad convertendos Scythas animum adjecit; nonnullos Constantinopoli invenit, Secta Arianos, quos

(*) Hic Fleurius omisit dicere, sub quo Pontifice hæc gesta sint. Si hæc anno 399. contigerunt, S. Anastasius sedebat. Alii alio tempore, nempe sub Theodosio, factam celeberrimam reconciliationem dicunt. Theodoretus, & Sozomenus discrepant.

quos ut lucraretur, Presbyteros, Diaconos, & Lectores ejusdem linguæ peritos dedit, & Ecclesiam propriam concessit, quo ipse non nunquam se conferebat, ut iis per interpretem loqueretur. Hoc modo multos ad fidem perduxit. Cum ei fuisset relatum, dari Scythas Nomades, id est, Pastores, & vagos, prope Danubium castra habentes, qui veram Religionem doceri cuperent, viros Apostolicos quæsivit, qui illuc missi, felici successu laborarunt. Sciens Marcionitas invenire esse in territorio Cyrensi, ad Episcopum scripsit, exhortans, ut his hæreticis Regionem liberaret, legum Imperialium auxilium offerens. Marcum Diaconum a S. Porphyrio, Episcopo Gazensi, missum, ut Imperatoris præsidium adversus Paganos obtineret, adjuvit, & ut templa Deorum in Phœnicia destruerentur, curavit; Monachos zelo plenos conquisivit, quos Rescriptis Imperatoris munitos, ad hoc opus perficiendum misit. Attamen non petiit, ut Imperator ad hujus Missionis sumptus quidquam tribueret, sed divites, & piæ fœminæ abundanter necessaria suppeditarunt.

Sæculum IV. A. C. 399.

c. 31.

vita S. Porph. ap. Sur. 26. Febr. Theod. V. c. 29.

§. XLII.

Leges contra Idololatriam.

Habemus etiam Legem, ab Arcadio latam, tertio Idus Julii, Theodoro Consula-

L. 13. C. Theod. de pag. & ib. Gothofr.

Sæculum IV. A. C. 399.

fulatum gerente, id est 13. Jul. anno 399 qua templa Deorum, in campis exstructa absque strepitu, & tumultu dirui jubentur, & quia Lex ista ad Eutichianum Præfectum Prætorii in Oriente directa est, non sine ratione creditur, eam Phœniciam respicere. Alia lege ejusdem anni, secunda Octobris, spectacula turpia quæ *Majuma* dicebantur, & maxime in illa Regione exhiberi solebant, prohibentur. Honorius quoque sua ex parte, seu magis Stilico sub ejus Nomine, contra Paganos leges tulit. Tres hoc anno datæ leguntur, una 29. Jan. ad Præfectos Hispaniæ, & quinque Provinciarum Galliæ directa, quæ non solum Sacrificia prohibet, sed etiam ornamenta statuarum publicarum, nempe earum, quæ in balneis, foris publicis, plateis, aliisque locis visebantur, auferri jubet. Secunda lex Honorii, data 20. Aug. quæ Sacrificiorum, aliarumque ethnicarum superstitionum prohibitionem confirmat, conventus tamen, spectacula, & solemnes epulas permittit. Ea ad Proconsulem Africæ dirigitur, sicut etiam tertia ejusdem ferme temporis, quæ templorum demolitionem prohibet, at Sacrificiorum damnationem ratam habet, & Idola removeri præcipit. Conjectura est, hanc legem conditam esse occasione eorum, quæ Carthagine eodem anno 19. Martii con-

L. 2 C. Theo. de Maj. & ibi Gothofr.

L. 15. C. The. de pag.

L. 18. Cod.

Aug. 18. Civ. c. ult.

contigerunt; ibi enim Comitum Gaudentii, & Jovii jussu, falsorum Deorum templa diruta sunt, & eversa Idola, ex quo oraculi, a Paganis crediti, falsitas patuit, Religionem Christianam non ultra annos 365. duraturam; quippe si non altius, quam ad initium prædicati Evangelii redeatur, anni 365. anno 398. exeunte, complebantur, juxta calculum S. Augustini, referentis, multos ad fidem conversos, postquam oraculi ludibrium intellexerunt. Sæculum IV. A. C. 399.

Celeberrimum omnium Carthagine Templum erat, quod Deæ Cælesti, Cybele esse creditur, incolæ consecraverant; tunc quidem non destructum, sed longo tempore clausum fuerat, inutiles herbæ, & sentes creverant; simplices Pagani credebant, Dracones, & aspides hujus Templi custodiæ invigilare. Hoc populus Christianus in Ecclesiam consecrari postulabat, atque Aurelius Episcopus eorum desiderio indulgens, illuc Cathedram Episcopalem inferri præcepit. Tunc Paschalis solemnitas celebrabatur, aperitur Templum, & purgatur nemine infestante, in frontispicio magnis litteris scriptum advertunt: *Aurelius Pontifex dedicavit.* Hoc alicujus Pontificis gentilis nomen fuerat, sed nominis similitudinem in bonum omen populus traxit. Oraculum editum a Dea Cælesti *ap. Prosp. III. de promiss. c. 38.*

Pagani

Sæculum IV. A. C. 400. Pagani ferebant, quo reparatio cultus sui in hoc Templo prædicebatur; contrarium autem accidit, nam post 20. ferme annos eversum, & in cœmeterium mutatum. Circa idem tempus martyrium sexaginta Christianorum memorabile est, quos Pagani Coloniæ Suffectensis, quod Idolum Herculis dejeciſſent, & confregiſſent, obtruncarunt. Hæc discimus ex S. Augustini Epistola, ad seniores hujus Coloniæ data, qua crudelitatem eorum, & legem contemptum exprobrat. Ecclesia hos Martyres 30. Aug. honorat.

Aug. ep. 50. al. 267.

§. XLIII.

Concilium Carthaginense quintum.

tom. 2. Conc. p. 1215. v. Schoſtrat. Diſſ. 3. c. 9. Concilium Africanum adhuc exstat, cujus tempus magis certum est æra Hispanica 438. sexto Calendas Junii, id est, 27. Maji anno 400. Aurelius præfuit, sexaginta duo Episcopi cum ipso subscripsere. Quindecim Canones confecti, quorum ultimo statuitur, ab Imperatore omnium reliquiarum Idololatriæ, etiam in lucis, & inter arbores abolitionem esse petendam. Clerici tanquam testes in judicium vocari prohibentur. Clerici cujusdam, cujuscunque ordinis Episcopi judicio damnati, defensionem nec Ecclesia, quam rexit, suscipiat, nec quicunque alius, id est, ut alibi explicatur, petenda hac super re ab Imperatoribus Lex erat,

c. 1.

c. 2.

qua

qua id præciperetur. Et enimvero le- Sæculum IV.
gem invenimus Honorii, datam 4. Febr. A. C. 400.
ejusdem anni 400. qua Episcoporum de- *Dion. exig.*
positio, in Conciliis decreta, confirma- *n.* 62.
tur, & Episcopo depositio præcipitur, ut *L.* 35. *C. Th.*
ultra centum milliaria ab urbe, cujus fuis- *de Epist.*
set Episcopus, discedat. Omnibus quo-
que interdicitur, ne pro ejus restitutione
Imperatorem sollicitent. Episcopi bona *c.* 4. *c.* 5. *c.* 8.
Ecclesiæ absque auctoritate illius Pro-
vinciæ Primatis, & Concilii alienare pro-
hibentur. In sua Diœcesi nullibi, quam
in Ecclesia Cathedrali resideant. Inter-
cessor, id est, ille, qui curam Ecclesiæ va-
cantis in se suscipiebat, alio nomine visi-
tator, electionem Episcopi intra annum
procuret, sin minus, anno circumacto,
alius Intercessor constituetur. Episcopi *c.* 10.
in Concilio præsentes sint, aut, si excu-
sationem legitimam habent, eam scripto
tradant. Primates Episcopos Provinciæ
in duas, vel tres cohortes dividant, ut
successu, & ordine suo omnes ad Conci-
lium veniant. Magnus in qualibet Pro- *c.* 11.
vincia erat Episcoporum numerus. Pres-
byteris aut Diaconis reis pœnitentiæ
causa non imponantur manus sicut Lai-
cis. Iste abusus inter Donatistas vige-
bat. Clerici excommunicati post anni *Optat. lib.* 1.
decursum defensio amplius non audie- *c.* 12.
tur. Episcopus, si in Clericum, vel Su-
periorem sui Monasterii ordinaverit Mo-

Sæculum IV. A. C. 400.

nachum, alteri Episcopo subjectum, ad solius Ecclesiæ suæ Communionem coarctabitur, & Monachus nec Clericus, nec Superior erit. S. Augustinus hujus Canonis mentionem facit in duabus Epistolarum suarum, ubi dicit, in Clericos non esse ordinandos ex Monasteriis transfugas, sed Monachorum optimos.

Ep. 60. *ad* 76. *ad Aurel. ep.* 64. *al.* 235. *ad Quintian.*

c. 6. Decernitur, ut sine scrupulo baptizentur infantes, de quorum baptismo non certo constat. Altaria memoriæ

c. 14. Martyrum consecrata, si argumenta certa non sint, & revelationes obscuro auctore, tollantur.

c. 7. Dies, qua Pascha celebrandum, per Epistolas formatas declaretur. Lex continentiæ pro Episcopis, Presbyteris, & Diaconis confirmatur. (*)

c. 3. Hæ sunt Regulæ istius Concilii, quod inter Carthaginenſia quintum, & sub Aurelio est ordine tertium.

§. XLIV.

S. Augustini scripta.

II. retract. c. 4. *de Catech. to.* 6. *p.* 182.

Sanctus Augustinus nunquam non pro Ecclesia laborabat. Circa illud tempus, nempe annum 400. plurimos libros composuit, quibus accensetur parvus Tractatus de Fide rerum, quæ non videndenda

(*) Hic rursus Protestantes convincuntur, Legem continentiæ Clericorum non esse novam.

dentur, & forte nil nisi oratio ad popu- Sæculum IV.
lum fuit, hinc in suis Retractationibus A. C. 400.
de eo mentionem nullam facit, at multo
post tempore eundem, tanquam opus *Ep.* 131. *n.* 14
suum, ad Comitem Darium misit. In eo
Paganos oppugnat, Religionem Christianam ideo cavillantes, quod aliqua credi præciperet, quæ videri non possent. Principio demonstrat, singulos homines teneri talia credere, quæ nec exterius in oculos cadunt, nec intra se cogitatione percipiunt, nisi societatis civilis fundamenta convulsa velint. Deinde probat, fidem nostram inniti argumentis sensibilibus, qualia sunt Prophetiæ, quas legimus, earumque eventum oculis videmus, præcipue vocationem Gentilium, atque Ecclesiæ per universum mundum implantationem, prodigium illis temporibus eo magis sensibile, quo magis erat recens. Res, quas præsentes cernimus, fidem adstruunt de præteritis, & de futuris, quæ in iisdem libris promittuntur. Libri isti inter manus Judæorum sunt, inimicorum nostrorum, & in idipsum conservantur, ut testimonium reddant. Etsi vaticinia Prophetarum non exstarent, sola mutatio totius mundi, veteres suas superstitiones deserentis, ut adoret hominem crucifixum, a viris litterarum ignaris prædicatum, quorum Successores adversariis nihil nisi patientiam usque ad

Sæculum IV. A. C. 400.

mortem oppoſuerunt, hæc ſola mutatio evincit, non opus eſſe humanum, ſed divinum.

Eodem ferme tempore S. Auguſtinus Tractatum de Catechiſmo compoſuit, rogatus a Deogratias, Diacono Carthaginenſi, cui catechizandi munus incumbebat. In eo methodum docet, qua utatur, & ſubſtantiam rerum, quas Catechumenorum animis ingerat, nam hic non agitur de informatione parvulorum Chriſtianorum, ſed Paganorum, qui ætate jam matura fidem ſuſcipiebant. Ante aliquot annos S. Auguſtinus ſcribere inceperat Tractatum de Doctrina Chriſtiana, ut modum intelligendi, & explicandi S. Scripturam ſolidius exponeret, at iſtud opus ultra annos viginti quinque ſerius demum abſolvit.

II. Retr. c 4.

Illo tempore, nempe circa annum 400. incepit magnum opus de Trinitate, quod lentius dictabat, & poſt annos quindecim vix abſolvit, hoc enim interim dimiſit, ut quatuor libros de concordia Evangeliſtarum absque interruptione ſcriberet. In primo refutat Paganos, qui ſpecioſo obtentu, JEſum Chriſtum, ut virum ſapientiſſimum honorandi, Evangelia contemnebant, quod ea non ipſe ſcripſiſſet, & dicebant, Doctrinæ ejus aliqua fuiſſe addita a Diſcipulis ſuis, qui ei Divinitatem tribuiſſent, & finxiſſent, eum

Ibid. c. 15.

Ibid. c. 16.

eum vetuisse, alios Deos adorari. Itaque in isto libro excellens adversus Paganos controversia tractatur, ubi S. Augustinus Judæorum Deum omnibus aliis superiorem ex eo probat, quod impleta fuerint Prophetarum vaticinia, conversæ omnes Gentes, Idololatria novissimis Imperatorum legibus extincta. In tribus aliis libris ea, quæ in Evangelistis contraria videntur, conciliat. Circa idem tempus scriptæ putantur quæstiones in duo Evangelia S. Matthæi, & S. Lucæ, & Notæ in Jobum. Tunc quoque, nempe circa annum 400. S. Augustinus tredecim libros Confessionum scripsit, in propriam, & aliorum ædificationem. Decem priores vitæ ejus historiam continent. Tres posteriores sunt considerationes in sensum allegoricum initii Geneseos, quam haud multo post secundum sensum litteralem explicare cœpit, in duodecim libris de Genesi ad litteram. Hi libri eo principaliter tendunt, ut Catholicus habeat, quod Manichæorum calumniis respondeat; pluresque quæstiones proponuntur, quam resolvuntur. Hi libri demum post annos quatuordecim absoluti. Apertius Manichæos refutavit in triginta tribus libris contra Faustum, illum ipsum, Episcopum Manichæum, annis juvenilibus sibi cognitum, & qui disputando sibi nullatenus satisfecerat. Is erat Afer Mi-

Sæculum IV. A. C. 400.

Sup. §. 42. *II. Retract. c.* 12.

II. Retract.

S. Augustin.

Ibid. c. 24.

Ibid. c. 7.

Sup. lib. XVIII. §. 50 *l.* 1. *cont. Faust. lib.* 5. *c.* 8.

Sæculum IV. A. C. 400.

levitanus, & dum cum quibusdam aliis Manichæis Proconsuli delatus fuisset, mutata capitis pœna, quam secundum leges incurrerat, vitam misero exorantibus Christianis, in aliquam Insulam relegatus, & post breve tempus revocatus est. Librum contra fidem Catholicam scripsit, quem S. Augustinus, a Fidelibus rogatus, de verbo ad verbum refutare cœpit, ex una parte textum Fausti, ex altera responsiones ponens; hinc libri isti valde inæquales sunt, prout Faustus refutanti adversario parum, vel multum materiæ suppeditaverat. Rei summa est antiqui Testamenti contra Manichæos defensio.

Quamvis Hæresis Joviniana Romæ, ubi nata erat, etiam fuisset damnata, non nulli adhuc secreto disputabant, illud potissimum criminantes, nihil aliud Virginitatis patronos Joviniano potuisse respondere, quam quæ in matrimonii contemptum redundarent; hæc exprobratio manifeste S. Hieronymum tangebat. Ut istud præjudicium extingueret S. Augustinus, scripsit librum de Bono Conjugii. Ubi ostendit, Matrimonium esse rem, sua natura bonam, nec tantum esse minus malum, sed verum bonum; atque hoc ex triplici causa sibi intrinseca, nempe ob bonum prolis, mutuæ fidei, & Sacramenti, seu Mysterii, ex quo Matrimonium

monium fit indissolubile; (*) porro nihil fortius, aut periculosius afferebat Joviniamus, quam cum interrogando Virginem, diceret: *Num tu sanctior es Sara? aut castior Anna?* Affirmat Sanctus Augustinus, sanctas veteris Testamenti fœminas in matrimonio viventes saltem tantæ perfectionis, & virtutis fuisse, ac continentes in novo Testamento, quia interno cordis affectu eandem continentiam prosecuti sunt, & præterea obedientia, quæ virtus supra continentiam est, fuere perfecta. Omnes etiam exspectabant, ut S. Augustinus librum de S. Virginitate scriberet, nec id facere distulit, ostenditque, quam insigne Donum Dei Virginitas sit, & quanta humilitate conservari oporteat! Hi duo Tractatus anno 401. scripti putantur. Sæculum IV. A. C. 400.

§. XLV.

Epistola ad Januarium.

Responsa ad quæstiones Januarii, quæ Epistolis S. Augustini accensemus, eo- *Ep. 54. al.* 118.

(*) Interpres Protestans, ut præteream multos alios errores minoris momenti, verbum: *Sacramenti* in sua versione parte III. pag. 684. omisit. Si viveret Fleurius, quantum obstupesceret suam ipsius Metamorphosin! dum ab homine Protestante in linguam teutonicam translatus, Protestans esse cogitur.

Sæculum IV. A. C. 400.

dem tempore scripta. Omnes hæ quæstiones circa diversos Ecclesiarum usus versantur. In his S. Augustinus solidum ponit fundamentum; JEsum Christum novo populo suo dedisse non nisi exiguo numero Sacramenta & observatu facillima; qualia sunt Baptismus, Evchariſtia, aliaque in Scripturis Novi Testamenti commendata. *Quod ad ea pertinet*, inquit: *quæ ex traditione observamus, si ubique terrarum ea observantur, credendum, talia esse, quæ ab Apostolis, aut a Conciliis generalibus præcepta fuere. Ejusmodi sunt annua Passionis, Resurrectionis, Ascensionis JEsu Christi, & adventus Spiritus S. celebratio; quæ autem in diversis locis diverse observantur, veluti die Sabbati jejunare, vel prandere, singulis diebus communionem accipere, vel tantum die Sabbati, vel non, quotidie communicare, aut tantum certis diebus, quotidie offerre, vel tantum Sabbato, aut die Dominica, cuilibet liberum est, nec melior regula de his Christiano suaderi potest, quam ut eo more, quo in Ecclesia sua vivitur, vivat! omnia enim, quæ fidei, aut bonis moribus non repugnant, innoxia sunt, & propter bonum societatis observanda.* (*) Si qui reverentia absterriti quotidie

v. L. IV. de Bapt. c. 24.

(*) Quomodo hæc de Lutheranorum cœna possent intelligi?

tidie non communicent, S. Auguſtinus probat, qui Reverentiæ cauſa & aliis argumentis ducti, quotidie communicent, etiam probat, ſi modo tunc non communicent, quando Auctoritate Paſtoris interveniente, & pœnitentiæ cauſa, Altari appropinquare non licet. Ille autem S. Doctori maxime probatur, qui diverſis moribus viventes ad pacem, & unionem ſervandam hortaretur! In iſta Epiſtola varios Eccleſiarum uſus notat. In quibusdam locis diebus Jovis in quadrageſima non jejunabant; non nulli in Cœna Domini bis Sacrificium offerebant, mane, & poſt Cœnam veſpere; hoc caſu excepto, jam tunc conſuetudo, ut jejuni Evchariſtiam ſumerent, per univerſam Eccleſiam vigebat. Diebus jejunii nemo balneo utebatur, at in Cœna Domini plerique lavari ſolebant, quam conſuetudinem S. Auguſtinus ab iis acceptam putat, qui baptizandi erant, & hac lotione exteriori ſe ad recipiendum Sacramentum parabant. Sæculum IV. A. C. 400.

In ſecunda Epiſtola ad Januarium S. Auguſtinus rationem reddit, quare in Feſtis Paſchalibus potius, quam Natalitiis Domini dies certa tam lunæ, quam hebdomadæ obſervetur; nimirum, quod dies Paſchæ non ſimplicem commemorationem, ſed Myſteriorum, quæ hac die completa ſunt, ſignificationem conti- *Ep.* 55. *al.* 119.

Sæculum IV. A.C. 400.

tineat. S. Paulus dies, & tempora duobus modis obſervari vetat, primo modo Judæorum, quo veteris legis Cæremoniis ſubjecti erant, altero Gentilium, qui quosdam dies auſpicatos, inauſpicatos alios in peragendis quotidianis actionibus credebant, at temporum diviſione uti, ut ordinate vitam ducamus, non prohibuit. Per univerſam Eccleſiam quadraginta dierum jejunium ante Paſcha, id eſt, Quadrageſima obſervatur, ſicut etiam quinquaginta dies lætitiæ usque ad Pentecoſten, quo tempore non jejunatur, cantatur Alleluja, & orantes genua non flectunt. *Neſcio*, inquit S. Auguſtinus, *an his diebus, & Dominicis ubique hanc conſuetudinem ſervent, & ſtantes orent; in quibusdam locis etiam aliis temporibus Alleluja cantatur, ſed tempore Paſchali ubique.* Octava Neophytorum a reliquo tempore diſtinguitur. Lotio pedum ad imitationem Domini Noſtri obſervabatur. Hanc conſuetudinem quidam recipere noluerant, ne pro parte Baptiſmi haberetur; alii ex eadem cauſa hunc uſum penitus aboleverant. In Hymnis, Pſalmisque cantandis uſus erat diverſus, & in Eccleſiis Africæ minus frequens, quam alibi locorum. S. Auguſtini conſilium eſt, ut exceptis lectionibus, inſtructionibus, & orationibus in Conventi-

Gal. 4. 11.

n. 32.

S. Auguſtinus

n. 33.

n. 34.

ventibus Ecclesiasticis reliquum tempus omne cantui detur. Sæculum IV. A. C. 400.

Tandem universalem dat Regulam, ea omnia esse retinenda, vel imitanda, quæ ad meliorem vitam ducunt, nisi quorumdam infirmitati scandalo esse possint. Tum subjungit: *Mihi profecto non probantur novi usus, qui ea ferme Religione, ac si Sacramenta essent, introducuntur, quamvis ea palam damnare non audeam, ne aliqui scandalizentur; verumtamen non parum affligor, dum video, tot librorum divinorum præcepta maxime salutaria negligi, cum interim omnia hominum institutis plena sint, eousque, ut si quis intra diem octavam post Baptismum nudo pede terram tangat, majori crimini vertatur, ac si usque ad crapulam potasset. Omnes ergo ejusmodi usus, qui in Scripturis non inveniuntur, nec in Conciliis præcipiuntur, nec consuetudine universali Ecclesiæ comprobantur, & quorum sufficiens causa non dispicitur, absque omni dubio tollendos existimo, quamvis enim ostendi non possit, eos contra fidem peccare, ad eosdem abrogandos sufficit, quod cæremoniis servilibus invidiosam reddant Religionem, quam Deus sua Misericordia liberrimam effecit; nam Judæorum conditio sic nostra tolerabilior esset, quod saltem legibus divinis subjicerentur, nos vero inventionibus humanis.* n. 35.

Nempe

Sæculum IV. A. C. 400.

Nempe Ecclesia, multis paleis, & zizaniis onerata, plurima tolerat, ea vero, quæ contra bonos mores, aut fidem sunt, nunquam dissimulat. S. Augustinus nominatim damnat curiositatem, qua sors ex Evangelio quærebatur, eo fine, ut negotia sæcularia secundum sensum verborum, quæ aperto libro forte occurrissent, dirigerentur.

n. 37. v. Baluz. Not. ad 3. capitul. an. 789. c. 4. S. Aug. pag. 213.

§. XLVI.

Liber adversus Parmenianum.

Sup. l. XVI. §. 40. Gennad. n. 18.

Inter hæc omnia nihilo remissius S. Augustinus contra Donatistas pugnabat. Parmenianus, qui Donato, illius Sectæ Episcopus, Carthagine successerat, idem adversus quem S. Optatus suo tempore decertaverat, quamdam Epistolam Tichonio reliquerat; hanc S. Augustinus refutare aggressus est. Erat Tichonius Secta Donatista, magno ingenio, doctus, & eloquens, in Sacra Scriptura versatissimus; multa opera composuerat, atque inter alia Apocalypsis explicationem, & Regulas ad Scripturæ intellectum servientes, quæ nobis adhucdum supersunt; eas etiam S. Augustinus tanquam utiles commendat, si modo cum judicio applicentur. Tichonius, cum S. Scripturæ studeret, intellexit, Ecclesiam per totum mundum dilatari oportere, nec quocunque peccato effectus divinarum promissio-

Aug. III. Doct. Christ. c. 30. bibl. PP. 1677. n. 6.

missionum impediri posse. Hinc veritatem fortiter cœpit defendere, nec tamen Donatista esse desiit, nec ea, quæ ex hoc suo principio sequerentur, vidit, nempe Christianos in Africa, qui cum universo terrarum orbe communicarent, solos in Christi Ecclesia existere, seu in vero, & unico Christi, boni Pastoris, ovili. Parmenianum, aliosque Donatistas minime latuit, nihil aliud ex dictis Tichonii sequi, & ne id concedere cogerentur, maluerunt negare principium, & dicere, Ecclesiam communione impiorum esse corruptam. Ergo Parmenianus Epistolam ad Tichonium dedit, quasi ut errorem dedoceret, sed suæ opinioni pertinaciter adhærentem, Donatistæ in uno suorum Conciliorum damnarunt. Hæc est illa Parmeniani, jam multo tempore defuncti, Epistola, cui S. Augustinus, ut precibus fratrum satisfaceret, respondit, & responsionis materiam in tres libros divisit. Sæculum IV. A. C. 400.

In his quæstionem juris contra Donatistas examinat, an boni ex commercio cum impiis contaminentur, ideo quod in unitate ejusdem Ecclesiæ & eorumdem Sacramentorum participatione permaneant. Igitur S. Augustinus probat, Donatistarum querelas contra illos, quos Traditores esse accusabant, aliarum Regionum Christianis nocere non posse, *II. Retr. c. 17*

quibus

Sæculum IV. A. C. 400.

quibus ea omnia, quæ in Africa accidissent, fuissent ignota, nec fieri posse, ut Dei promissa effectu careant, in tot locis veteris, novique testamenti expressa, Ecclesiam universam totum terrarum orbem impleturam, atque per omnia Sæcula duraturam. Donatistæ illis Scripturæ textibus abutebantur, ubi communicatio cum impiis prohibetur, & Sacrificium, oratio, & prædicatio impiorum rejici videntur; S. Augustinus omnes hos textus explicat, ostenditque, Sacerdotem, quamvis peccator sit, quando pro populo orat, exaudiri, ejusque Prædicationem utilem esse aliis, quando veritatem docet, & Sacrificium impii soli impio, non vero cuiquam alteri nocere, eo quod unicum sit Sacrificium, semper Sanctum principaliter a JEsu Christo, semper justo, oblatum.

Lib. I. c. 2. c. 7

Lib. II. c. 8.

n. 17.
c. 9.
c. 6.

Constans Doctrina est, Sacramenta omnibus prodesse, qui ea digne recipiunt, & illis solis nocere, qui indigne administrant, sive eorum peccatum notum, sive latens sit. Bonus Minister dum Gratiam populo communicat, pro se mercedem meretur, malus Gratiam nihilominus communicat; Deus enim dat Gratiam ministerio hominum, sicut aliquando dat per se ipsum, & sine hominis servitio. Ergo de peccato non participat, qui cum peccatore communicat,

c. 10. n. 21.

c. 11. n. 24.

c. 20. n. 40.

cat, vivens cum ipso, & ab ipso Verbum Dei, aut Sacramenta accipiens, sed tantum si in ejus peccatum consentiat. Nec Prophetæ, nec Apostoli, nec ipse JEsus Christus a societate peccatorum, quos redarguebant, recesserunt. Quia tamen in certis casibus præceptum est, ut ab impiis separaremur, S. Augustinus Regula, hujus separationis, id est, excommunicationis ponit. Severitas Ecclesiæ æque effectus charitatis est, ac lenitas ejus. Quando Christianus peccati, anathemate digni, convictus est, hunc Ecclesia separat, ut corrigat, & nisi pœnitentiam agat, ipse se ab Ecclesiæ corpore rescindit; hoc autem tunc faciendum, quando omne periculum Schismatis abest, si iste privatus fautores non habeat, & multitudo pro Pastore contra ipsum stet; nam postquam morbus multitudinem corripuit, nullum supersit remedium, quam bonorum omnium gemitus, ne cum zizaniis triticum evellatur. (*) Nil nisi hortatus contra Fidelium

Sæculum IV. A. C. 400.

Lib. III c. 4.

Lib. II. c. 15. n. 35.

S. Augustinus

L. III. c. 11.

c. 2. n. 13.

n. 14. 15.

(*) His ex verbis clare colligitur, S. Augustinum docere, excommunicationis fulmen non esse intorquendum, si exinde majus timendum sit malum, quam sperandum bonum. Si Fleurius æquo animo legatur, nihil aliud, quam quod S. Augustinus, dicere deprehendetur; Anonymus II. tamen

Sæculum IV. A. C. 400.

lium multitudinem adhibendi, & quidem exſpectanda temporis opportunitas, qualis eſſet occaſio calamitatis publicæ, quæ populum humiliat, & magis docilem reddit; at ſeparatio tunc inutilis eſt, pernicioſa, & ſacrilega, quia a ſola ſuperbia ortum trahit; Boni, & infirmi Fideles turbantur, nec ideo mali, & furioſi emendantur. Ergo nunquam licet ab Eccleſia ſe ſeparare; nec alicubi ſecuritas ſperanda, niſi in unitate illius Eccleſiæ, quæ ſupra promiſſiones Dei fundatur, & in toto terrarum orbe nota eſt.

c. 5. n. 28.

§. XLVII.

Libri de Baptiſmo.

II. cont. Parm. c. 14. II. Retr. c. 18 I. de bapt. c. 1 VI. c. 3. 4. 5.

In libris contra Parmenianum S. Auguſtinus promiſerat, ſe quæſtionem de Baptiſmo accuratius tractaturum. Illis libris abſolutis, ſtatim opus ſeparatum inchoa-

tamen in ſuis obſervationibus paragrapho VII. in Fleurium furioſe invehitur; cum ſorte ſufficiſſet dixiſſe, Fleurium in ſuo Diſcurſu ante Tomum XIX. debita Reverentia loqui oportuiſſe (non enim ipſius errores defendere animus eſt) cæterum optandum eſſet, nunquam in abſolutione ab excommunicatione majorem de pecunia colligenda, quam de ſincero pœnitentis abſolvendi dolore curam fuiſſe. Sinamus igitur Anonymum iſtum inutili rabie debachari.

inchoavit, divisitque in libros septem, in quibus etiam ad illas objectiones Donatistarum respondet, quas ex Scriptis, & factis S. Cypriani eruebant. Ut valorem Baptismi hæreticorum demonstret, S. Augustinus ita argumentatur: *nemo negat, Apostatas, & Schismaticos Baptismum suum servare, quia ad Ecclesiam redeuntes non rebaptizantur, etiam suam Ordinationem retinent, cum redeuntes ad Ecclesiam non iterum ordinentur; ergo sicut baptismus extra Ecclesiam retineri potest, ita etiam accipi poterit. Schismatici non nisi spiritualiter, sententia, & voluntate a nobis separantur, ergo in iis omnibus, quæ nobiscum credunt, nobiscum sunt. At bona, quæ ipsis nobiscum sunt communia, id est, fides, & Sacramenta ipsis inutilia sunt sine charitate, cujus defectu a nobis separantur, & cum revertuntur, bona ista, quæ jam habent, non ipsis dantur, sed eis jam esse utilia incipiunt. Etiam res ita se habet cum impiis, qui in Ecclesia sunt, atque secundum carnem, & sine charitate vivunt, Sacramenta accipiunt, sed sine fructu; ipsum baptismum ita accipere possunt; si convertantur, non rebaptizantur, sed Sacramentum, quod ipsis erat ad interitum, jam ad salutem prodesse incipit.* (*) Sæculum IV. A. C. 400.

1. c. 17.

Eadem

(*) Ex hoc S. Augustini loco clare dispicitur,

Sæculum IV. A. C. 400.

Eadem de Miniſtris Eccleſiæ eſt ratio; avari ſint, invidi, vindictæ cupidi, aut aliis vitiis inquinati, non ideo minus po-

1. c. IV. 2. 3. teſtatem baptizandi habent, quam ne tunc quidem amitterent, ſi in rebus fidei errarent, ſive etiam eorum errores aut

1. cont. Petil. c. 2. vitia laterent, ſeu paterent. Si autem impii, qui in Eccleſia ſunt, dare, & recipere Baptiſmum poſſunt, etiam extra Ec-

de Bapt. 4. c. 4. cleſiam poſſunt, quia non dant, aut recipiunt tanquam exteri, ſed per fidem,

I. I. c. 10. & Sacramenta, quæ ab ea receperunt, conjuncti. Eccleſia eſt, quæ in Societatibus ſeparatis per Sacramentum, quod ſibi proprium eſt, filios generat, ſeu verius, JEſus Chriſtus ope cujuscunque Mi-

II. c. 10. niſtri, digni, ſeu indigni baptizat. Chriſti Baptiſmi Sanctitas ab hominibus profanari non poteſt, virtus Dei in eo ſemper remanet, in ſalutem eorum, qui leges

II. c. 14. 15. Baptiſmi ſemper ſervant, & in perditionem eorum, qui abutuntur. Ergo ad Sacramenti veritatem in eo, qui dat, aut qui recipit, nec fides, nec boni mores neceſſarii ſunt, ſed tantum ad effectum & utilitatem Sacramenti. Sufficit, ſi Baptiſmus tribuatur per verba Evangelii, quantumvis perverſe vel baptizans, vel baptiza-

S. Doctorem cum Catholicis contra opinionem Proteſtantium plura quam duo tantum Sacramenta dari, credidiſſe.

baptizatus hæc verba accipiat! Hæc Doctrina in administratione omnium Sacramentorum æqualis est, & S. Augustinus expresse dicit, eos, qui Evchariſtiam indigne accipiunt, nihilo minus quam alios JEsu Christi corpus accipere. Sæculum IV. A. C. 400. *IV. c. 12. 15.* *V. c. 8.*

Baptismus infantum demonstrat, valorem Sacramenti nullatenus a dispositione Baptizandi dependere. *Quippe*, ait S. Augustinus: *nemo Christianorum affirmabit, baptismum infantum esse inutilem. Solus baptismus iste infantes salvat, qui prius moriuntur, quam credere possint, & bona opera facere. Econtra fides sola, & charitas illum salvant, qui Baptismum recipere non potest, qualis latro bonus fuit. At sola fides ei non sufficit, qui baptizari potest, qualis fuit Centurio Cornelio, quia Baptismi contemptus manifestum indicium esset, non esse sinceram ejus conversionem; ita etiam Baptismus solus ei non sufficit, qui ad eam ætatem pervenit, ut virtutes, & actus bonos exercere possit. At Deus, quæ sine nostra culpa desunt, supplet, fidem in infantibus, & Sacramentum in adultis. Quamvis vero Baptismus, extra Ecclesiam collatus, validus sit, qui illum extra casum extremæ necessitatis recipit, peccat. Etiam intra Ecclesiam laicus baptizare valide potest, at si necessitas nulla urgeat, peccat.* An ille, qui baptizatus non est, baptismum conferre possit? quæstio movebatur,

IV. c. 23. *IV. c. 23.* *IV. c. 25.* *IV. c. 25.* *1. de Bapt. c. 2. VI. c. 5.* *VII. de bapt. c. 53. II. cont. Parm. c. 13. n. 29.*

Sæculum IV. A. C. 400.

tur, cujus decisionem S. Augustinus ab aliquo Concilio exspectabat, sicut etiam post hæc decisum fuit.

De S. Cypriano S. Augustinus summa Reverentia loquitur, ejusque opinionem admodum circumspecte oppugnat. Excusat Cyprianum exemplo S. Petri, qui in quæstione de observandis legalibus fallebatur, rursusque ob quæstionis difficultatem, quam S. Cyprianus tractandam susceperat, quodque libertate gauderet suam sententiam defendendi, antequam illa quæstio auctoritate Concilii pleni, id est, universalis, fuisset decisa. Sequentes dat Regulas de ordine, quo auctoritatem in Ecclesia sequi debemus. Scriptura super omnia sit, nec de veritate aut bonitate eorum, quæ in ea continentur disputare licet. (*) Episcoporum Scripta ab aliis Episcopis doctioribus, & a Conciliis corrigi possunt. Concilia Provincialia auctoritati Generalium Conciliorum cedunt; & ipsa Generalia a Conciliis posterioribus corrigi possunt.

II. Bapt. c. 1. VI. c. 1. Gal. 2. 11.

II. c. 3.

S. Augustini opera.

V. c. 17. II. c. 4.

Non privatam meam opinionem, inquit: *Cypriani sententiæ præpono, sed sententiam totius Ecclesiæ, quam & ipse ample-*

(*) In quo sensu S. Augustinus hæc verba acceperat, satis declaravit in libro de certamine Christiani c. 5. ubi dixit: *Evangelio non credo- rem &c.*

amplexus fuisset, si clare cognovisset. Illa libertate utor, quam omnibus reliquit, aliam sequendi sententiam. Ipse agnoscit, antiquam Ecclesiæ consuetudinem suæ opinioni adversari, atque Hæreticos baptizandi usum Agrippino antiquiorem non esse. Eos, qui solo baptismo, quem extra Ecclesiam acceperant, mortui sunt, non damnavit, nec a communione illorum, qui contra se antiquam consuetudinem defendebant, recessit, sicut nec ab Episcopis avaris, & usurariis, quorum vitam, & exempla pernicioſa deplorabat. Semper charitatem retinuit, hinc manifeste Donatistarum schisma condemnavit, dum suo exemplo docuit, nec propter opinionum diversitatem, quando suprema Ecclesiæ Auctoritas necdum sententiam pronuntiavit, nec propter aliquorum crimina, quæ corrigere non possumus, separari licere. Denique S. Augustinus S. Cyprianum, in Cœlo regnantem, invocat, ut ejus precibus adjutus, ejus virtutes imitetur, & Hæreticis Schismaticisque, S. Cypriani libris abuti volentibus, resistere valeat.

Sæculum IV. A. C. 400.

VI. c. 7. II. c. 8.

I. c. 18.

II. c. 16.

III. cont. Parm. c. 2. n. 8.

de Bapt. VIII. c. 1.

Tum S. Augustinus Donatistas premit, argumento, quod Ecclesia sit perpetua, & ait: *si Sacrilegium est, & prævaricatio hæreticos sine baptismo recipere, tota Ecclesia ante Agrippinum prævaricatrix fuit, id est, nulla amplius Ecclesia extitit. Ubi ergo Donatus ortus est? & nos,* 25. 54.

S. Augustinus.

III. c. 2.

Sæculum IV. A. C. 400.

nos, & Donatiſtæ ab illis ipſis prævaricatoribus, a quibus jam tunc Eccleſia peſſumdata eſt, ortum ducimus. Si iſtorum haereticorum receptio cauſa ſeparationi ſufficiens non fuit, ergo cum peccatoribus communicare licet. Ergo male conficta Cæciliani crimina, aliorumque, quos Traditores appellatis, nobis objicitis, & in hac criminatione ſchismatis veſtri fundamentum ponitis, ſi enim nos his traditoribus originem debemus, vos etiam nobiscum antiquorum illorum Prævaricatorum filii eſtis.

Illo ferme tempore, cum S. Auguſtinus in Eccleſia Cirthana, ſeu Conſtantina in Numidia, unacum Fortunato, Illius urbis Epiſcopo Catholico verſaretur, oblata eſt ei epiſtola Petiliani, Epiſcopi Donatiſtæ in eadem urbe, ad Presbyteros ejus ſcripta. S. Auguſtino viſum, huic epiſtolæ reſponderi debere, & reſpondit, data ad Fideles ſuæ Diœceſis epiſtola. Primo autem pars tantum epiſtolæ Petiliani ei tradita fuerat, hinc, ubi poſtmodum totam accepit, exactius reſpondit, prius ponens verba Petiliani, deinde reſponſiones ad colloquii inter præſentes imitationem. Iſte eſt liber ſecundus adverſus Petilianum, quem non niſi annis ferme duobus, poſt editum primum, ſcripſit, nempe non ſerius quam anno 402. cum de Papa Anaſtaſio tanquam vivo loquatur.

1. *cont. Petil. c.* 1.

II. *Retract. c.* 25.

c. 51. *n.* 118.

quatur. Hunc librum ſecuta eſt prolixa epiſtola ad ſuæ Diœceſis Catholicos, quæ liber de unitate Eccleſiæ nominari ſolet. Hic S. Auguſtinus quæſtionem de vera Eccleſia examinat, & omiſſis omnibus de aliquo facto diſputationibus, nihil niſi textus ex Sacra Scriptura affert, & Regulam ſtatuit, in materia controverſa ſolum ſenſum litteralem eſſe attendendum. Igitur veram Eccleſiam, univerſalem eſſe, & per omnem terrarum orbem diffuſam oportere probat, & textus explicat, quibus Donatiſtæ abutebantur, mentientes, Eccleſiam nullibi, niſi apud ſe inveniri poſſe. Petilianus, ubi primam S. Auguſtini epiſtolam vidit, reſponſoriam dedit, in qua, cum argumenta deeſſent, & ratio, injurias, & calumnias cumulat. Huic epiſtolæ S. Auguſtinus libro, dicto tertio contra Petilianum, occurrit, & ſtatim oſtendit, inutilia eſſe jurgia inter adverſarios, quæ Perſonam tangerent, ubi de Religione agitur; tunc enim auctoritatem hominis nihili eſſe computandam, quando cauſa Dei defenditur.

Sæculum IV. A.C. 400.

c. 1.

§. XLVIII.

Concilium Toletanum primum.

Hiſpania hucusque Priſcillianiſtarum ſchismate diſcerpebatur, ſed & in Diſciplina diverſitas non parum nocebat.

To. 2. Conc. p. 1222.

Sæculum IV. A. C. 400. Hæ cauſæ fuere celebrandi Concilii Toletani, quod convocatum initio Sept. æra 438. Stilicone Conſulatum gerente, id eſt, anno Chriſti 400. Novemdecim Epiſcopi ex omnibus Hiſpaniæ Provinciis adfuere, quorum primus erat Patruinus Emeritanus, omnium autem celeberrimus Olympius, qui tractatum ſcripſit contra eos, qui peccatorum cauſam faciebant naturam, non vero liberum arbitrium, quem errorem Priſcillianiſtæ a Manichæis acceperant. Patruinus ut peſſimi exempli diverſitatem in Diſciplina tolleret, præſertim in ordinationibus, quæ tanta erat, ut ſæpe ſchismati occaſionem daret, propoſuit remedium, ut Canones Concilii Nicæni ſequerentur, conſenſere omnes Epiſcopi, atque viginti Canones conſcripti.

Innoc. 1. ep. 22. Aug. 1. in Jul. c. 3. n. 8.

Can. 1. Statuitur, Diaconos, aut Presbyteros, uxorem habentes, qui a commercio maritali non continuerint, ad Presbyteratum, vel Epiſcopatum promoveri non poſſe. Qui pœnitentiam publicam egerint, in Clericos non ordinentur, id eſt, Oſtiarios, aut Lectores, niſi caſu neceſſitatis exiſtente. Qui poſt acceptum Baptiſmum militiæ nomen dederit, ſi inter Clericos ſuſcipiatur, ad Diaconatum pervenire non poſſit. Lector, qui defuncta uxore ſecundam duxerit, Lector permaneat. Subdiaconus Oſtiarius, aut Lector

c. 2.

c. 7.

c. 3.

Sæculum IV. A. C. 400.

Lector fiet, cum conditione ne epistolam, vel Evangelium legat. Ex hoc discimus, alias Lectorum fuisse, illa legere, quod etiam in Africa tempore S. Cypriani facere solebant. Si quis Clericus, in loco exístens, ubi Ecclesia est, Sacrificio, quod quotidie offertur, non interfit, ultra Clericus non reputabitur. Qui Ecclesiam adeunt, & nunquam communicant, monebuntur, ut sponte pœnitentiam subeant, aut a Communione deinceps non abstineant. Qui, acceptam de manu Presbyteri Evchariſtiam, non consumpserit, ut Sacrilegus abigatur! iste inter alios error erat Priscillianistarum. Presbyter S. Chrysma conficere prohibetur, sed a singulis Ecclesiis Diaconus, vel Subdiaconus mittatur, ut illud tempore Paschali ab Episcopo accipiat. Nulla Monialis in domo sua preces publicas sine præsentia Presbyteri peragat. Si uxor Clerici peccavit, potest eam domi suæ ligare, jejuniis affligere, & castigare, sed in vitam mulieris nihil attentet, cum ipsam autem, ne quidem manducet, donec pœnitentiam egerit. S. Augustinus hujus moris testis est, quod se a propinquis, male viventibus, separaverint, nec cum ipsis in sumendo cibo communicaverint, ut corrigerentur. Monialis, quæ peccaverit, annis decem pœnitentiam aget, si vero nupserit, non ante ad pœnitentiam ad-

c. 4.

Sup. l. VI. §. 50.

c. 5.

c. 13.

c. 14. Concilium Toletanum. *Sup. XVII. §.* 56.

c. 20.

c. 9.

c. 7.

c. 16.

Sæculum IV. A. C. 400.

mittetur, quam maritum reliquerit. Si peccans, aut nubens Episcopi filia sit, aut Presbyteri, aut Diaconi, communionem non ante periculum mortis accipiet, præterea Pater ejus, & Mater ejus, nisi eam abjecerint, seque ab ea separaverint, excommunicabuntur. Viduæ Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi, si secundis nuptiis initiari se passæ fuerint, ante mortis tempus communionem non recipiant.

c. 19.

c. 18.

' Qui præter uxorem, sibi fidelem, concubinæ jungitur, excommunicatus sit, si vero concubinam conjugis loco habeat, & societate unius mulieris contentus vivat, sive eam tanquam uxorem, seu tanquam concubinam habeat, a Communione non rejicietur. Canon iste notatu dignissimus est, indeque probatur, Ecclesiam aliquando Concubinas probasse. (*) Hujus rei causa est, quod secundum leges Romanas, non omnis fœmina potuerit esse uxor legitima omnis viri, sed requireretur, ut ambo essent cives Romani, & conditionis æqualis, aut non admodum imparis. Senatori libertam ducere non licebat, nec viro libero, & ingenuo mancipium sibi copulare. Mancipiorum conjugia justi matrimonii legibus

c. 17.

(*) Hæ Concubinæ in sensu Ecclesiæ erant uxores legitimæ, & unicæ.

legibus, & privilegiis non gaudebant. (*) Quæ autem fæmina legitimæ uxoris jure retineri non poterat, eam concubinam habere licebat, nec leges repugnabant, si modo vir unicam aleret concubinam, & uxorem non haberet. Liberi, qui inde naſcebantur, nec legitimi erant, nec ſpurii, ſed naturales, fatentibus parentibus ſuos eſſe, & donationibus juvari poterant. Eccleſiæ ejusmodi diſtinctiones liberorum erant ignotæ, ſed in jure naturæ perſiſtebat, & omne conjugium viri fæminæque probabat, dummodo unius tanturn viri, & unius fæminæ, atque idem perpetuum eſſet. Eoque facilius talis conjunctio probari debet, quod in Sacra Scriptura indiſcriminatim non nunquam uxoris, vel concubinæ nomina occurrant.

Sæculum IV. A. C. 400.

L. 3. §. ff. de concub.

L. 13. l. 34. ff. ad L. Jul. de adult. Aug. de bono Conj. c. 5. Gen. 25. 1. 6. Jud. 19. 2. 9. 10. 24. 25. 27. 29.

In eodem Concilio Sympoſius, & Dictynnius Epiſcopi, & Comaſius Presbyter Priſcillianiſtarum errores abjurarunt. Sympoſius in Concilio Cæſarauguſtano, ante annos viginti anno 380. celebrato eorum condemnationi ſubſcripſerat; Dictynnius Sympoſii filius erat, & Epiſcopus Aſturigenſis, & Comaſius ejus Diſcipulus; hi tres Scripta Priſcilliani condemna-

Chron. Idac. edit. ſerm. Olymp. 294. tom. 2. Conc. p. 229.

Sup. XVII. §. 57.

(*) Jam tanta eſt Interpretis Proteſtantis negligentia, ut omnes citationes in margine omiſerit.

Sæculum IV. A. C. 400.

demnarunt, & præcipue illud, quod diceret, duo dari Principia, atque Filium Dei inacceſſibilem eſſe. Conjecturis locus eſt, Dictynnium quædam ſcripta compoſuiſſe, quibus errores immixti, eosque ab ipſo jam prius fuiſſe retractatos. Poſt eorum retractationem Epiſcopi Concilii Toletani ſententiam tulerunt, qua dicunt, S. Ambroſium in cauſam duorum iſtorum Epiſcoporum inquiſiviſſe, atque ejus fuiſſe opinionis, recipiendos eſſe, ſi male a ſe facta damnarent, & Dictynnius in ordine Presbyterorum, in quo tunc erat, remaneret, nec ad altiorem gradum evehi poſſet; ad iſtud Sympoſius reſpondebat, a populo ſe fuiſſe coactum, ut eum Epiſcopum ordinaret. Hic etiam legitur, quod Siricius Papa in hac cauſa ſuam ſententiam edixerit. Rurſus de aliis Episcopis præſertim ex Gallæcia in his actis legitur, qui Priſcillianiſtarum Sectam ſecuti fuerant, & quorum aliqui damnati, aliqui in communionem recepti. De Paterno Bragenſi legitur, ipſum per lectionem operum S. Ambroſii fuiſſe converſum, ei in Eccleſia ſua permanendi licentia datur, & promittitur, eum ad Communionem recipiendum, poſtquam Sedes Apoſtolica hac ſuper re reſcripſiſſet. (*) Etiam aliis Gallæciæ Epiſcopis commu-

(*) Eximium auctoritatis Sedis Apoſtolicæ teſtimonium?

communio promittitur, si formulæ, a Concilio ipsis submissæ, subscribant, *interim dum exspectamus*, inquiunt Patres: *quid Papa, qui hodie sedet, quid S. Simplicianus, Episcopus Mediolanensis, & alii Episcopi scribant.* Hic prima vice Episcopus Romanus simpliciter Papa quasi per eminentiam nominatus invenitur. (*) Sæculum IV. A. C. 400.

§. XLIX.

S. Martini obitus.

Ad hunc annum 400. verosimilius refertur S. Martini obitus, qui die Dominica, undecima Nov. accidit, eaque hodiedum Ecclesia ejusdem memoriam veneratur. Is ad extremam senectutem pervenerat, octogenario major; jam diu mortis tempus sibi imminere conscius, id suis Discipulis aperuerat. Cum ad ejus notitiam veniisset, inter Clericos Ecclesiæ Candensis, in extrema parte suæ Diœcesis sitæ, divisionem animorum irrepsisse, illuc, pacem reducturus, se contulit, eum de more magno Discipulorum numero comitante. Postquam aliquamdiu ibi moratus, quæ sibi proposuerat, perfeciisset, redi- *Sulpic. ep. 3.*

(*) Hæc Fleurii Nota contra Anonymum II. valet, nescio quo fundamento dicentem, ab ipso SS. Pontifici nullam prærogativam præ aliis Episcopis concedi.

Sæculum IV. A. C. 400.

reditum ad ſuum Monaſterium cogitabat, ſed ſubito viribus deſtitutus, Diſcipulos vocat, ſibique vivendi finem adveniſſe nuntiat. Tum omnes cum fletu uno ore dicere: *Pater mi! quare nos derelinquis? invadent gregem tuum lupi rapaces! ſcimus, te ad JEſum Chriſtum anhelare, ſed ſalva eſt tibi merces tua!* Ipſe Diſcipulorum lacrymis commotus, & ipſe flens, dicebat: *Domine! ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem, fiat voluntas tua!*

Febris S. virum tenebat per aliquot dies, nihilominus noctes in oratione agebat, cineri, & cilicio incumbens; rogantibus Diſcipulis, ut ſaltem pateretur, paleas ægrotantis corpuſculo ſubjici, dixit: *Filii mei! Chriſtianum alterum, quam in cinere mori non oportet!* ergo ſemper oculos, manusque in Cœlum levabat, & cum Presbyteri, qui morituro circumſtabant, rogarent, ut in latus ſe inclinaret, quo tantiſper refocillaretur, ait: *Fratres mei! ſinite me cœlum potius, quam terram aſpicere, ut anima mea ad Deum dirigatur;* tum videns Dæmonem apud ſe ſtantem, dixit: *quid adſtas? cruenta beſtia! nihil in me reperies, in ſinum Abrahæ excipiar!* inter hæc verba exſpiravit, præſentibus omnibus vultus ejus, totiusque corporis claritatem, quod jam in Gloria exiſtere videbatur, admirantibus. Pictavien-

ctavienſes Sancti viri Reliquias aufferre ſibi cupiebant, quod apud ipſos in primo ſuo Monaſterio Ligugienſi moratus fuiſſet, ſed populus Turonenſis prævaluit. Ad ejus exequias innumerabilis populi multitudo confluxit; cum funus Turonem reveheretur, urbs univerſa obviam proceſſit, omnes circum agreſtes, & vicinarum urbium cives accurrerunt, duo ferme Monachorum millia, & multæ Sanctimonialium greges convenerunt. Omnes lacrymis perfundebantur, quamvis nullus dubitandi ſupereſſet locus, quin Sancta ejus anima in Cœli Gloriam eſſet recepta. Ergo cantantes hymnos defunctum ad locum ſepulturæ detulerunt, ubi poſterioribus ſæculis Eccleſia, & illuſtre S. Martini Turonenſis Monaſterium ædificatum. Hanc Eccleſiam rexerat viginti ſex annis, atque S. Bricium, unum Diſcipulorum ſuorum, Succeſſorem habuit. Alius ex Diſcipulis, nempe Severus Sulpicius ejus vitam ſcripſit.

Sæculum IV. A. C. 400.

Greg. Tur. l. hiſt. c. ult. Id. IV. mirac. c. 30. Sup. XIV. §. 25.

Greg. II. hiſt. c. 1.

§. L.

Rufinus Origenem interpretatur.

Circa idem tempus Rufinus Aquilejenſis ab Anaſtaſio Papa damnatus eſt; quod ab origine repetendum. Rufinus ferme viginti quinque annis cum Melania Jeroſolymæ verſatus, circa annum 397. Romam

Sup. XVII. §. 6. ap. Hier. tom. ult.

Sæculum IV. A. C. 400.

mam rediit; ibi versionem latinam Apologiæ Origenis, quæ S. Martyris Pamphili esse creditur, cum una epistola edidit, ut demonstraret, Origenis opera fuisse ab aliis corrupta. Utramque Macario dicavit, qui olim Præfecti Prætorii Vicarius, tunc totum se pictatis operibus dederat. Deinde Rufinus versionem operis Origenis, Peri-Archon, id est, de Principiis, cum Præfatione ad eundem Macarium directa, publicæ lucis fecit, ubi dicit: *Scio, aliquos ex fratribus nostris optasse, ut Origenes a quibusdam viris doctis in latinum sermonem verteretur, & profecto, cum Confrater noster duas Homilias in Cantica vertisset, ab Episcopo Damaso rogatus, Præfationem præposuit tam magnifici tenoris, ut jam nemo sit, qui non Origenem legere cupiat; promittit etiam, se plura alia Origenis opera versurum. Igitur prosequar, quamvis impari stilo, quod ipse cœpit, & probavit, & tantum virum orbi notum faciam, quem ipse secundum post Apostolos in Ecclesia Doctorem vocat, cujusque ultra septuaginta Homilias interpretatus est. Methodum quoque ejus tenebo, dum materiam subinde obscuram dilucidabo, & ea, quæ ab aliis ab Origene ipso alibi dictis, & a fide Catholica abhorrent, supprimam, cujus rei rationem in Apologia Pamphili tibi exposui.* Præfationi finem imponit, libra-

Pall. Laus. c. 123.

Sup. l. V. §. 54.

apud Hier. to. 1. ep. 63. & to. ult.

librarium adjurans, ut hoc opus fideliter transcribat. Confrater, quem Rufinus non nominat, & tantopere laudare videtur, S. Hieronymus est, quem anteverterre volebat, & ostendere, ab ipso Origenem defendi debere. Sæculum IV. A. C. 400.

Sparsis Romæ hujus versionis exemplis, Rufinus Aquilejam se recepit, patriam suam, habens epistolas Communionis S. Siricii Papæ, quas nihil mali suspicatus facile concesserat. Sanctus hic Papa haud multo post fatis cessit, nempe 26. Nov. anno 398. postquam Ecclesiæ Romanæ prope quatuordecim annos præfuisset. Omni mora abrupta, electus est Anastasius, qui S. Sedem non ultra annos tres, & medium tenuit; ad eum Rufinus defertur, quod Romæ errores Origenis seminasset. S. Marcella zelo fidei, & quod esset S. Hieronymi amica, omnium prima Rufino adversari cœpit, videbat enim ejus scriptum plurimum nocere, jamque non nullos ex Presbyteris, ex Monachis, pluresque ex hominibus sæcularibus his erroribus perverti; alii quoque amici S. Hieronymi, tunc Romæ agentes, præprimis Paulinianus frater ejus, & amicus ejus Eusebius, atque duo alii Vincentius, & Rufinus Presbyteri. Vincentius diu ante adventum Rufini Aquilejensis Romæ erat; Paulinianus, & Eusebius uno anno, & alter Rufinus

Hier. in Ruf. III. c. 6. 7.

Sup. XVIII §. 33.

Apo. in Ruf. III. c. 7.

Sæculum IV. A. C. 400.

duobus annis ſerius illuc profecti ſunt. S. Hieronymus fratrem ſuum Paulinianum dimiſerat, ut reliquum in Pannonia, quod de Patrimonio habebant, venderet, quæ pecunia ad amplificandum Monaſterium a ſe Bethlehemi ædificatum, & hoſpites commodius excipiendos impenderetur. Ergo Rufinus Aquilejenſis apud Papam Anaſtaſium accuſatur, teſtes producuntur, qui erroribus Origenis infecti poſtea reſipuerant, verſio libri de Principiis aſſertur, & quia nomen ſuum non præpoſuerat, exemplum oblata ſunt, ipſius manu correcta. Sæpius ad eum Papa ſcripſit, ut Romam veniret, cauſam ipſe ſuam defenſurus, ſed admonitionem hanc ſemper parata excuſatione eluſit.

ep. 25. ad Pamm. in fine.

ep. 16. ad Princ. c. 5.

Interim S. Hieronymi amici, quid Romæ ageretur, per litteras nuntiarunt; Pammachius, & Oceanus certiorem reddiderunt, allata ſibi manuſcripta vidiſſe, quæ verſionem de Principiis Origenis continerent, *legimus*, inquiunt: *plures propoſitiones, quæ nobis Catholicæ non videntur, ſuſpicamur etiam, plures fuiſſe ommiſſas, quæ impietatem Auctoris palam prodidiſſent. Ideo rogamus te, ad utilitatem omnium, qui Romæ ſunt, hunc Origenis librum, talem, qualis in ſe eſt, nobis oſtende, & iſtius verſionis vel errores, vel ignorantiam refuta; & quia Interpres, quamvis te non nominet, aſtute in ſua præfatione*

ap. Hier. ep. 64.

fatione insinuat, se opus, quod tu promise- Sæculum IV.
ras, fuisse executum, & ejusdem cum ipso A. C. 400.
esse sententiæ, ab hac suspicione te purges, necesse est, ne tuo silentio consentire videaris.

§. LI.

S. Hieronymus contra Rufinum.

Sanctus Hieronymus accepta hac epistola cum versione, & præfatione Rufini, ad Pammachium, & Oceanum litteras dedit, in quibus se purgat, quod laudibus Origenem ornasset, dicit, quod ingenium ejus, & eruditionem laudaverit, non autem probaverit Doctrinam, quod ejus libris usus fuerit, sicut S. Cyprianus scriptis Tertulliani, & sicut libri Apollinaris contra Porphyrium, atque Historia Ecclesiastica Eusebii leguntur. Fatetur se Apollinarem, & Didymum Magistros habuisse, imo etiam aliquando Judæum. Et subjungit: *Legi Origenem, scio omnia, quæ scripsit, fidem habete mihi, expertus loquor, venenata sunt ejus dogmata, & verba Scripturæ violenter detorquent.* Mores autem Origenis, & immensos labores laudat. Fatetur in erroribus suis esse excusationi locum, at eum non patitur tanquam Apostolum deprædicari, aut affirmari, ipsum in nulla re fuisse deceptum. Quod attinet ad Origenis apologiam, quæ S. Mar-

Sæculum IV, A. C. 400.

tyri Pamphilo tribuebatur, S. Hieronymus negat, opus Martyris esse, sed Eusebium illius auctorem dicit. Scripsit quoque ad Rufinum, nam in pace mutuo valedixerant, cum Rufinus ex Palæstina discederet; leniter de ea præfatione conqueritur, in qua se Rufinus, dum in speciem laudat, re ipsa errorum Origenis reum faceret, rogatque, ne imposterum talia de se diceret, ne forte quidam alii ejusmodi insimulationem minus patienter ferant.

c. 4. ep. 66.

Simul S. Hieronymus libros Origenis de Principiis vertebat, quod eum Pammachius, & Oceanus rogaverant, atque ipsemet agnovit, necessarium esse, ut nova versio componeretur, postquam versionem sibi missam cum Græco contulit; notat enim, a Rufino Origenis errores contra Trinitatem fuisse correctos, quos Roma non tulisset, sed alias opiniones reliquisse intactas, nempe de Angelorum lapsu, de animabus, de Resurrectione, de pluribus mundis, de rerum omnium restauratione. Omnes hos errores Rufinus, sicut in Autographo invenerat reliquit, aut etiam ex Dydimi commentariis confirmavit. Hinc S. Hieronymus officii sui esse existimavit, ut versionem hujus operis magis sinceram daret, in qua omnes Origenis errores æqualiter apparerent.

Apol. ad Pamm. l. 1. c. 2.

S. Hieronymus.

Hæ

Hac accepta Pammachius ad errorum enormitatem cohorruit, & ne in vulgus emanarent, librum in ciſta concluſit; at quidam fratrum, zelo imprudenti actus, eum, ut legeret, commodari ſibi petiit, promittens, ſe lectum ſine mora redditurum, & Pammachius, nihil mali ſubeſſe ratus, tradidit. Ecce autem alter, vocatis confeſtim Notariis, totum opus tam celeriter exſcribi curavit, ut antequam tempus, quo redditurum ſe librum promiſerat, adveniſſet, reſtituerit. Hoc apogryphum aliis communicavit; ſed librariorum erroribus plenum erat, & in multis locis ſenſu carebat, nec id mirum, ſi materiæ ſublimitas, & Notariorum feſtinatio perpendatur. Quare poſt annos decem, quidam, cui nomen Avitus, S. Hieronymum rogavit, ut ſibi verſionem puram mitteret; miſit ille, ut vero ſimul etiam præberet antidotum, epiſtolam adjunxit, in qua errores, in omnibus quatuor libris de Principiis contentos, ſignat. S. Hieronymi verſio deſideratur, & ſola Rufini ſupereſt.

Sæculum IV. A. C. 400.

Hier. ad Avit. ep. 59.

Is ubi, S. Hieronymum, librum de Principiis vertiſſe, comperit, tam parum iram continuit, ut amici ejus Romæ crediderint, melius ſe facturos, ſi ei litteras S. Hieronymi Aquilejam non transmitterent. Eo tempore libros tres adverſus S. Hieronymum ſcribebat, qui haud diu

Sæculum IV. A. C. 400. postea editi sunt; eo etiam ferme tempore Historiam Ecclesiasticam Eusebii, rogante, ut id faceret, Chromatio, Episcopo Aquilejensi, transtulit, adjunctis duobus libris, quibus usque ad Magni Theodosii obitum continuatur. Huic labori se vacasse testatur, quando Alaricus, Italiam ingressurus, alpes transcendebat.

§. XII.

Rufinus Romæ damnatus.

To. ult. Hier. Anastasius Papa sæpius Rufinum Romam citaverat, ut objecta diluceret. Ipse venire recusavit, & solummodo epistolam *Sup. XVII. §. 5.* scripsit, qua excusationem obtendit; se triginta annos parentes suos non vidisse, & durum sibi visum, post tantillum tempus ab iis denuo separari; cæterum nimis fessum se a profectionibus, novam suscipere non posse. Præsumit, fidem suam ex persecutione, quam Alexandriæ tulisset, satis esse probatam; de persecutione sub Valente loquitur; nihilominus professionem fidei suæ de Trinitate, Incarnatione, carnis resurrectione, pœnarum æternitate declarat, quæ Doctrinæ Catholicæ utcunque conformis est. De animarum origine tres opiniones refert, dicitque, nulli earum se calculum dedisse, sed manifeste illi Doctrinæ adhærere, quam Ecclesia docet, Deum

Deum animarum, corporumque esse Auctorem; de translatione Origenis dicit, se nec ipsum defendere, nec approbare, sed tantum interpretari, protestaturque, non aliam sibi esse, aut futuram fidem, præter illam, quam Ecclesia Romana, Aquilejensis, & Jerosolymitana teneret. Sæculum IV. A. C. 400.

Hæc Apologia Anastasio Papæ non satisfecit, sed tamen Rufinum damnavit; cumque comperisset, Theophilum Alexandrinum Scripta Origenis rejeciisse, eorumque prohibere lectionem, hæc etiam Romæ damnavit; quod, urgente S. Marcella, & anno 401. factum creditur. Anno sequenti scripsit ad Joannem Jerosolymitanum Episcopum, qui in causa Rufini eum consuluerat, & dicit: *ipse viderit, quid aliquando Deo responsurus sit, conscientiæ suæ judici; Quis Origenes esset, antequam scripta ejus in linguam nostram ipse transtulisset, aut quid scripsisset, nesciebam.* Deinde ex toto hanc translationem reprobat, quod Ecclesiam Romanam perversa Doctrina posset inficere. In Dei Providentiam spem suam ponit, confidens, mentem suam in omni terra probandam, & subjungit, se fusius hac de re ad Venerium, Confratrem suum, scripsisse. Hic erat Episcopus Mediolanensis, qui Simpliciano successerat. Sub-

Hier. ep. 78. ad Pamm. & Marcell. in fin. Id. ep. 16. c. 5. to. 2. Conc. p. 1194 & ap. Hier. to. ult.

Sæculum IV. A. C. 400.

jungit, Imperatorum Reſcriptum exſtare, quo omnibus Fidelibus Librorum Origenis lectio prohibetur. Joannem hortatur, ne ad vulgi ſermones attendat, nec mali ſuſpicionem contra quemquam concipiat; quod ad S. Hieronymum pertinere videtur. Et finem ſcribendi facit, de Rufino dicens: *Scito, quod eum a nobis ſeparatum æſtimem, ita ut, quid agat, aut ubi ſit, ignorare cupiam. Tandem ipſius res agitur, ut ſollicitus ſit, ubi abſolvi poſſit.* His verbis finitur epiſtola S. Anaſtaſii Papæ; nec aliud quidquam ab eo ſcriptum habemus. In ea epiſtola Joanni Jeroſolymitano magnum honorem tribuit, dicens, Gloriam Epiſcopatum ejus per totum orbem diffundi, unde probatur, quamvis eum Epiſcopum S. Epiphanius, & S. Hieronymus hæreſis Origenianæ incuſaſſent, hanc accuſationem Romæ vel nunquam creditam, vel iterum dilutam fuiſſe. Origenes etiam in Italia a Venerio Mediolanenſi, imo a Chromatio Aquilejenſi, & tandem in toto Occidente damnatus.

Hier. 2. apol. t. 6. Epiſt. Juſtin. to. 5. Conc. p. 658.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXI.

S. ANASTASIUS, PAPA.
ARCADIUS IN ORIENTE, HONORIUS IN OCCIDENTE, IMPERATORES.

§. I.

Theophilus damnat Origenem.

Nemo prius, aut majori calore damnationem Origenis urgebat, ac Theophilus Episcopus Alexandrinus. Non statim quidem id consilii cepit, quamvis, ut faceret, eum S. Epiphanius, & S. Hieronymus monerent; is litteras ad ipsum dedit, significans, multis viris sanctis patientiam ejus erga hæreticos minime probari; frustra ipsum sperare, per-

Sæculum V. A. C. 401.

Prosp. Chro. Pith. an. 7. Arcad. p. 57. Sever. Dial. 1. Ep. ad Epiph. ap. Hier. 67. 63. Hier. ep. 68.

Sæculum V. A. C. 401.

pervicaces animos manſuetudine, & patientia capiendos. Tandem, occaſione oblata, Origeniſtas perſequi ſtatuit. Inter Monachos Ægypti non nullos repe-

Socr. VI. c. 7 Soz. VIII. c. 11. Sup. l. XIX. n. 45.

rire erat ſimplices, & rudes, qui, Sacrarum Scripturarum cortici inhærentes, ſibi imaginabantur, Deo figuram eſſe humanam; hinc Græce Antropomorphitæ a quibusdam vocabantur; cum prudentiores ſæpe vellent ſtupidos ab errore revocare, contentiones excitabantur, & quia Origenes, aliunde ſuſpectus, ab incondita Scripturæ explicatione longiſſime diſtabat, eos Antropomorphytæ Origenismi accuſabant, qui ſe errorem dedocere adlaborabant, ipſi econtra abiſtis Blaſphemiæ, & Idololatriæ arguebantur.

Theophilus Epiſcopus ſanam Doctrinam tuebatur, publice docens, Deum eſſe incorporeum. Imo ſuam mentem clarius in Epiſtola Paſchali explicavit, in qua errorem oppoſitum prolixe refutavit. Poſtquam hæc Epiſtola pro more ad Monaſteria delata eſt, mirum! quanta iracundia ferme omnes Ægypti Monachi exarſerint; ajebant, Theophilum Epiſcopum in pernicioſam Hæreſin delapſum; jamque plerique ex Senioribus eorum ab ejus Communione recedere ſtatuerant, quod, ut ipſi dictitabant, Sacram Scripturam impugnaret, affirman-

Caſſ. Coll. 1. c. 2.

do,

do, Deum figura humana non esse, cum tamen Scriptura expressissime testaretur, Adamum ad imaginem ejus fuisse creatum. Monachi Scetenses, qui omnium perfectissimi in tota Ægypto habebantur, hanc Epistolam rejecere; inter Presbyteros, eorum Præsides, unus inventus est Abbas Paphnutius, qui hanc reciperet; aliarum trium Ecclesiarum Presbyteri eam in suis conventibus ne quidem legi passi sunt. (*) Sæculum V. A. C 401.

Inter hos Antropomorphitas, Senex quidam erat, nomine Serapion, cujus vita austera, bonumque, quod cœteris præbebat exemplum, haud parum Auctoritatis tribuebat Hæresi; sæpe Paphnutius hortando virum ab errore revocare conabatur, sed operam perdebat, quippe Serapion, quidquid contra opinionem ipsius afferretur, novum esse, & antiquæ traditioni contrarium non dubitabat. Contigit, ut Diaconus doctissimus, cui nomen Photinus, ex Cappadocia illuc veniret. Paphnutius, ingenti gaudio exceptum, & in Conventum Fratrum deductum, coram interrogat, quomodo totius Orientis Ecclesiæ illum textum c. 3. Serapion.

expli-

(*) Hier haben wir ein Beyspiel, wie mißlich es stehe, wenn sich die Mönche um das Studiren gar nicht bekümmern sollen, wie solches ein eifriger Reformator in Frankreich behaupten will.

Sæculum V. A. C. 401.

explicarent: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram!* Photinus respondit, id ab omnibus Episcopis non juxta litteræ humilitatem, sed spiritualiter intelligi; deinde longo sermone, & multis Scripturæ locis doctissime probavit, Deum esse immensum, invisibilem, & incorporeum. Rei veritatem Serapioni persuasit. Paphnutius, aliique præsentes, admodum lætabantur, quod Deus Sanctum hunc Senem ab errore, in quem non pravitate, sed simplicitate lapsus erat, liberasset; omnes surgunt, ut simul orarent, atque Serapion in faciem prostratus, cum fletu clamabat: *Heu! Deum meum mihi abstulerunt, jam nescio, quis ille sit, quem adoro!* Volebat dicere, illud corporis Phantasma disparuisse, quod sibi ipsi, ut in oratione Deum sibi repræsentaret, finxerat. Cassianus, & Germanus huic conversioni præsentes adfuere; ex quo facto materiam secundi colloquii Abbas Isaac desumpsit circa orationem, ostendens, hos errores depravatæ per Idololatriam imaginationis Reliquias esse.

Sup. l. XX. §. 7.

Coll. X. c. 5.

At majoris longe molis fuit, Monachorum multitudini errorem eximere. Relictis Monasteriis turmatim Alexandriam concurrunt, murmurantes contra Theophilum; impium proclamabant, volebantque interficere. In his angu-

stiis

stiis Theophilus, industria utendum ratus, se se furentibus obvium intulit, dicens: *Dum vos aspicio, videor mihi videre vultum Dei!* His verbis mitigati, dicebant: *Si vera loqueris, & credis, Deo vultum esse, nostro similem, libros Origenis anathematiza! ni facias, de impio, & Dei inimico ultionem sumemus! faciam vero*, inquit Theophilus: *nam ego quoque libros Origenis odi, & diu est, quod eum damnare apud me statui.* His Monachos dimisit; Concilium deinde convocavit, in quo decretum, ut, quiscunque opera Origenis defenderet, Ecclesia ejiceretur. Hac de re Epistolam Synodalem ad omnes Episcopos perscripsit.

Sæculum V. A. C. 401.

Prosp. in Chron. Pith. Seve. Dial. 1.

§. II.

Epistolæ Paschales Theophili.

In Epistolis quoque Paschalibus, quas singulis annis ad omnes Ecclesias mittere solebat, Origenis Adversarium se probabat. Quippe, a Concilii Nicæni tempore, Episcopo Alexandrino incumbebat, omnibus aliis diem Paschatis indicare. Ejusmodi Epistolæ statim post Epiphaniam mittebantur, ut omnes mature diem rescirent, & initium quadragesimæ, alia quoque festa mobilia, diem Paschatis consequentia. Harum Epistolarum bajuli in omnibus civitatibus optime habe-

Syneſ. ep. 9. S. Leo. ep. 49 al. 64. ad Marian. Caſſ. Coll. X. c. 2. Syneſ. ep. 13.

Sæculum V. A. C. 401.

habebantur, omnia neceſſaria, & equ
ad proſequendum iter ſuppeditabantu
Tres nobis hujusmodi Epiſtolæ Paſchale
ſuperſunt ad annos 401. 402. & 40
ſed tantum in ſermonem Latinum
S. Hieronymo translatæ. In Editio
nibus priores duæ ordine mutato po
ſitæ ſunt.

Bibl. PP. Paris. to. 3. p. 123.

Quæ vere prima eſt, plures Origenis errores oppugnat; & primo quidem re futatur opinio, Regnum JEſu Chriſti fi nem habiturum; nullibi invenimus qui dem, id ab Origene expreſſe affirmari id tamen ex ejusdem poſitis principiis ſequitur; ſi enim corpora omnia in finem deſtrui oportet, quod ex ea ſolum cauſa creata ſint, ut in iis Spiritus puniantur, dicendum erit, JEſum Chriſtum aliquando ſine Corpore futurum, itaque non amplius hominem, nec hominum Regem, ſaltem ſecundum ſuam Humanitatem. Error ſecundus erat, Dæmones aliquando eſſe ſalvandos; iſtud dicebat Origenes, quod crederet, per liberum ſuum arbitrium poſt longiſſima ſupplicia tandem mundandos, & ſic JEſum Chriſtum omnium Creaturarum rationabilium Salvatorem fore. Tertius error erat, corpora reſuſcitanda quidem, ſed non ſimpliciter incorruptibilia, nempe tandem aliquando in ſuum nihilum redigenda. Hoc Origenes dicebat, tanquam ex ipſius prin-

principio consectaneum; cum enim corpora ideo solum existerent, ut Spiritus torquerentur, sequebatur, inutilia fore, postquam Spiritus culpam expiassent. Quartus error in eo consistebat, Filium Dei non esse invocandum, quod suo loco explicavi. In hos omnes Origenis errores Theophilus vehementissime invehitur, & S. Scripturæ textibus refellit. In fine Epistolæ subjungit: *Initium Quadragesimæ habebimus die octava mensis Ægyptii PHAMENOTH, Hebdomadam sanctam decima tertia PHARMOUTHI, Sabbatum sanctum decima octava, & diem Paschatis decima nona ejusdem mensis;* nempe illo anno initium quadragesimæ incidebat in diem Lunæ, quartam Martii, Hebdomada major in diem Lunæ, octavam Aprilis, & dies Paschatis in Dominicam, decimam quartam ejusdem mensis, ex quibus certe colligitur, fuisse annum 401. Græci hodieque Quadragesimam suam die Lunæ primæ septimanæ inchoant.

Sæculum V. A. C. 401.

II. princ. c. 3. Epistolæ Theophili.

Secunda Theophili Epistola Paschalis, quam male primo loco ponunt, initio errores Apollinaris refutat, & deinde Origenis; furiosius, quam in prima, Origeni indignatur, quod merito suspicionem movet, Theophilum quædam dicta Origenis summo rigore accepisse, quæ benignius explicare oportuisset. Hæc

v. Huet. Ori. II. q. 2. n. 28. & q. 3. n. 8.

Epistolæ

Sæculum V. A. C. 401.

Epistola initium Quadragesimæ indicat die trigesima mensis Mechir, id est, die Lunæ vigesima quarta Febr. hebdomadam majorem quinta Pharmouthi, id est, die Lunæ, trigesima prima Martii, diem Paschatis undecima Pharmouthi, id est, Dominica, die sexta Aprilis. Hæ sunt certæ anni 402. Notæ. Ad calcem Epistolæ subjungitur: *Notum vobis sit! loco Sanctorum Episcoporum, qui in Domino dormierunt, ordinatos fuisse Lemnadi pro Herone Nascam, Erythri pro Sabbatio Paulum, Omboæ pro Silvano Verzium. Ergo date ad eos litteras pacis, eorumque vicissim pro consuetudine Ecclesiæ accipite!* In Epistola tertia Paschali abstinentia a vino sicut a carnibus in Quadragesima præscripta notatur. Theophilus in ista quoque Origeni irasci non desinit, & initium Quadragesimæ indicat ad undecimam Phamenoth, Hebdomadam Sanctam ad decimam sextam Pharmouthi, Diem Paschatis ad vigesimam secundam; nempe ad 7mam Martii, undecimam, & 17. Aprilis. Itaque anno 404. Novos quoque Episcopos memorat, quibus scribendum, eorumque Epistolæ recipiendæ. S. Hieronymus has Epistolas, sicut mittebantur, transtulit, atque in Græcum, Latinumque sermonem versas, Romam ad suos amicos misit. Supereſt nobis Epistola

Hier. ep. 78.

ad

ad Pammachium, & Marcellum, quam epistolæ secundæ Paschali junxit; in ea epistolæ primæ mentionem facit, & Theophili zelum summis laudibus effert. Sæculum V. A. C. 401.

§. III.

Theophilus magnos fratres expellit.

At Theophilus, privatis quoque odiis incensus, ultra verba in Origenistas furere cœpit. Isidorus Presbyter, a S. Athanasio ordinatus, & tunc octoginta annos natus, Nosocomio Alexandrino præerat; huic quædam vidua nobilis mille aureos attulit, voluitque, ut per sacram mensam juraret, se pro pauperrimis illius Civitatis fœminis vestes coempturum, ita ut res hæc Theophilum lateret, ne is datas pecunias emendis marmoribus impenderet; quippe nimio extruendorum ædificiorum studio ardebat, jamque aliqua, Ecclesiæ inutilia, perfecerat. Isidorus acceptas pecunias in pauperum fœminarum, viduarumque, subsidium expendit. Sed res hæc ad Theophili aures pervenit, nam exploratores occultos habebat, qui omnia ad ipsum deferrent. Is vocatum Isidorum interrogat, an ita sit; qui rem, ut erat, fassus est; & tunc quidem Theophilus conceptam iram pressit. Non nullæ etiam aliæ odii in Isidorum causæ narrantur. Post duos ex eo menses Theophilus, congre- *Sup. l. XVI. §. 36. Pallad. vit. Chrys. p. 50.*

Sæculum V. A. C. 401.

gatis Presbyteris, schedam e sinu profert, & conversus ad Isidorum, ait: *ante annos octodecim hunc libellum, contra te scriptum, accepi; hujus, aliis distractus negotiis, oblitus fueram his diebus, cum alia quærerem, ad manus venit; ad accusationem, quam continet, responde!* at vero crimen nefandum objiciebatur. Respondit Isidorus: *Etsi verum esset, te aliquando hunc accepisse libellum, & tua rursus excidisse memoria, num ille, qui tradiderat, non poterat repetere?* dixit Theophilus: *navis eum abvexerat.* Isidorus: *an nunquam rediit, saltem post duos, aut tres annos? si in civitate est, jube, ut se sistat!* cum ista Isidori libertate Theophilus premeretur, rem in aliam diem distulit. Interim autem juvenem subornavit, qui Isidorum accusaret, eique, ut ferebatur, aureos quindecim numeravit. Juvenis pecuniam ad Matrem defert, quæ timens, ne se Isidorus coram Prætore conveniret, ad eum se contulit, pecuniam ostendit, dicens, hanc sibi a Theophili sorore oblatam. Isidorus, Deum orans, domi suæ acquievit. Juvenis leges, iramque Theophili pertimescens in Ecclesiam confugit. Theophilus, suppressa causa, Isidorum damnavit, nisi quod diceret, delictum infame, honeste nominari non posse. Isidorus timens, ne qui famam ultima protervia abstuliisset, etiam vitæ suæ insidiaretur,

Soz. VIII. c. 12.

retur, in montem Nitrienſem effugit, ubi annos juveniles peregerat, & in cellula abditus, totum ſe orationi dedit. Sæculum V. A. C. 401.

Tum vero Theophilus ad Epiſcopos illis locis vicinos litteras dedit, jubens, nulla addita præcepti cauſa, ut Monachos, qui aliis præeſſent, ex monte, & interiore deſerto ejicerent. Illi Alexandriam venerunt, rogaruntque Theophilum, ut aperiret, cur ſe damnatos vellet; illico mutatus Epiſcopi vultus, atque Monachos ardentibus oculis oblique intuitus, Senem Ammonium invadit, Pallio Epiſcopali collum obſtupeſcentis ſtringit, colaphos impingit, ut e naribus ſanguis profluereret, exclamatque: *Hæretice! anathematiza Origenem!* (*) erat vero Ammonius e quatuor magnis fratribus unus, inter hos Monachos celeberrimis. Ita peſſime habiti, ad ſuas Cellas redeunt, exercitiis piis, quibus adſueverant, vacant, bonæ conſcientiæ teſtimonio freti. *Sup. XVII.* §. 4.

(*) Der Proteſtantiſche Ueberſetzer in ſeinem 4. Bande auf der 8. Seite giebet hier das Wort Pallium, mit dem deutſchen Wort: Mantel; es iſt aber dieſes Wort hier ſehr ungeſchickt, denjenigen Begriff ſeinen Leſern beyzubringen, den das lateiniſche Wort Pallium erwecket, darum hätte er, wie der Herr Fleury, ſolches beybehalten ſollen. Aus dieſer Stelle erſehen wir, daß die Biſchöffe zu Alexandria dieſes Zeichen des Erzbiſchöflichen Gewalts ſchon dazumal getragen haben.

Sæculum V. A. C. 401. Theophilus, convocato vicinorum Episcoporum concilio, tres ex iis præcipuos, inauditos, & juſtæ defenſionis beneficio privatos, excommunicat, nempe Ammonium, Dioſcorum, & alium tertium, corruptam eorum de fide Doctrinam obtendens; in totam vero multitudinem pronuntiare non eſt auſus. Tum accerſitos ex eodem monte quinque Monachos, non Ægyptios, unum in modico oppido Epiſcopum, Presbyterum alterum, & tres alios Diaconos ordinat; hos ergo jubet libellum accuſationis contra tres excommunicatos ſibi porrigere, cui, utpote ab ipſo Theophilo compoſito, iſti Neo-Ordinati tantum ſubſcripſere. Accepto publice in Eccleſia ab his quinque dicto libello, Præfectum Ægypti adit, Libellum ſuo nomine tradit, cui alterum, in tres Monachos accuſationes continentem, addidit, petens, ut armata manu tota Ægypto pellerentur. Impetrato mandato, & militibus, noctu in Monaſteria irruit; primo omnium Dioſcorum ex majoribus fratribus unum, montis Epiſcopum ejici juſſit, quem, in Epiſcopali throno ſedentem, ſervi Æthiopes detraxerunt. Tum montem diripit, juvenes, qui ſe ſequebantur, Monachorum exigua ſupellectile remunerans. Spoliatis eorum Cellis, tres fratres Ammonium, Euſebium, & Euthymium inquirebat, ſed in puteum, ſtorea

conte

contectum, demissos invenire non potuit; ergo ipsorum cellas incendit, in quibus etiam Sacræ Scripturæ, alii utiles libri, puer unus, & Sacra Mysteria concremata. Rebus fortiter gestis, Theophilus Alexandriam rediit. Tres magni fratres, in Palæstinam profugi, Jerosolymam pervenerunt, hos Presbyteri, atque illius montis Diaconi, cum trecentis Monachis secuti sunt; reliqui in diversa dispersi. Eorum pars maxima, octoginta ferme Monachi, qui in Palæstinam fugerant, apud Scythopolim sedem elegerunt, quod palmis abundet, quibus ad opus manuum utebantur. Ubi Theophilus rescivit, eos in Palæstina morari, ad Provinciæ illius Episcopos scripsit in hunc modum: *homines istos, me inconsulto, recipere non debuistis, sed quia ex ignorantia feciſtis, ignosco. Cavete igitur, ne eos imposterum aut in Ecclesiam, aut in quemcunque alium locum recipiatis.* Hinc Monachi, sæpe Sedes mutare coacti, tandem Constantinopolim ire statuerunt.

Sæculum V. A. C. 401.

Soz. VIII. c. 13.

Pall. Dial.

§. IV.

S. Chrysostomus Gainæ resistit.

In illa Civitate favor populi erga S. Joannem Chrysostomum in dies crescebat, quem eloquentia, & magni animi dotes capiebant; econtra Magnates, Clericorumque pars eo majori odio in eum

Socr. VI. c. 6. Sozom. VIII. c. 4. Theod. V. c. 32.

Sæculum V. A. C. 401.

eum concitabantur. Post Rufini, & Eutropii lapsum, Gainæ, Gothorum Ducis, summa in Imperio Orientis fuit potentia; hinc Imperatori Arcadio liberum non erat, Prætoriam eidem potestatem in universas copias, seu pedites essent, seu equites, denegare. Secta, ut plerique Gothorum, erat Arianus. Illa, qua pollebat, auctoritate usurus, efficere conatus est, ut Arianis in urbe Constantinopoli Ecclesia concederetur; ad Imperatorem ergo dixit; nec ex æquo, nec honeste fieri, quod Ariani extra civitatem orare cogerentur. Respondit Imperator, rem sibi curæ fore, &, quod visum fuisset, jussurum. S. Joannem Chrysostomum deinde accersit, exponit, quid Gainas petierit, quanta sit viri potentia, memorat, eumque ab imperio, quod affectabat, haud procul abesse; ex his conficit, ne irritetur homo, quæ postulasset, concedenda.

S. Chrysostomus respondit: *ne, id facere, promittas, Auguste! nec jubeas, ne Sancta canibus projicere; nunquam certe ego committam, ut Fideles, Verbi Divinitatem confitentes, templis Dei ejiciam, illisque tradam, qui blasphemant. Cæterum ne hominem Barbarum timeas! fac ut convenire liceat, faciam ego, ut fileat.* Imperator, conditione cum gaudio accepta, utrumque altera die coram se adesse

esse jubet. Gainas petitionem iterat, & Imperatori promissum in mentem revocat. S. Chrysostomus, cui omnes Episcopi, tunc Constantinopoli præsentes, adstabant, dixit; Imperatori non licere quidquam adversus Legem Dei moliri. Gainas: *enimvero & me locum habere oportet, sicut & cæteros, in quo Deum orem!* Joannes: *omnes urbis Ecclesiæ latissime tibi patent, nemo ingredi prohibet, & orare.* Gainas: *alterius Communionis Ecclesiasticæ ego sum, peto Ecclesiam pro iis, qui meæ Communionis sunt, & profecto post tanta, quæ pro Romani Imperii salute gessi, id me petere, nimium esse non existimo.* Joannes: *mercedem supra merita tua tulisti! supremus militiæ Præfectus es, veste Consulari ornaris; meminisse te oportet, quis aliquando fueris, & qualis hodie sis; cogita qua veste contectus Danubium trajeceris, quanta olim paupertas tua, & quantæ hodie Divitiæ?* Quippe Gainas, principio miles gregarius, ad tantum potentiæ fastigium ascenderat. S. Episcopus eidem deinde in memoriam reducit, quibus juramentis se Theodosio Imperatori obstrinxerit, fidelem se ipsi, & Filiis suis futurum, atque Imperium, ejusque leges tuiturum; tum illam legem protulit, qua conventus Hæreticorum in civitatibus prohibebantur. Tandem conversus ad Imperatorem hortabatur,

Sæculum V. A. C. 401.

Soz. ibid.

Sæculum V. A. C. 401.

batur, ut hanc legem defenderet, subjungens, satius fore si Imperium dimitteret, quam domum Dei proderet. Gaina ultra instare non ausо, nulla Arianis Constantinopoli Ecclesia concessa.

Haud multo post Gainas aperte Seditionem movit. Thraciam depopulabatur, nec erat, qui contra eum milites educere auderet, aut saltem Legationem in se suscipere. Itur ad S. Chrysostomum, qui negotium acceptavit, iracundiam Barbari non metuens, cujus votis, cum Ecclesiam peteret, fuerat adversatus. Gainas sciens, illum ad se venire, longa via obviam processit, apprehensam Episcopi manum oculis suis imposuit, liberosque suos, flectere genua jussos obtulit. Nihilominus hæc Legatio pacem non reduxit. Gainas in rebellione contumax, tandem a Videsio, Hunnorum Ductore, vincitur; avulsum a cervicibus caput Constantinopolim missum, & perticæ impositum, per urbem circumfertur tertia Januarii, Vincentio, & Fravitta Consulibus, anno 401.

Theod. V. c. 33.

Chr. Marc. an. 401. Chr. Pasch. eod.

§. V.

Accusatur Antoninus Ephesinus.

Illo bello durante, Indictione decima tertia, id est, anno 400. ante Mensem Sept. Episcopi Asiæ negotiorum causa Constantinopolim convenere. Non nulli quoque

Pall. Dial. p. 115. Soz. VII. c. 26.

quoque alii adfuere, Theotimus ex Scy- Sæculum V.
thia, Ammon ex Thracia, Arabianus ex A. C. 401.
Galatia, Metropolitæ omnes. Theotimus Episcopus Tomitanus, S. Vetranionis Successor, natione Scytha erat; sed inter Monachos educatus, habitum, & longos capillos semper retinuit, pauciſſimis contentus, non ſtatutis horis cibum ſumebat, ſed tunc demum, quando neceſſitas exigebat. Hunni, Danubii accolæ, ita ejus virtutem admirabantur, ut Romanorum Deum nuncuparent. Cum aliquando in Regione Barbarorum iter faceret, eorum cohortem ſibi obviam habuit, qui Tomos, Sedis ſuæ urbem, per eandem viam contendebant; Sancti viri comites exclamare, ultimam adveniſſe diem rati; ipſe ex equo deſcendit, & ferventius cœpit orare; Barbari nec ipſo, nec ſociis ejus, aut equis conſpectis tranſierunt. Sæpe Hunni Scytharum fines incurſionibus infeſtabant; ipſe cibos afferens, & varia munuſcula feroces animos demulcebat; hæc viri benevolentia Barbarorum uni ingeſſit ſuſpicionem, divitem eum eſſe oportere; hinc eum apprehendere cupiebat, jamque præparatum funem ipſe clypeo ſuo innixus, ut, ſi cum inimicis loqueretur, adſueverat, levata manu injecturus erat, quæ extenſa in aere immobilis hæſit; nec eam ante retrahere potuit, quam S. Theotimus pro eo oraſſet. Talis erat *Mart. R.*

Sæculum V. A. C. 401.

iſte S. Epiſcopus, cujus memoriam Eccleſia vigeſima Aprilis honorat.

Cum dicti Epiſcopi cum S. Joanne Chryſoſtomo, numero viginti duo, quadam die Dominica Conſtantinopoli eſſent congregati, Euſebius Epiſcopus Valentinianopolitanus, ſeu Cilbianenſis in Lydia in medium progreſſus, libellum tradidit adverſus Antoninum, Epiſcopum Epheſinum, Metropolitam ſuum, quo ſeptem accuſationis capita continebantur. Primo arguebatur, quod vaſa ſacra liquari juſſiſſet, eorumque pretium in filii ſui utilitatem impendiſſet. Secundo, quod ablata e veſtibulo Baptiſterii marmora ad ornandas thermas ſuas adhibuiſſet. Tertio, quod columnas, jam diu in Eccleſia jacentes, in ſuo triclinio erexerit. Quarto, quod in ſuo famulatu foveat domeſticum, quem poſt commiſſum homicidium non puniviſſet. Quinto, quod in ſuos uſus prædia vendiderit, quæ Baſilina, Imperatoris Juliani Mater, Eccleſiæ legato donaſſet. Sexto, quod uxorem, antea dimiſſam, rurſus accepiſſet, & Liberos genuiſſet. Septimo, conſtans ei eſſe principium, & regulam, ordinationes Epiſcoporum pro menſura reddituum vendere. Addebat Euſebius: *illi, qui data pecunia ordinati fuere, præſentes ſunt, & ille etiam, qui accepit. Omnium eorum, quæ protuli, argumenta in manibus habeo.*

Pall. p. 126. *v. Baudr.* Antoninus. *Pall. p. 127.*

S. Jo-

S. Joannes Chryſoſtomus ad eum dixit: *Frater mi, Euſebi! ſæpe contingit, ut accuſationes, quæ animo, paſſionibus agitato, proferuntur, difficilis probationis ſint. Sequere meum conſilium, fratrem meum Antoninum ſcriptis non accuſes, rem hanc placide componemus.* Ad hæc verba incaluit Euſebius, & in Antoninum conviciis furioſe invectus, in accuſatione perſtitit. Tum S. Chryſoſtomus Paulum Heracleenſem, qui Antonino amicitia junctus videbatur, rogavit, ut diſſidentium animos conciliaret; ipſe ſurgens cum Epiſcopis Eccleſiam intravit, nam tempus Sacrificii inſtabat, atque ſalutato de more populo & pace data, cum aliis Epiſcopis conſedit. Euſebius ſecreto ingreſſus, omni populo, & Epiſcopis præſentibus, alterum libellum, easdem accuſationes continentem, tradit, atque S. Chryſoſtomum terribilibus verbis adjurat, ut ſibi jus diceret, per vitam quoque Imperatoris obteſtatur, nempe, quo ſuam ſervaret. S. Chryſoſtomus, videns, quanta iracundia homo æſtuaret, & cupiens impedire, ne fidelis populus turbaretur, libellum accepit, at, poſt lectas Sacras Scripturas, Panſophium Epiſcopum Piſidiæ rogavit, ut Sanctum Sacrificium offerret. Ipſe cum cœteris Epiſcopis diſceſſit, quippe animo perturbato ſacrificare nolebat, illius verbi Evangelici memor:

Sæculum V A. C. 401.

p. 128.

Matth. 5. 23.

Sæculum V. A. C. 401.

memor: *si offers munus tuum ante altare &c.* (*)

Causa Antonini Ephesini.

Populo dimisso, S. Chrysostomus cum cœteris Episcopis in Baptisterio consedit, &, accersito Eusebio, coram omnibus dixit: *iterum tibi dico, sæpe, pravo affectu perturbati, aliqua edicimus, quæ probari vix possunt; si accusationem, quam affers, clare probare vales, non eam rejicimus, syn autem, adhucdum absistere tibi integrum sit! verumtamen si tuus libellus lectus fuerit, & ea, quæ continet, ab omnibus percepta, si etiam hac super accusatione acta fuerint conscripta, jam tibi, utpote Episcopo, resilire non licebit.* Eusebio persistente, prælegitur ejus libellus, & seniores Episcopi ad S. Joannem Chrysostomum dixere: *quamvis singula capita crimina sint, ne tempus perdamus, ultimum solum, cæteris omnibus atrocius, discutiamus! qui enim communicationem Spiritus Sancti pecuniæ pretio vendiderit, haud dubie*

Pall. 129.

p. 130.

(*) Hier können die Ausdrücke: *offrir le saint Sacrifice*, und *Sacrifier*, deren sich Fleury bedienet, nicht anders als von dem H. Meß-Opfer verstanden werden; der Protestantische Uebersetzer hat sich wohl gehütet, diese Worte redlich her zu setzen auf der 12. Seite; er saget nur davor das Heil. Amt halten, und sich dem Altar nähern. Bey einem der das Heilige Meß-Opfer ansieht, kann diese Uebersetzung nimmer aufrichtig angesehen werden.

dubie nec vasis, nec marmoribus, nec præ-diis Ecclesiæ pepercerit. His auditis, S. Joannes Chrysostomus judicio initium dedit, dicens: *mi Frater! Antonine! quid ad hæc respondes?* ipse factum negavit. Illi deinde interrogantur, qui pecuniam dederant, quod & ipsi negarunt. Tum in quædam indicia inquisitum magna cura usque ad horam octavam, id est, secundam post meridiem, tandem de testibus quæstio erat, coram quibus pecunia data, & accepta fuisset, sed nullus eorum erat præsens. S. Chrysostomus, agnoscens hos testes audiendi necessitatem, & eosdem accersendi difficultatem, in Asiam proficisci, ibique hanc causam decidere statuit. Interim Antoninus, stimulis malæ conscientiæ actus, opem potentis viri, cujus aliqua prœdia, ab ipso in Asia possessa, procurabat, impetravit, utque efficeret, ne Joanni profectionem inire liceret; cœterum promittebat, testes Constantinopolim venturos. Igitur S. Chrysostomo Imperatoris nomine mandatum affertur: *non expedit, ut tu, qui Pastor noster es, tot imminentibus malis nos deseras, & in Asiam abeas, audiendorum testium causa, qui facilius advocari possunt.* Imminentia mala non alia timebantur, quam Gainæ defectio. Ita S. Chrysostomo persuasum, ut maneret, & Antoninus ex hac dilatione certam sibi omina-

Sæculum V. A. C. 401.

p. 131.

Sæculum V. A. C. 401. ominabatur victoriam, quod testes sive largitionibus, sive metu injecto elingues reddere speraret. Sed viri astutiam S. Joannis prudentia antevertit; quippe in Concilio statutum, ut aliqui ex Episcopis præsentibus in Asiam mitterentur, qui testes interrogarent. Tribus commissum est hoc negotium, Syncletio, Metropolitæ Trajanopolitano, Hesychio Episcopo Parienſi, & Palladio Helenopolitano. In actis Concilii decernebatur, ut, si alteruter, vel actor, vel reus intra duos menses Hypepam non conveniret, causam suam
p. 132. defensurus, esset excommunicatus. Hypepa civitas erat Asiæ, tam utrique parti, quam duobus Episcopis, cum Syncletio deputatis vicina.

Hesychius, Delegatorum alter, cum ei cum Antonino amicitia intercederet, morbum finxit. Syncletius, & Palladius Smirnam delati sunt, unde ad partes litigantes scripsere, ut in loco destinato comparerent; sed inter ipsas concordia redierat; nam Antoninus data pecunia Eusebium sibi conciliaverat, qui ei cum juramento promiserat, quod causam hanc nullatenus prosequi vellet. Nihilominus ex composito Hypepam convenerunt, dicentes, ob varia negotia testes advenire non potuisse. Ad Eusebium dicebant Judices: *dic! intra quot dies eos adducturus sis, & exspectabimus.* Eusebius, ut

Judi-

Judicum patientiam laſſaret, quia tunc mediæ æſtatis fervor intolerabilis corpora urebat, promiſit, ſe teſtes intra quadraginta dies producturum, aut ſubiturum pœnas Canonicas. Sed ecce tibi, cum eos accerſere debuiſſet, cauſam deſtituit, & Conſtantinopolim fugiens, in ampliſſimæ urbis latebris ſe occultavit. Expectarunt judices quadraginta dies, &, Euſebio non comparente, Litteras ad omnes Aſiæ Epiſcopos dederunt, quibus eum excommunicatum declarabant, vel tanquam contumacem, vel tanquam Calumniatorem. Cum per integrum adhuc menſem moras traxiſſent, Conſtantinopolim reverſi, in eum inciderunt, & malam fidem exprobrarunt. Ille morbum finxit, promiſitque alio tempore teſtes prodituros.

Sæculum V. A. C. 401.

p. 133.

§. VI.

S. Chryſoſtomus Epheſi.

Interim Antoninus e vivis abiit, & Clerici Eccleſiæ Epheſinæ, atque alii Epiſcopi vicini, dato ad S. Chryſoſtomum communi Decreto, extremis precibus poſcebant, ut veniret, & illam Eccleſiam, jam a multo tempore partim ab Arianis, partim a malis Catholicis vexatam, reformaret, eorumque cupiditatem, qui Vacantem Sedem oblatis pecuniis ambiebant, coerceret. S. Chryſoſtomus, videns,

Sæculum V. A. C. 401.

dens, de re maximi momenti agi, ut scilicet Disciplina in tota Diœcesi Asiæ Pastorum socordia, & ignorantia collapsa restitueretur, adduci se passus est, ut non obstante valetudinis infirmitate, & hyemis rigore longum iter susciperet. Ecclesiæ Constantinopolitanæ curam commisit Severiano Episcopo Gabalensi in Syria, qui illuc, ut verbum Dei populo prædicaret, advenerat; hujus Fidem S. Chrysostomus habebat perspectam. Itineris vero socios tres Episcopos Paulum, Sirianum, & Palladium adscivit.

Socr. VI. c. 11. Soz. VIII. c. 10.

Ubi Ephesum pervenerunt, Episcopi Lydiæ, Asiæ, Phrygiæ, & Cariæ, septuaginta numero congregati sunt, quos S. Joannis Chrysostomi fama, & audiendi viri desiderium, præsertim Phryges, attraxerat. In hoc Concilio ordinatus est Episcopus Ephesi Heraclides in Cypro natus S. Chrysostomi Diaconus, qui in Sceti Monachus, & Monachi Evagrii Discipulus fuerat. Eusebius Valentinopolitanus ultro ad Concilii Tribunal venit, petens, ut ad Communionem reciperetur. Erant, qui refragarentur, quod dicerent, esse calumniæ reum. Ipse dixit: *Jam ab annis duobus hæc causa trahitur, testes in mora fuere, concedite, ut illos hodie vobis sistam. Quamvis enim Antoninus vita functus sit, tamen illi, qui ipsi Ordinationis causa pecunias dederunt,*

Pall. p. 135. Socr. VI. c. 11. Soz. VIII. c. 6.

vivunt.

vivunt. Visum est Concilio, rem ad examen vocare. Leguntur Acta Judicii antea incepti, intrant testes, & ex illis sex, qui datis pecuniis ordinati fuerant. Ingressi, primo quidem factum negarunt; sed testes affirmando perseverabant, & etiam Presbyteri, quos causæ suæ Patronos rei habituros se speraſſe videbantur. Inter testes Laici quoque, imo & mulieres conspiciebantur. Quantum pecuniæ datum fuisset, locum, tempus speciatim edicebant. Tandem rei, urgente conscientia, non ægre factum confessi sunt. *Verum est*, inquiebant, *dedimus, sed id secundum legem fieri credidimus, ut ab oneribus Curialibus liberaremur. Jam vero rogamus, ut nos Ecclesiæ servire permittatis, si fieri possit, sin minus, efficite, ut nobis restituatur aurum nostrum; sunt enim ex nobis, qui uxorum suarum cultum tradiderunt.* S. Chrysostomus ad Concilium dixit: *Spero, me ab Imperatore impetraturum, ut a Curialibus liberentur. Vos jubete, ut hæredes Antonini, quod dederunt, eis restituant.* Decrevit Concilium, ut accepta restituerentur; hos autem sex Episcopos Simoniacos deposuit, idque solum concessit, ut in Sanctuario communicarent. Huic Sententiæ acquieverunt Depositi. In eorum Sedes alii Episcopi, de quorum bonis moribus, &

Sæculum V. A. C. 401.

Pall. p. 136.

p. 137.

Sæculum V. A C 401.

sufficiente Doctrina constabat, & qui semper continentes vixerant, suffecti. (*) In illa Profectione S. Joannes Chrysostomus aliquas Ecclesias Novatianis, & Quartodecimanis eripuit.

§. VII.

Geroncii Nicomediensis Depositio.

Sanctus Joannes etiam Geroncium [illegible] Sede

(*) Dieses ist ein Beyspiel, daß Bischöffe in einem Provincialconcilio entsetzet worden. Dem heil. Joannes Chrysostomus wird wohl niemand zumuthen, daß er widerrechtlich gehandelt habe. Der Anonymus II. in seinen Beobachtungen über die Kirchenhistorie des Herrn Fleury N. II. beschuldiget ihn mit seiner gewöhnlichen Ungelassenheit, er spreche den Päbsten das Recht ab, Bischöffe ein, und abzusetzen; das ist dem Herrn Fleury niemal zu Sinn gekommen, sondern er saget, daß in den ersten Jahrhunderten das Recht Bischöffe zu entsetzen nicht die Päbste allein, sondern auch die Concilia Provincialia ausgeübet haben; daß aber die Päbste auch zur selben Zeit Bischöffe der vornehmsten Sitze entsetzet, erzählet niemand aufrichtiger als Fleury selbst. Der Anonymus II. klaget auch hier wiederum über Widerspruch des Fleury, allein diese wären verschwunden, dafern er ihn mit einem unpartheyischen Gemüth gelesen hätte. In dem folgenden Abschnitt hat der heil. Chrysostomus auch Geroncium, Bischof zu Nicomedia, abgesetzet.

Sede Nicomediensi removit. Is, tunc Mediolani S. Ambrosii Diaconus, jactabat, se noctu *Onoscelidon* cepisse. Ita Græci nominabant spectrum, quod asininis cruribus sibi fingebant. Narrabat ergo Geroncius, se tale monstrum cepisse, & abscissis capitis crinibus molendino ad molam agendam admovisse, quod mancipiorum hæc pœna esset. Sive ostentatio fuit, qua aliorum admirationem quærebat, sive Dæmonis illusio, S. Ambrosio visum, ejusmodi sermones Clerico, & Dei Ministro esse indignos, jussitque Geroncium ad tempus domi se continere, & pœnitentiam agere. Ipse, cum esset in arte medica excellens, ad res gerendas natura factus, facundus, & conciliandis sibi omnis conditionis hominibus idoneus, S. Ambrosii severitatem irridens, Constantinopolim abiit. Brevi tempore viris, quorum in Regia magna erat Auctoritas, amicitia junctus, ipsorum favore Episcopatum Nicomediensem obtinuit. Eum Helladius Episcopus Cæsariensis in Cappadocia Episcopum ordinavit, ut vices redderet, quod Geroncius, filio ipsius pingue in Regia munus impetrasset. Postquam id comperit S. Ambrosius, ad Nectarium Episcopum Constantinopolitanum litteras dedit; Geroncium deponeret, injuriam sibi inferri, & contemni Disciplinam Ec-

Sæculum V. A. C. 401.

Soz. VIII. 6 v. Vales. hic.

Sæculum V. A. C. 401.

cleſiaſticam æquo animo non patere-tur. (*) Voluit quidem hunc virum Epiſcopatu privare Nectarius, ſed totius populi Nicomedienſis in ſuum Epiſcopum amor obſtabat.

S. Joannes Chryſoſtomus, depoſito Geroncio, in ejus locum ordinavit Panſophium, olim Imperatricis Pædagogum, virum pium, leni indole, & compoſitis moribus. At populo Nicomedienſi non placebat. Sæpius motus ciebant; publice, & in privatis domibus, quanta Beneficia ſibi Geroncius contuliſſet, narrabant, quam utilis omnibus artis medicæ peritia fuiſſet, quam liberaliter ægrotis pauperibus æque, ac divitibus opem tuliſſet. Alias quoque viri dotes ſummis laudibus extollebant; cum in ſupplicationibus publicis per plateas urbis Nicomedienſis, aut Conſtantinopolitanæ procederent, ſi forte terræ motus, ſterilitas, aut quæcunque communis calamitas integram Provinciam affligeret, cantabant, petebantque a Deo, ut ſuum ſibi Epiſcopum conſervaret incolumem. Tandem inſuperhabitis plebis lacrymis, & gemitibus, ab eo ſeparari coacti ſunt.

Hujus

(*) Hic notare lubet, quanta jam tunc, ipſius S. Ambroſii opinione, Epiſcopi Conſtantinopolitani Auctoritate fuerint. Accedit Exemplum S. Joannis Chryſoſtomi, Epiſcopos deponentis.

Hujus viri Depositio S. Joannis Chrysostomi inimicorum numerum plurimum auxit. Ipso absente Eudoxia Imperatrix filium in lucem edidit, quem ab Avi Nomine Theodosium vocaverunt. Natus est quarto Idus Aprilis, Vincentio, & Fravita Consulibus, nempe decima Aprilis, anno 401. Hujus partus lætitia S. Porphyrio Episcopo Gazensi, qui ob Ecclesiæ suæ causas Constantinopoli versabatur, utilissima fuit.

Sæculum V. A. C. 401.

Socr. VI. c. 6 Soz. VIII. c. 4. Marcell. Chr. an. 401. Chr. Pasch. eod.

§. VIII.

S. Porphyrius Gazensis Constantinopoli.

Sanctus Porphyrius Thessalonicæ nobilibus, & opulentis Parentibus natus, in Ægyptum migrans circa annum 378. vestem Monasticam in Asceterio Scetiensi induit. Post quinquennium in Palæstinam venit, atque vendito Patrimonio, & inter pauperes dispersо, opificium sutorium didicit, ut labore manuum suarum viveret. Episcopus Jerosolymitanus Presbyterum eum ordinavit invitum, & S. Crucis custodiam commisit. Rursusque Episcopus Gazensis nolens ordinatur circa annum 396. at non ideo vitæ Monachorum renunciavit, nihil præter panem, & legumina comedens. Urbs ejus Gaza Paganis erat repleta, in

Vita S. Porph. ap. Sur. & Boll. 26. Febr.

Sæculum V. A. C. 401.

qua sola octo Idolorum templa visebantur; cumque non modicum eorum numerum converteret, cœteri adversus Pastorem, & gregem Fidelium in furorem agebantur.

Ut se, suosque a Gentilium persecutione tueretur, Diaconum suum Marcum misit Constantinopolim cum mandatis, ut ab Imperatore demolitionem templorum & præprimis illius, quod Marnæ Sacrum erat, peteret. Hoc illo tempore factum, quo adhucdum Eutropii maxima erat Auctoritas, & S. Joannes jam Episcopatum obtinebat, proinde anno 398. Marcus Edictum obtinuit, quo templa claudi jubebantur; at vero, qui missi fuere, ut mandata Cæsaris exequerentur, auro Gentilium corrupti, Idola quidem dejecerunt, & aliqua clauserunt templa, sed licentiam fecerunt, ut Idolum Marnæ secreto consuleretur. Itaque cum Gentilium animi in Christianos magis in dies exacerbarentur, S. Porphyrius ad Joannem Episcopum Cæsariensem se contulit, rogans, ut se a Regimine hujus Ecclesiæ, onere intolerabili, liberaret, & discedendi licentiam daret. Joannes mœrentem consolabatur, & hortabatur, ut perseveraret. Tum Porphyrius Metropolitam obtestatus est, ut secum iter Constantinopolim susciperet. In illam urbem adventantes S. Joannem

Chry-

Chryſoſtomum adierunt, qui Hoſpites humaniſſime excepit, & Diaconum Marcum, viæ ſocium, agnovit; is S. Porphyrii vitam ſcripſit. S. Joannes ambos, & ipſorum cauſam commendavit Amantio Evnucho, qui gratia apud Imperatricem pollebat, eratque Dei ſervus piiſſimus. Sæculum V. A. C. 401.

Is ergo Amantius Epiſcopos introduxit in Cubiculum Imperatricis, in lectulo aureo decumbentis. Ipſa prior ingredientibus ſalutem dixit, petens Benedictionem Sacerdotalem, ſimulque excuſans, quod, cum uterum geſtaret, non poſſet aſſurgere. Ipſi modum perſecutionis expoſuerunt, quam Chriſtiani a Gentilibus paterentur, qui nec libertatem agros colendi relinquerent, ut Tributa Cæſari poſſent reddere. Imperatrix reſpondit: *Bono animo eſtote, Patres mei! ſpero Dei Gratiam, meque Imperatori perſuaſuram, ut vos voti damnet. Ite, ab itinere quieſcite, & pro me Deum orate.* Tum pecunias ſibi afferri juſſit, deditque ter, quantum pleno pugno capere poterat, dicens: *Hæc interim in aliquod viæ longæ ſubſidium accipite.* Ipſi oblatam pecuniam acceperunt quidem, at exeuntes, majorem partem inter Excubitores diſtribuerunt. S. Porphyr.

Imperatrix rem Marito indicavit, qui conſentire renuit, quod timeret, Cæſareos redditus minutum iri, ſi Gazæ cives

Sæculum V. A. C. 401.

male haberet. Cum Episcopi ad eam invisendam secundo venissent, rationem reddidit de iis, quæ Imperator respondérat, suasit tamen, ut spem non abjicerent. Tum S. Porphyrius vaticinii memor, quod Sanctus aliquis Anachoreta, nomine Procopius edixerat, hunc enim venientes in Insula Rhodo invisérant, ad Imperatricem, ut monitus fuerat, dixit: *Causam age JEsu Christi, & dabit tibi Filium.* Ad hæc verba vultus fœminæ rubore suffusus, at cor gaudio exiliit. Respondit Episcopis: *Orate Deum, Patres mei, ut, sicut dicitis, filium pariam, & promitto vobis, facturam me, quodcunque petitis. Insuper Ecclesiam in medio urbis Gazæ ædificabo.* Intra paucos dies Imperatrix Theodosium peperit. Ingens fuit Parentum, populique lætitia, & maxima in administratione Baptismi pompa. Inter hæc gaudia Imperatrix, quod petebant Episcopi, ab Imperatore obtinuit, scilicet Ecclesiis Reditus, & Privilegia, atque ut in urbe Gaza Idolorum templa demoliri liceret. Episcopi hoc anno 401. Festum Paschæ, quod in diem 14tam Aprilis incidebat, Constantinopoli celebrarunt. Discessuros Imperator, & Imperatrix muneribus cumularunt. Postquam in Palæstinam redierunt, S. Porphyrius ope unius ex Proceribus, quem ad perficienda mandata Impe-

Imperator ipsi viæ Comitem dederat, Gazæ omnia templa destrui jussit. Ipsum Marnæ templum dirutum; atque in loco, quo steterat, sicut Imperatrix voverat, Episcopus Ecclesiam ædificavit. Sæculum V. A. C. 401.

§. IX.

Severiani Gabalensis Molimina.

Sanctus Joannes Chrysostomus Constantinopolim rediit paulo post Festa Paschalia, cum abfuisset ultra centum dies, id est, circiter tres menses. Adveniens facile advertit, quod Severianus, cui Ecclesiæ Constantinopolitanæ curam demandaverat, se calcato, ad summæ Auctoritatis fastigium eniteretur. Severianus Episcopus Gabalensis in Syria Eloquentiæ fama florebat, æque ac Antiochus Episcopus Ptolemaide in Phœnicia, quem pronunciandi facilitas, & amœnitas vocis comendabant; hinc non nulli eum Chrysostomum, id est, os aureum appellabant. Severianus rerum inventione, & S. Scripturæ Lectione altero magis versatus erat, sed minus placebat auditoribus, quod, cum Græce loqueretur, impeditam enunciationem, quæ Syris nativa erat, non emendaret. Antiochus Constantinopolim venerat, & postquam aliquamdiu dixisset pro Concione, collecta pecuniæ vi, domum reversus est. Hoc exemplo pellectus Severia-

Chrys. homil. de regres. ed. to. 7. p. 944. Socr. VI. c. 11. Soz. VIII. c. 10.

Sæculum V. A. C. 401.

verianus, multas Orationes composuit, atque etiam Constantinopolim se contulit. A S. Chrysostomo peramice exceptus, ejus amicitiam colere impensius cœpit. Ob dicendi vim brevi in aula notus, ab optimatibus amabatur, & magni æstimabatur. Imo Imperator, & Imperatrix concionantem notarunt, nam magno studio, ea quæ Auditoribus placitura essent, afferebat. Multo magis multorum animos sibi conciliavit absente S. Chrysostomo, quem Archidiaconus Serapion per litteras eorum, quæ fiebant, edocebat, nempe Severianum Ecclesiam Constantinopolitanam malis artibus turbare.

Serapion, gente erat Ægyptius, præcipitem iram non satis coercens, Severiano invisus, quem vicissim ipse contemnebat. Quadam die Severiano præ-

Soz. VIII. c. 9.

tereunte, Serapion sedens, non est dignatus assurgere, & honorem ejus Dignitati congruum exhibere. Severianus iram non tenens, exclamavit: *Si Serapion Christianus usque ad mortem perseverat, JEsus Christus non est factus homo!* Serapion hæc verba notavit, ut S. Chrysostomum contra Severianum concitaret. Ajunt etiam, quod suppressa media verborum parte, Severianum simpliciter accusaret, dixisse: *JEsus Christus non est factus homo*, & testes produceret.

ret. Res eo devenit, ut S. Chryſoſtomus Severianum urbe exeſſe juberet. At Eudoxia Imperatrix ejus Defenſionem ſuſcepit, & Calcedone, quo receſſerat, revocavit. S. Chryſoſtomus vero amicitiam renovare nolebat, quod de ejus Fide dubitaret; ſed una die Imperatrix in Eccleſia Apoſtolorum Filium infantem Theodoſium Epiſcopo obtulit, genibus ejus impoſuit, obteſtans, ut Severianum in Gratiam reciperet. Hæc ita Socrates, & Sozomenus referunt. Habemus latinam Verſionem Sermonum, quos S. Joannes Chryſoſtomus, & Severianus, jam reconciliati, ad populum Conſtantinopolitanum pronunciarunt. S. Chryſoſtomus prior dixit, & altera die Severianus, teſtatus, nihil ſibi hac pace exoptabilius potuiſſe accidere; at malam hominis fidem, quæ ſecuta ſunt, docuere.

Sæculum V. A. C. 401.

To. 7. ed. in fine. to. 2.

§. X.

Tumultus Conſtantinopoli ab Arianis excitati.

Magnus adhucdum erat Conſtantinopoli Arianorum numerus. Quia vero in cœtus coire extra urbem cogebantur, intra mœnia primum ad Porticus publicos conveniebant, ut deinde omnes ſimul juncti diebus feſtis cujuslibet ſeptimanæ, id eſt, diebus Sabbati, & Domi-

Socr. VI. c. 8 Soz. VIII. c. 8.

Sæculum V. A. C. 401.

Dominicæ, egrederentur. Duplici choro Cantica canebant suæ Doctrinæ consentanea; majore parte noctis inter hos Psalmos exacta, mane exibant, ut via per plateas civitatis transversa ad locum conventus se conferrent. In illis canticis ex composito Catholicorum animos irritabant, dicentes: *Ubi sunt, qui affirmant, tres substantias unius esse Potentiæ?* Timuit S. Chrysostomus, ne simpliciorum fides hæc audiendo labefactaretur, & suasit Catholicis, ut & ipsi noctu choros agerent, & cantarent. Optimum S. Episcopi consilium eventus fefellit. Nocturnæ Catholicorum supplicationes majori Pompa, quam Arianorum ducebantur, nam argenteas Cruces præferebant, quibus impositi ardentes Cerei. Hæc S. Joannes Chrysostomus excogitabat, sumtus vero Eudoxia Imperatrix suppeditabat. Ariani, pristinæ Potentiæ memores, novam insultationem non tulerunt; quadam Nocte Catholicos invadunt, unius Spadonis Imperatricis, cui nomen Brison, cum cœteris canentis frons saxo affligitur, ex privatis hominibus aliqui utrinque occisi. Hinc prohibuit Imperator, ne deinceps Ariani in via publica cantarent, & lex illa renovata, quæ sub Pontificatu Nectarii anno 396. lata fuerat, ne Ariani in Civitate ad Litanias, id est, preces die,

L. 30. C. Th. de Hær.

die, vel nocte congregarentur. Hæc omnia populi quidem amorem in S. Chrysostomum augebant, aliunde vero multos creabant inimicos. Sæculum V. A. C. 401.

§. XI.

Magni Fratres Constantinopoli.

Inter hæc Monachi, ex Ægypto a Theophilo ejecti, Constantinopolim advenerunt. Cum S. Chrysostomi conspectum subirent, videns ille Senes quinquaginta pedibus suis advolutos, quos venerabilis canities, & vultus rigore vitæ Monasticæ macerati commendabant, ita commotus est, ut collacrymaretur. Quæsivit, quis injuriam intulisset. Responderunt: *Papa Theophilus. Si & tu sicut alii Episcopi eumdem times, nullum nobis supereſt remedium, quam ut ad Imperatorem vertamur. Si vero honor Ecclesiæ tibi cordi est, a Theophilo impetra, ut liceat nobis in Ægypto vivere, quia nec Legem Dei, nec ipsum læsimus.* S. Chrysostomus, Theophili animum facili negotio mitigari posse ratus, libenter hanc in se Provinciam suscepit; sed usque dum ei scripsisset, hortatus est Monachos, ut nemini itineris sui causam aperirent. Ecclesiam, quæ Anastasia dicebatur, eis Diversorium S. Chrysostomus dedit. Piæ mulieres, & inter illas S. Olympia-

Sæculum V. A. C. 401.

lympiades, ea, quibus sustentarentur, suppeditarunt; ipsi quoque labore manuum suarum non nihil conferebant. Illo etiam tempore, quo Monachi Constantinopolim pervenere, aderant Clerici, a Theophilo missi; his mandatum erat, ut largitionibus sollicitarent animos Præfectorum, qui proxime ad administrandam Provinciam Ægypti mittendi erant; horum enim potentia contra eos omnes, quos odisset, usurus erat. S. Chrysostomus, vocatis ad se Alexandrinis Clericis, quæsivit, an hos Monachos fugitivos novissent. Illi sincere: *Novimus; magnam vim tulerunt, suademus, Domine! ne eos ad Communionem spiritualem recipias, sic Episcopum nostrum non offendes; de cætero optime viros habemus.* S. Chrysostomus hoc consilium secutus Monachos ad Mysteriorum Communionem non admisit, sed tantum permisit, ut in Ecclesia orarent. Interim ad Theophilum scripsit, rogans, ut in Gratiam sui, qui frater esset, & filius, Monachis parceret, & ad Communionem reciperet. Theophilus, spretis S. Chrysostomi precibus, Constantinopolim misit quinque illos Monachos, a se subornatos, ut profugos accusarent; atque ut accusatoribus major constaret Auctoritas, nuper unum ex ipsis Episcopum, alterum Presbyterum, & alios Diaconos ordinaverat.

Pall. Dial. p. 60.

Soz. VIII. c. 13.

Pall. p. 56. p. 61.

verat. His tradidit libellos ferendos, in quibus perversæ fidei arguebantur, nam eorum mores ejusmodi erant, ut nihil reprehendi posset. Accusationes istæ plerisque in Regia fidem fecerunt, & boni Monachi digito monstrabantur tanquam præstigiatores. Monachi accusati, postquam omnes opiniones ab Ecclesiæ Doctrina alienas anathematizassent, S. Joanni Chrysostomo libellos tradiderunt, in quibus multi articuli de iis, quæ Theophilus per vim feciffet, & quædam alia his magis pudenda continebantur. S. Chrysostomus tam ore proprio, quam immissis aliis Episcopis Monachos hortatus est, ut ab incepto desisterent, quod sortiri posset funestum exitum. Ad Theophilum quoque scripsit in hæc verba: *Ægritudine animi eo devenerunt, ut te traditis libellis accusaverint; ergo mandata tua exspecto, quid facere decreveris; nam viris istis, ut ab Aula recedant, persuadere non possum.* His perceptis Theophilus ita excanduit, ut Episcopum Dioscorum e sua Ecclesia expulerit. Erat is ex magnis fratribus unus, qui in Ministerio Ecclesiæ senuerat; tres reliqui profugos eduxerant. Theophilus S. Joanni rescripsit in hunc modum: *Credo, te Canonum Nicenorum jussa non ignorare, ne Episcopus extra suam Diœcesin quamcunque causam judicet; si ve-*

Sæculum V. A. C. 401.

p. 62.

Sæculum V. A. C. 401.

ro ignoras, patere, te idipsum a me doce-
ri, sicut & illud, non competere tibi jus,
ut contra me oblatos libellos recipias. Si
enim judicari me oportet, coram Ægy-
ptiis judicer, & non coram te, qui itine-
re dierum septuaginta quinque a me abes.

S. Chrysostomus acceptos hos codicillos pressit, atque adversarum partium Monachos, nempe ad se profugos, eosque quos Theophilus postea miserat, ut profugos accusarent, ad ineundam pacem hortatus est. At primi, quod Theophili Tyrannidem ultra ferre non possent, tractabiles non erant; accusatores autem dicebant, non esse in sua Potestate sine Theophili mandatis paciſci. S. Chrysostomus, postquam hæc suasisset, nullam ulterius de his jurgiis mentionem fecit.

§. XII.

Theophili Epistola contra Magnos Fratres.

Theophilus optime gnarus, quanto zelo S. Epiphanius contra errores Origenis flagraret, qui se olim Anthropomorphytam appellaverat, ad eum in his rerum articulis scripsit, & mittens sui Concilii Alexandrini Epistolam Synodalem, aliam quoque privatam addidit, in qua rogat, ut omnes Cypri Insulæ Episcopos convocaret, atque Epistolas Synodales

Socr. VI. c. 10.
Sozo. VIII. c. 14.

dales ad Episcopum Constantinopolitanum, ad se, & ad quoscunque visum fuisset, mitteret, atque ita Origenes ab omnibus damnaretur. *Quippe delatum est ad me,* inquit: *veræ Fidei Calumniatores Ammonium, Eusebium, & Euthymium Constantinopolim iviſſe, ut plures decipiant, si possunt, & illis jungantur, qui eandem Hæresin in sinu fovent. Cura igitur diligenter, ut hanc rem omnibus Episcopis Isauriæ, Pamphiliæ, & Provinciarum adjacentium notam facias. Mitte eis Epistolam meam, si ad rem facere credideris, atque ut ea celerius Constantinopolim perferatur, eam viro alicui ex Clericis tuis solerti trade. Ego enim ipse ex Monasteriis Nitriæ Abbates, aliosque Viros sanctos misi, ut omnis conditionis homines, quid rei sit, suis colloquiis edoceant.* S. Epiphanius non est cunctatus Episcoporum Insulæ suæ Synodum convocare, in qua prohibuit, ne libri Origenis legerentur. Etiam ad S. Joannem Chrysostomum scripsit, admonens, ut idem faceret.

Sæculum V. A. C. 401.

Ap. Hier. ep. 67.

Soz. VIII. c. 14. Socr. VI. c. 10. A. Hier. ep. 73 p.

S. Epiphanius ad S. Hieronymum Epistolam Circularem Theophili contra Apollinarem, & Origenem transmisit, quod de Epistola Paschali secunda accipiendum videtur, & hortatur, ut de eadem Materia ad utilitatem occidentalium latine scriberet. S. Hieronymus

Sæculum V. A. C. 401.

hanc Epistolam S. Epiphanii ad se datam, & Epistolam Theophili ad S. Epiphanium transtulit. Etiam Epistolam unam Theophili ad se ipsum datam vertit, in qua ille monebat, ut Origenistas, qui in Palæstina erant, fugeret, & rursus aliam, in qua Theophilus Episcopum Agathonem, & Diaconum Athanasium, in eadem causa a se missos, ipsi commendat. S. Hieronymus adjunxit suas Responsorias, in quibus Theophili zelum aperte laudat. In una earum excusat factum Episcopi Jerosolymitani, quod virum suspectum susceperisset; ex quo cognoscimus, quod hunc Episcopum jam non amplius Origenistam esse crederet. In altera dicit, Theophilum hac super re ad Anastasium Papam scripsisse. Interea S. Hieronymus, acceptis duobus libris invectivis Rufini, ad eos in sua Apologia respondebat; hanc in tres libros divisam, Pammachio, & Marcellino inscripsit. In libro primo, a Rufino sibi objecta diluit. In secundo, Apologiam ejus ad Anastasium Papam directam refutat. In tertio, ad aliquas Rufini Epistolas, quibus se reprehendebat, respondet.

ep. 72.

ep. 69.

ep. 70.

post. ep. 65.

§. XIII.

Concilium Carthaginense.

Ap. Dion. Exig. &

Carthagine decimo quarto Kalendas Julii post Consulatum Stiliconis, id est, 18. Jun.

18. Junii anno 401. Concilium celebratum, in quo Aurelius Episcopus, is enim præerat, effatus est in hunc modum: *Vobis æque ac mihi, Fratres mei! nota est Ecclesiarum Africæ Necessitas. Jam expedire videtur, ut aliquem ex nobis eligamus, qui in Italiam proficiscatur, & S. Fratri Nostro Anastasio Sedis Apostolicæ Episcopo, atque S. Fratri nostro Venerio Episcopo Mediolanensi, quanta sint mala nostra, referat; ab his enim Sedibus venit illa prohibitio, cui ut provideatur, necessarium esse, agnoscent. Maxima est Clericorum penuria, multæ Ecclesiæ derelictæ, nullus in aliquibus Diaconus, nequidem illiteratus adest. Intolerabiles auribus nostris sunt languentium Parochiarum quotidiani questus, & ruina innumerabilium animarum, pro quibus rationem Deo reddemus. Memori animo tenetis haud dubie, in Concilio præcedenti fuisse decretum, ut illi, qui infantes inter Donatistas baptizati, antequam cognoscendi erroris capaces essent, matura deinde ætate, atque cognita causa, convertuntur, inter Clericos recipi possint, si bonis moribus sint, & Ecclesiæ utilitas postulet. Sunt etiam aliqui illius Sectæ Episcopi, qui cum populis suis ad nos redire cupiunt, si ipsis liceat ordinem suum conservare. Sed ego quidem existimo, relinquendum esse hunc casum Fra-*

Sæculum V. A. C. 401.

Cod. Gr. n. 57. to. 2. Conc. p. 1642 & 1648.

Sæculum V. A. C. 401.

trum Noſtrorum judicio mature examinandum, & eorum ſententiam exſpectandam. Ipſorum ſolummodo conſenſum petimus ad illos ordinandos, qui in infantia baptizati fuere.

Ex hoc Aurelii ſermone Clericorum in Africa paucitas pateſcit, cujus cauſa erat partim Donatiſtarum Tyrannis, eorumque multitudo, partim in Clericis deligendis Epiſcoporum cura, quæ etſi eſſet maxima, nihilominus Diaconos illiteratos, id eſt, illius ætatis ſtilo, tales, qui nec litteras ſcribere, nec legere noviſſent, ordinabant, inde etiam conjiciendum, Concilium in Italia actum fuiſſe, in quo Anaſtaſius Papa, & Venerius Mediolanenſis inter cœteros præcipui, prohibuerant, ne Hæretici converſi ordinarentur.

Dion. Exig. n. 66. Cod. Gr. eod. to. 2. Conc. p. 1651

Huic Concilio Carthaginenſi multi non interfuerunt Epiſcopi. Sed eodem anno 13. Sept. aliud Concilium Carthagine, ex omnibus Africæ Provinciis generale actum, cui iterum Aurelius præfuit. Ibi recitatæ ſunt Anaſtaſii Papæ Epiſtolæ, in quibus Epiſcopos Africæ paterno affectu hortabatur, ne ea, quæ Donatiſtæ malis artibus, aut vi efficerent, diſſimulatione tegerent. Conjectura eſt, hanc Papæ Epiſtolam ad litteras Concilii prioris reſponſoriam fuiſſe. Iſtud vero Concilium ob Papæ charitatem Gratias

tias Deo agit; (*) verumtamen ſtatuit, Donatiſtas leniter eſſe tractandos, & argumentis potius, quam alia via quacunque reducendos. Igitur decreverunt; ſcriberent Patres ad Magiſtratus Africæ, ut Eccleſiam Catholicam adjutam vellent, in ea, quæ in omnibus locis, ubi Maximianiſtæ Eccleſias habuiſſent, acta eſſent, inquirerent, eosque Actis publicis obedire cogerent. Ita futurum, ut veritas ad omnium notitiam perveniret. Ex Epiſcopis Catholicis aliquos eſſe mittendos, qui Donatiſtas exhortarentur, ut redirent; & in mentem reducerent, qua lenitate ipſimet cum Maximianiſtis Schismaticis ſuis egiſſent, dum eorum aliquos, quamvis omnes in Concilio Generali damnaſſent, tamen ea etiam conditione, ut in quo eſſent Clericali Ordine manerent, recepiſſent, & Baptiſmum ab eis collatum approbaſſent. Præterea, ſicut in Concilio præcedenti factum, mandatur, ut ad alios Epiſcopos, & præcipue ad Anaſtaſium Papam darentur Epiſtolæ, in quibus ei neceſſitas Donatiſtarum Clericos, ſi converti voluerint, in ſuo Ordine ſervandi exponeretur, quod etiam ab initio ejusdem Schismatis fuiſſet obſervatum; nec ideo contemni Concilium ul-

Sæculum V. A. C 401.

n. 67.

n. 68.

Concilia Carthaginenſia.

v. Schelſtr. diſſ. 3. c. 10.

(*) Aus allen dieſen erhellet die Abhängigkeit der Africaniſchen Kirchen von der Römiſchen.

Sæculum V. A. C. 401.

tramarinum, quod recipere Clericos Donatiſtas ſervato ſuo Ordine prohiberet, ſed peti, ut ab hac Regula illi excipiantur, de quibus ſpes eſſet, Eccleſiæ utiles futuros. Hoc Concilium ultramarinum illud ipſum Concilium Italiæ eſſe videtur, de quo præcedens Concilium Carthaginenſe mentionem fecit. Aliunde autem nihil de illo Concilio legimus. Quod dicitur de Clericis Donatiſtarum ab initio Schiſmatis receptis, id accipi poteſt de Concilii Romani Decreto ſub Papa Melchiade, quod Epiſcopis a Majorino Ordinatis, ſi Schiſmati renuntiaſſent, priſtinam Dignitatem aſſerebat.

Sup. L. X. §. 11. Aug. ep. 43. al. 162. ad Glor. n. 16.

S. Auguſtinus, ut hujus Concilii Decreta exequeretur, datis litteris, & adjecto juramento promiſit, ſe Donatiſtas, & omnia quæ haberent bona, nempe Baptiſmum, Ordinationem, Profeſſionem Continentiæ, (*) Virginum Benedictionem, recepturum. *Nos enim*, inquit, *nihil niſi errorem ipſorum rejicimus, at Nomen*

(*) Hic Interpretem Proteſtantem, qui votum Continentiæ inter Catholicos emitti ſolitum contemnit, & irridet, notare oportuiſſet, id a S. Auguſtino initio Sæculi V. inter Bona Eccleſiæ Catholicæ fuiſſe adnumeratum.

Item hic advertendum, S. Auguſtinum Baptiſmum & Ordinationem Donatiſtarum memorare, at de Confirmatione nullam mentionem facere.

Nomen Dei, & Sacramenta ejus agnoſcimus, & reveremur. Dum igitur ad Eccleſiam Catholicam revertuntur, ea quæ habebant, non accipiunt, ſed ut ea ipſa, quæ habent, utilia eſſe incipiant, id quod non habent accipiunt, ſcilicet Charitatem. Sæculum V. A. C. 401.

Imperator Honorius, ut omnibus palam fieret Donatiſtarum probrum, Reſcriptum, quod ipſi ab Imperatore Juliano obtinuerant, cum omnibus Actis ad ipſorum cauſam pertinentibus, publice affigi juſſerat. Hæc lex Honorii 26. Febr. anno 400. data eſt. Et aliæ duæ Leges ejusdem Imperatoris occurrunt, quæ Donatiſtarum tumultus reſpicere videntur, nam ad Africanos directæ ſunt. Ambæ de Clericorum Privilegiis ajunt, una 25. Jun. anno 399. altera 14. Julii anno 401. data. *L. 37. C. Th. de Hæret.* *Sup. l. XV. §. 32.* *L. 34. L. 36. C. Theod. de Epiſc.*

§. XIV.

Magni Fratres Actionem movent.

Magni Fratres, aliique Monachi ex Ægypto, qui Conſtantinopolim confugerant, cum ipſorum opinione S. Joannes Chryſoſtomus juſtis poſtulationibus lentius ſatisfaceret, Imperatorem adierunt. Compoſitis prolixis commentariis Monachos a Theophilo miſſos, calumniæ, & ipſum Theophilum diverſorum criminum accuſabant. Rurſus Im- *Pall. Dial. p. 62.* *p. 63.*

Sæculum V. A. C. 401.

peratori, & Imperatrici in Ecclesia S. Joannis obvios se dederunt, petentes, ut libellus Monachorum, Adversariorum suorum, coram Præfectis examinaretur, atque Theophilus etiam invitus cogeretur venire, ut a S. Chrysostomo judicaretur. Obtinuerunt Fratres, quod petebant. Præfectorum aliquis Alexandriam missus, qui Theophilum adduceret, & Judices accusationem ab ipsius Delegatis contra magnos Fratres traditam rigido subjecere examini. Nihil eorum, quæ afferebant hi accusatores, idoneis argumentis probabant, atque secundum Leges in Calumniatores latas capite mulctandi erant. Ipsi culpam omnem in Theophilum rejicere, deceptos se ab Episcopo suo fuisse, qui totum Libellum sibi dictasset. Itaque carceri dati sunt, donec Theophilus adveniret, nec impetrare potuerunt, ut oblata cautio redeundi, si vocati fuissent, reciperetur. Aliqui, dum Theophilus venire, quam diutissime posset, cunctatur, in vinculis defuncti sunt; cœteri postquam advenit, cum multam pecuniam profudisset, mitiori, at infami tamen fato, tanquam calumniæ convicti, Proconesum relegati sunt.

§. XV.

§. XV.

Sæculum V.
A. C. 401.

S. Epiphanius Constantinopoli.

Sanctus Epiphanius a Theophilo excitatus, Constantinopolim primus venit paulo post Concilium Cyprium, cujus Acta afferebat. In his Origenis Libri, non vero ipsius Persona, damnabantur. Ubi appulit, in Ecclesia S. Joannis *in Hebdomon* substitit, Sacris operatus est, & Diaconum ordinavit. Tum demum Constantinopolim ingreditur. S. Chrysostomus omnes suos Clericos venienti obviam procedere jussit, ut honorem testaretur, & invitari, ut in ædibus Ecclesiæ diversorium sibi deligeret. Ipse oblata humanitate uti recusavit, imo omnem cum S. Chrysostomo congressum devitabat; quippe Theophili stimulationes tantopere viri Sancti animum præoccupaverant. Ipse solus deinde, Episcopis, qui Constantinopoli degebant, convocatis, quæ in suo Concilio contra Origenis opera decreta fuissent, ostendit, & aliquibus, ut subscriberent, persuasit; at plerique detrectarunt. S. Theotimus Scytharum Episcopus S. Epiphanio in faciem restitit, dicens, non licere viro jam diu mortuo injuriam facere, Majorum Sententiam damnare; & Decreta subvertere. Simul unum ex Origenis libris proferens, aliqua legit, & Ecclesiæ utilem esse monstravit,

Socr. VI. c. 12.
Soz. VIII. c. 4.

Sup. §. 5.

Sæculum V. A. C. 401.

Subjunxit: *qui ejus Scripta vituperant, periculo se exponunt, ne veritatem quoque, quam continent, rejiciant.* S. Joannes Chrysostomus, S. Epiphanii semper reverentissimus, invitabat Hospitem, ut ad Conventus suos Ecclesiasticos veniret, & ad ædes suas diverteret. S. Epiphanius vero utrumque facere recusabat, nisi Joannes Origenis Libros damnaret, atque Dioscorum a se repelleret. S. Chrysostomus cunctabatur, dicens, nihil præcipitanter agendum, & neminem non satis cognita causa damnandum. Tunc S. Joannis Adversarii aliud S. Epiphanio suggesserunt consilium. Sequenti die conventus in Ecclesia SS. Apostolorum agendus erat, ergo viro suadent, ut in conspectum populi procederet, palam Origenis Libros, & Dioscori Sectatores tanquam Origenistas damnaret, atque ipsum Joannem tanquam Origenistarum Fautorem reprehenderet. Hoc modo S. Joanni in populi mente invidiam creari posse sperabant. Altera die S. Epiphanius eo proposito domo egreditur, jamque appropinquabat Ecclesiæ, cum Diaconus Serapion ei occurrit, quem S. Chrysostomus miserat; nam pridie compererat, quid acturus esset. Serapion ad S. Epiphanium dixit; quod jam facturus esset, nec æquitate niti, nec magno periculo vacare; *inde*, inquit, *oriri posset Seditio,*

Socr. VI. c. 14.

Seditio, cujus te Auctorem omnes habebunt. Hac admonitione S. Epiphanius a proposito dimotus est. Sæculum V. A. C. 401.

Soz. VIII. c. 5.

Inter hæc cum Theodosius junior ægrotaret, & Imperatrix vitæ filii timeret, ad S. Epiphanium misit, qui S. virum rogarent, ut precibus suis incolumitatem pueri a Deo impetraret. Promisit, puerum victurum, si Imperatrix Dioscorum, aliosque Hæreticos fugeret. Respondit Imperatrix: *si Deus Filium meum mihi eripere vult, Dominus est. Tu vero, si mortuos suscitare posses, Archidiaconus tuus non esset inter mortuos.* Archidiaconus iste fuit Crispion, frater Fusconis, & Salamæ, Monachorum, quorum magnum erat sub Regno Valentis Nomen. Ammonius, cœterique ex Ægypto Monachi, suadente Imperatrice, S. Epiphanium adierunt. Is interrogavit, qui essent; Ammonius respondit: *Pater mi! sumus, quos appellant magnos fratres, sed scire cuperem, an aliquando Discipulos nostros videris, & libros nostros legeris.* Respondit, quod non. Ammonius reposuit: *quomodo ergo nos Hæreticos judicasti, cum tibi, quid sentiamus, non constaret?* S. Epiphanius: *nempe ita de vobis ad me relatum.* Rursus Ammonius: *nos contrariam circa te rationem tenuimus. Sæpe ex Discipulis tuis aliquos, sæpe libros vidimus, præsertim Ancoratum, quem librum,*

S. Epiphanius Constantinopoli.

Sæculum V. A. C. 401.

librum, cum aliqui vituperarent, & Hæreſis arguerent, defendimus, & Doctrinam tuam tanquam Eccleſiæ Patris tuiti ſumus. Non igitur oportebat, audita de nobis credere, & non convictos damnare, eosque qui bona de te ſentiunt, & loquuntur poſſime habere. Ad hæc S. Epiphanius mitius compellatos dimiſit.

Haud diu poſt hæc Conſtantinopoli diſceſſit, rediturus in Cyprum, ſive quod eum veniſſe pœniteret, ſive inſtantis exitus ſui dies cœlitus ipſi fuerit revelata. Navem conſcenſurus Epiſcopis, ad mare ſe deducentibus, dixiſſe fertur: *relinquo vobis urbem, Regiam, Theatrum, ego vero abeo, tempus urget, properato opus eſt.* Nempe præſagiebat ei animus, quod Inſulam Cyprum non amplius viſurus eſſet; nam in navi obiit. Dies mortis ejus nescitur. Id vero conſtat, per annos 36. Eccleſiam Conſtantienſem in Cypro rexiſſe, & ad extremam Senectutem perveniſſe. Eccleſia 12. Maji ejus Memoriam colit. Vaſtiſſima viro Sancto erat eruditio, ſed Critica non ſemper ab errore tuta. Optimæ indolis facilitas credulum reddebat, & præjudiciis capi aptum. (*)

Pall. Dial. p. 151. Hier. ſcript. Epiphan. Martyr. Rom. 12. Maji.

§. XVI.

(*) S. Hieronymus in Catalogo Script. Eccleſ. hæc pauca habet: *Epiphanius Cypri Salaminæ Epiſcopus ſcripſit adverſum omnes Hæreſes libros,*

Sæculum V.
A. C. 401.

§. XVI.

Posthumiani Testimonium.

Ceterum nullum producitur argumentum, Magnos Fratres Origenis errores defendisse, at habemus testem præsentem, qui ipsis favet; Posthumianus Gallus is est, amicus Severi Sulpicii, qui Posthumianum in hunc modum loquentem, & profectionem suam in Provincias Orientales narrantem inducit: *Septima die incolumes appulimus Alexandriam, ubi Episcopi, & Monachi indecore rixabantur; litigandi causa erat, quod Episcopi sæpius congregati in suis Conciliis decrevissent, ut nemo legeret, aut retineret libros Origenis, qui inter cæteros Sacrarum Scripturarum Interpretes eximius ferebatur. At Episcopi non nullos textus referebant, sanæ rationi non satis congruos, quos Origenis Fautores defendere non audebant, sed dicebant, hos nequitia Hæreticorum fuisse insertos, & ideo reliqua damnari non debere, cum Lectores ab aliis assuta facile possent discernere. Episcopi obstinate renitebantur, & Potestate sua usi, alios bona & mala, atque ipsum Auctorem damnare*

Sever. dial. 1.

bros, & multa alia, quæ ab Eruditis propter res, a Simplicioribus propter verba lectitantur. Supereſt usque hodie & in extrema Senectute varia cudit opera.

Sæculum V. A. C. 401.

damnare cogebant, dicentes, Libros ab Ecclesia receptos abunde sufficere, & damnandam esse librorum lectionem, magis nocituram rudibus, quam doctis profuturam.

Posthumianus subjungit: *animi acriter commoti proruperunt in Seditionem quæ cum Episcoporum Auctoritate reprimi non posset, Præfecti potestas ad conservandam Ecclesiasticam Disciplinam pessimo exemplo implorata est; Is terrore incusso Monachos in diversa sparsit; varii illi Regiones petiere, & quocunque pervenirent, Edicta contra ipsos affixa ibi Sedem eligere prohibebant. Id vero maxime dolebam, quod Hieronymus vir admodum Catholicus, & in Lege Dei versatissimus, olim Origenis opiniones secutus, jam cæteris omnibus acrius eundem, & opera ejus damnare diceretur. Nolo quemquam leviter judicare, sed ajunt, doctissimos quosque de Origenis Doctrina diversa sensisse. Sive error fuerit, ut ego arbitror, sive Hæresis, ut credunt, per pœnas ab Episcopis sæpe adhibitas extingui non potuit, sed nec tam late serpsisset, nisi eam contentionis fervor in alias orbis Partes detulisset. Hoc igitur tumultu urbs Alexandrina, cum illuc veniissem, turbabatur. Episcopus honestissime, imo majori, quam speraveram, benevolentia exceptum, etiam ut diutius manerem, tantum non coegit; sed censuimus, non hærendum esse nobis in lo-*

co,

co, *unde duriſſima perſecutio in Fratres noſtros emanabat. Nam etſi quis mihi dixerit, Monachos Epiſcopis obedire oportuiſſe, nihilominus cauſa deerat, propter quam tantam multitudinem hominum, JEſum Chriſtum confitentium, Epiſcopi perſequerentur.* Tum Poſthumianus refert, ut Bethlehemum eſſet profectus, & per ſex Menſes cum S. Hieronymo manſiſſet, cujus laborem indefeſſum, eximiam Eruditionem, zelum contra Hæreticos, atque Monachos, & Clericos tepidos, vel avaros ſummopere laudat. Hæc omnem a S. Hieronymo Origenismi ſuſpicionem removent. Sæculum V. A. C. 401.

§. XVII.

Theophilus Conſtantinopoli.

Theophilus Alexandrinus tandem, ut ab Imperatore juſſus erat, Conſtantinopolim venit; quamvis autem ſolus fuiſſet vocatus, non modicum tamen numerum Epiſcoporum ex Ægypto, imo & ex Indiis adduxit. Quadam die Jovis ad Meridiem appulit, ſtatim magno plauſu nautarum Alexandrinorum, qui frumenta Conſtantinopolim advexerant, exceptus. Ubi terram contigit, ante veſtibulum Eccleſiæ tranſiens, non intravit, ut pro more debuiſſet, atque extra urbis mœnia ad domum Imperatoris, quam Placidianam dicebant, divertit. S. Joannes

Chryſ. ep. ad Inn. Pall. Dial. p. 64. Socr. VI. c. 5.

Sæculum V. A. C. 401.

annes Chryſoſtomus Theophilo, & omnibus eum comitantibus ædes præparaverat, & inſtanter rogabat, ut his uterentur; at vero recuſarunt, & Theophilus nec eum videre, nec ei loqui, cum ipſo orare, aut ullum Communionis ſignum dare voluit. Ita per tres ſeptimanas, quibus Conſtantinopoli moratus eſt, Eccleſiam non eſt ingreſſus, quamvis S. Chryſoſtomus continuo invitaret, ut ad Eccleſiam veniret, & ad ſe inviſeret, aut ſaltem cauſam aperiret, cur ſibi ſuo adventu indiceret bellum, quod populis ſcandalo eſſet. Theophilus ad hæc omnia nihil reſponſi dedit.

Epiſt. Joan. ad Innoc. ap. Pall. p. 12.

Ipſius accuſatores, nempe Monachi quos Ægypto expulerat, S. Joannem urgebant, ut, ſicut æquitas poſtularet, judicium ferret. Imperator ad ſe accerſitum jubet, ultra portum ſe conferre, ubi ædes ſibi Theophilus delegerat, & ipſius cauſam cognoſcere, quippe violentiæ, latrocinii, aliorumque criminum poſtulabatur. At S. Chryſoſtomus adduci non potuit, ut in hac cauſa Judex eſſe vellet, tum quod Theophilum nollet offendere, maxime vero, ob reverentiam Canonum, prohibentium, ne Epiſcoporum cauſæ extra eorum Provincias judicarentur, hoc enim ſcuto ipſe Theophilus in epiſtolis ſuis, quas S. Chryſoſtomus ſervabat, ſe tuebatur.

Interim

Interim Theophilus dies atque noctes facinus meditabatur, quo S. Chryſoſtomum Sede ſua ejiceret. Jam cum Conſtantinopolim adveniſſet, aliquos ibi viros, S. Joanni infenſiſſimos invenerat. Acacius Bereenſis aliquamdiu ante illo delatus, cum ædes judicio ſuo non ſatis commodæ ſibi fuiſſent aſſignatæ, ideo factum credidit, quod a S. Chryſoſtomo contemneretur, & iram non tenens ad quosdam ejusdem Clericos dixit: *fabam Joanni cudo, qnam non poterit digerere.* Tum cum Severiano Gabalenſi, Antiocho Ptolemaideno, & quodam Abbate Syro, nomine Iſaac, per diverſas Regiones errare, & Epiſcopos calumniari aſſueto, ſocietatem iniit; ante omnia Antiochiam miſerunt, qui in mores Chryſoſtomi annis juvenilibus exhibitos inquirerent, cumque nihil mali detexiſſent, miſſis delegatis Alexandriam communicarunt conſilia cum Theophilo, qui ex illo tempore eum accuſandi occaſionem quærere non deſiit.

Sæculum V. A. C. 401.

Pall. p. 650.

Id. p. 48.

In ipſa urbe Conſtantinopolitana Theophilus non nullos S. Chryſoſtomi Adverſarios invenit, illos nempe Clericos, qui Diſciplinæ jugum impatienter ferebant. Hi erant Presbyteri duo, & quinque Diaconi, duo etiam tresve Laici in Palatio Regio, quorum conſilio militum cohor-

Pall. p. 45.

Sup. l. XX. §. 38. Theophilus Conſtantinopoli.

Sæculum V. A.C. 401.

tes Theophilo conceſſæ, ne, ſi opus foret, Potentia deeſſet, item tres primæ nobilitatis viduæ, Marſa Promoti, & Caſtricia Saturnini (ambo Conſules fuerant) uxores & Eugraphia, cujus Maritus non nominatur. Mulieres iſtas S. Chryſoſtomus ſæpe increpabat, quod cum eſſent vetulæ, juvenum more ornari delectarentur, & aſcititios crines in fronte crisparent. Epiſcopi quoque Aſiæ à S. Joanne depoſiti, vindictam coquebant. Theophilo nihil magis curæ erat, quam animos ſponte averſos acrius accendere; pecunias larga manu fundere in Clientes, menſam quotidie lautiſſimam adornare, amicos ambire, Clericis adulari, & ad majores Dignitates ſpem facere. Duo erant Diaconi, quos S. Joannes Chryſoſtomus ob admiſſa crimina Eccleſia ejecerat, unum homicidii, alterum adulterii reum. His pollicitus eſt, Ordini ſuo reſtituendos eſſe, & deinde S. Joanne in Exilium miſſo, ſtetit promiſſis. Spe iſta ſibi obnoxios ſubornavit, ut ſibi contra S. Joannem accuſationis libellos offerrent, a ſe ipſo dictatos, in quibus falſa continebantur, unico excepto articulo; nempe vitio vertebant Joanni Epiſcopo, quod omnibus ſuaderet, ut poſt Communionem aquam & paxillos ſumerent, ne cum ſaliva aliquid de Speciebus inviti rejicerent; id ipſe etiam S. Chryſoſtomus faciebat.

Socr. VI. c. 15. *Pall.* *p.* 65.

p. 66.

bat. (*) Theophilus acceptis his Libellis ad domum Eugraphiæ cum Severiano, Antiocho, Acacio, cœterisque Joannis adversariis se confert, ibi de ratione Judicii contra eum instituendi deliberant. Unus ex ipsis suasit, ut Imperatori traderetur supplex Libellus, sicque in eorum congregatione invitus comparere cogeretur. Placuit omnibus consilium, & difficile quidem erat negotium! sed nihil auro impervium. Imo sunt, qui referunt; Eudoxiam Imperatricem privato quoque dolore Joannis hostem fuisse. Joannem, cum comperisset, S. Epiphanium ab Eudoxia in se muliebri ira fuisse concitatum, ardenti ingenio non satis temperasse, & invectivam in fæminas generatim pronunciasse, qua Imperatricem perstringi populus credidisset. Hac re a malevolis ad eam delata, apud Imperatorem fuisse conquestam, & Theophilum

Sæculum V. A. C. 401.

(*) Hier geschieht eine Meldung von den Gestallten Brodes und Weins im Heil. Sacrament, welches erweiset, daß im Hochwürdigen Gut zwar die Gestallten, aber nicht mehr Brod und Wein zugegen sey; dieses Wort: Gestallten, ist dem Protestantischen Uebersetzer zuwider; er saget lieber im 4. Bande auf der 30. Seite: damit nicht etwas von dem empfangenen Brod und Weine weggeworfen würde. Das heisset betrügen, und nicht übersetzen.

Sæculum V. A. C. 401. ſtimulaſſe, ut confeſtim Concilium contra Joannem congregaret.

§. XVIII.

Concilium ad Quercum.

Locum conventui delegerunt Suburbium ad Quercum prope Calcedonem, ubi Epiſcopus erat Cyrinus Gente Ægyptius, & S. Joannis Chryſoſtomi hoſtis. Tunc cum Theophilus cum Epiſcopis a ſe adductis per Calcedonem tranſiret, Conſtantinopolim petens, Cyrinus linguam non frœnavit, ſed Joannem Epiſcopum virum impium, arrogantem, & inexorabilem vocabat, & quidem aliis Epiſcopis jucundum erat hæc audire. Ipſe vero cum iis Conſtantinopolim ire non potuit, nam Maruthas Epiſcopus ex Meſopotamia, cum temere pedem ejus calcaſſet, graviter læſerat. Quia tamen Theophilus Cyrini præſentiam in Concilio eſſe neceſſariam exiſtimabat, in quo S. Chryſoſtomus accuſaretur, in ipſius Domo Concilium indixit; præterea ibi multo liberius acturus erat, quam in urbe Conſtantinopoli, ubi ſingularem populi amorem, quo in ſuum Epiſcopum ferebatur, reformidabat. Ergo locus hujus Conciliabuli fuit oppidum ad Quercum, in quo Rufinus Palatium & Eccleſiam SS. Apoſtolis Petro, & Paulo dedi-

Sup. XIX. §. 49.

catam

catam, itemque Monasterium ædificari curaverat. Sæculum V. A. C. 401.

Illic Theophilus Episcopos suæ Provinciæ triginta sex, & quosdam alios, universim quadraginta quinque congregavit. Præcipui fuere ipse Theophilus, Acacius Bereensis, Antiochus Ptolemaidenus, Paulus Heracleensis, qui Concilio, saltem in ultimis Sessionibus, præfuit. Tunc Theophilus, ac si ea ipsi esset Auctoritas, Archidiaconum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Joannem nomine, non secus ac si Sedes vacans jam fuisset, adesse mandavit. Paruit Archidiaconus, & Clericorum plerisque in hanc factionem pertractis, Accusatoris principalis Personam in se suscepit, & 29. Articulos protulit. *Pall. p. 71. Phot. Cod. 59. in fin.* *Chrys. ep. ad Innoc. ap. Pall. p. 13.* *Acta ap. Phot.*

Imprimis se ipsum a S. Joanne fuisse excommunicatum, quod famulum ejus, nomine Eulalium, verberasset. Quemdam Monachum, cui nomen Joannes, S. Chrysostomi jussu fuisse percussum, raptatum, & catenis vinctum, sicut possessi a Dæmone solent. Ex illis aliquis fuerit, qui a Theophilo contra Magnos Fratres missi, tanquam calumniatores carceri traditi fuerant. De his & sequens articulus accipi debere videtur; viros, qui totius Ecclesiæ Communione gaudebant, ipso jubente carceri inclusos, & ibi de- *Art.* 1. 2. 19.

Sæculum V. A. C. 401.

functos, a Joanne tanto contemptu habi-
tos, ut, cum exequiæ eorum ducerentur,
comitari noluerit. Rursus accusabatur
injuriæ Clericis illatæ, quod eos appel-
5. lasset homines corruptos, ad omne sce-
lus paratos, nec trium obolorum preti
æstimandos. Item librum calumniis re-
8. fertum in eos scripsisse. Haud dubie hic
de Tractatu contra Fæminas introductas
Sup. XX. sermo est. Quod coram Clericis suis
§. 30. Diaconos tres, Acacium, Edaphium, &
Joannem accersitos accusasset, sibi Pal-
Art. 9. lium furto subtraxisse, interrogans, num
forte ad alium usum abstulissent. S. Isi-
Lib. 1. *ep.* 136. dorus Pelusiota, illius ætatis Scriptor, di-
S. Chrysosto-mus accusa-tur. cit, ornamentum hoc Episcopale, quod
ex Lana confectum, ovem in humeris Bo-
ni Pastoris significare. Item S. Chryso-
Art. 20. stomus accusabatur, quod Sanctissimo
Acacio, id est, Episcopo Bereensi, injus-
riam fecisset, nec eum alloquio fuisset
dignatus. Quod Porphyrium Presbyte-
21. rum in manus Eutropii tradidisset, pro-
scribendum. Porphyrius erat Presbyter
Antiochenus, cujus vita pessima hanc
22. pœnam merebatur. Accusabatur etiam
S. Chrysostomus quod Venerium Presby-
terum probrose tradidisset. Quod Mem-
27. noni in Ecclesia Apostolorum pugnum in
faciem impegerit vi tanta, ut percussus
sanguinem ex ore egereret, & Episcopus
6. nihilominus Sacra Mysteria offerre non
omise-

omiserit. (*) Quod S. Epiphanium Se- Sæculum V.
nem delyrantem, & parvum Dæmonem A. C. 401.
appellasset. At satis liquet, vocem hanc:
Dæmon, apud Veteres non æque ac ho-
die invidiosam fuisse. Dicebant, S. Jo-
annem contra Severianum Gabalensem 7.
conjurasse, & Decanos in ipsum conci-
tasse. Erant Decani infimi Ecclesiæ mi-
nistri, qui in sepeliendis mortuis operam
locabant. Rursus a S. Chrysostomo Co- *Epiph. ex-*
mitem Joannem Seditionis militaris reum *pos. fid. in*
fuisse proditum. Tandem Chrysostomum *fin.*
in damnandis reis sæpe vices Accusato-
ris, simulque Testis, & Judicis obiisse,
quod in causa Archidiaconi Martyrii, & *Art.* 26.
Proeresii Episcopi ex Lycia pateret. Hæc
congesta fuere, ut S. Chrysostomum su-
perbiæ, injustitiæ, & crudelitatis accu-
sarent.

Præterea crimine avaritiæ arguebatur. Multas res mobiles Ecclesiæ pretiosas, atque etiam marmoreas colum- *Art.* 3.
nas, ab Nectario Antecessore ejus ad or-
nandam Anastasiam præparatas, vendi- 4.
disse dicebatur. Rursus vendidisse ope- 16.
ra cujusdam, cui nomen Theodulus, 17.

(*) Der Protestantische Uebersetzer hat gegeben anstatt: *d'offrir les Saints Mysteres.* Die Heil. Geheimniß opfern, die Heil. Communion austheilen. Das ist nicht aufrichtig übersetzet. im 3. Bande, auf der 32. Seite.

Sæculum V. A. C. 401.

Theclæ Hæreditatem. Hæc verosimiliter Ecclesiæ relicta fuerat. Tandem addebant: *quid reditibus Ecclesiæ actum fuerit, nescitur.* In Articulis de Ordinationibus dicebant; quod Diaconos, & Presbyteros sine Altari, & multos sine bonorum morum testibus ordinasset. Una ordinatione quatuor Episcopos creasset. Quod Serapionem de patratis criminibus suspectum Presbyterum, & Antonium, quod in Sepulchris fodisset, convictum, Episcopum ordinasset. Tandem quod Episcopis a se ordinatis pensiones daret, quibus haberet obstrictos, ut se in persequendis Clericis adjuvarent. Nec mores etiam, nec Religionem S. Chrysostomi intactam relinquebant. Non nunquam, dicebant, ad Ecclesiam processit, & intravit, quin ullam orationem perageret. Vestes induit, & exuit in throno suo, & ibi pastillos manducat. Id jam prius notavimus, S. Joannem ob reverentiam post Communionem quidquam masticasse. De cœtero dispicimus, jam tunc consuetudinem fuisse ad Ministerium Altaris vestes mutare; sed forte alii Episcopi id in ipsa Ecclesia facere non solebant. Rursus querebantur: *ipsi soli Balneum calefaciunt, & postquam lavatus est, Serapion fores claudit, ne quis alius lavetur. Solus comedit, Cyclopum more vivens licentiose. Mulieres in Domum suam*

13. 13. 24. 14. 18. 10. 29. 29. 12. 28. 23. 25. 15.

Articuli Accusationis.

suam recipit, & solus cum sola agit, post- Sæculum V.
quam omnes domesticos excesse jussit. Hi A. C. 401.
sunt viginti novem illi Articuli, qui in Accusationis Libello, ab Archidiacono Joanne tradito, exponebantur.

Calumniam ultimo loco positam sine fronte affirmabant, audebantque aperte dicere, Episcopo cum muliere turpis rei consuetudinem intercedere. Ipse ut suspicionem dilueret, consensurum se ajebat, ut corpus suum inspiceretur, inde enim cognosci posse, tantis se annis juvenilibus rigoribus maceraſſe, ob quos jam, si vellet, voluptate frui non posset. Accusationis alterius, ipsum more Cyclopum vivere, causa erat, quod ad mensam neminem vocaret, & pauci domum ejus frequentarent; id vitæ genus S. Joannis inimici conferebant cum ferocia Cyclopum, quos Poetarum fabulæ hominum societatem horrentes, & singulos suis inclusos specubus, fingebant. Putabant Sanctum Virum ideo solum mensæ assidere, ut epularetur delicatius; at fallebantur, nam quia capitis æstu laborabat, nunquam bibebat vinum, nisi per æstivos calores rosis colatum. Debilis ei stomachus erat, & depravatus; cibi, qui inferebantur, nauseam creabant, sed appetebat absentia. Sæpe negotiis Ecclesiasticis, aut Scripturæ lectione occupatus, refectionis obliviscebatur, & usque ad ves-

Ep. 143. ad Cyriac. Sup. XLX. §. 7.

Homer. Odyss. IX. v. 112.

Pall. p. 102.

Sæculum V. A. C. 401.

peram durabat. Perditas illas pecunias quæ emendis dapibus impenderentur, existimabat, atque Sacrilegii genus esse, aliqua subtrahere pauperibus, & in convivas conferre. Putabat etiam inde æconomis prætextum præberi, ut commentarios suos inutilibus expensis augerent; *q.* 103. tandem in vastissima Civitate vel omnes in Dignitate constitutos, ad mensam suam vocandos esse, vel neminem. Ita de hi Palladius S. Chrysostomi amicus loquitur, at ex ipsa ejus solertia, qua hum amici morem excusat, deprehenditur fuisse insolitum, quod Hospitalitas secun 1. *Tim.* 3, 2. *Tit.* 1. 8. dum S. Paulum Episcoporum officiis ac censeretur.

§. XIX.

Episcopi cum S. Chrysostomo congregati.

Pall. dial. p. 67. Theophilo ad Quercum prope Calcedonem Conciliabulum agente, S. Joannes Chrysostomus Constantinopoli cum quadraginta Episcopis in Atrio Episcopalis domus sedebat. Stupebant omnes, & quærebant, quibus artibus Theophilus, accersitus, ut ad accusationes atroces responderet, tam brevi temporis mora Principum animos in transversum agere, & majorem Clericorum partem suæ factioni conciliare potuisset. S. Chrysostomus dicebat: *Orate, Fratres mei, & si Je-*

sum

sum Christum diligitis, nullus propter me Ecclesiam suam deserat. Nam sicut scriptum est: ego enim jam delibor, & tempus solutionis meæ instat. Præsagit animus, me post toleratas multas ærumnas e vita excessurum. Agnosco conjurationem Satanæ; bellum, quod ei meis sermonibus infero, ultra sustinere non potest. Mementote mei in vestris precibus; ita propitius sit vobis Deus! Ad hæc verba aliqui dolore obruti, & lacrymis perfusi remanebant, alii Episcopi caput, oculos, & ora osculati e congregatione abierunt.

Sæculum V. A. C. 401.

2. Tim. 4, 6.

Rogavit S. Joannes, ut redirent, tum dixit: *considete, Fratres mei! cohibete lacrymas, & cessate vestris suspiriis dolorem meum augere. Mihi enim vivere Christus est, & mori lucrum.* Nam rumor ferebatur Joannem, ob nimiam dicendi licentiam, capite plectendum. Et adjunxit: *memores estote verborum, quæ sæpius vobis dixi, hanc vitam esse brevem peregrinationem. Num Patriarchis, Prophetis, & Apostolis meliores sumus, & immortalitatem nobis deberi credamus?* Unus ex præsentibus dixit: *Lugemus, & deflemus, nos orphanos, Ecclesiam Viduam, contemptas leges, ambitionis triumphum, derelictos pauperes, & populum Doctore privatum.* S. Chrysostomus digito indice volam sinistram pulsans, quod facere solebat, cum aliquam rem altius meditaretur,

p. 68.

Philipp. 1. 21.

S. Chrysostomus.

Sæculum V. A. C. 401.

tur, respondit: *satis est, Frater mi! nobis plura addere; sed ut dixi: ab Ecclesiis vestris ne discedite! Verbi Divini Praedicatio per me non incepit, nec me extincto cessabit.* Eulysius Episcopus Apamiensis in Bithynia dixit: *Si in Ecclesiis nostris manemus, haud dubie cogemur communicare, & subscribere.* S. Chrysostomus: *communicate, ut Schisma devitetur, sed non subscribite, nihil enim mihi Conscientia exprobrat, ob quod deponi merear.*

p. 69.

Ipsis haec loquentibus, adsunt, qui indicant, advenisse a Theophilo delegatos. Jussit eos admitti, & quaesivit, quem ordinem in Ecclesia tenerent? responderunt, se esse Episcopos. Erant duo juvenes, Dioscorus, & Paulus, nuper in Libya ordinati. S. Chrysostomus rogavit, ut sederent, & causam, cur venissent, aperirent. Dixerunt: *unam epistolam habemus, quam reddimus.* Jussit, ut legeretur. Legit, mandantibus Delegatis, juvenis ex Theophili domesticis. Epistolae tenor erat: *Sanctum Concilium ad Quercum congregatum Joanni.* Itaque ne quidem Nomen Episcopi addiderant: *Accepimus Libellos contra te nobis traditos, in quibus innumera mala continentur. Veni ergo, & adduc tecum Presbyteros Serapionem, & Tigrium, his enim opus est.* Tigrius Evnuchus erat. Paulus

p. 70.

Socr. VI. c. 2. Soz. VIII.

Paulus quoque Lector vocabatur. Hac epistola recitata, Episcopi, qui S. Chrysostomo aderant, Episcopos tres, Lupicinum, Demetrium, & Eulysium, & duos Presbyteros, Germanum, & Severum miserunt, mandantes, ut Theophilo suis verbis renunciarent: *Cave, in Ecclesia Schismatis causa sis! si Nicenis Canonibus contemptis vis judicia agi, tu ipse ad nos in hanc Civitatem transi, nam prior a nobis judicandus es, quia Libelli te accusantium in manibus nobis sunt, qui, in articulos septuaginta divisi, manifesta continent crimina. Deinde Concilium nostrum numero vestrum superat; triginta sex Episcopi estis ex una tantum Provincia, nos vero ex diversis Provinciis quadraginta sumus, & septem inter nos Metropolitæ numerantur. Servamus hodieque epistolam tuam, quam ad Confratrem nostrum Joannem dedisti, non licere Episcopo extra limites Provinciæ suæ quemquam judicare.*

Sæculum V. A. C. 401.

Ep. ad Inn. apud Pall. p. 13. p. 71.

Tum S. Chrysostomus ad Episcopos suos: *ut vobis lubet, resistite; etiam mihi ad ea, quæ mihi denunciantur, respondendum est.* Et ad Theophili Legatos conversus, dixit: *usque in hanc diem ad meam notitiam non pervenit, esse aliquem, qui sciat, quædam in me reprehendenda, si autem vultis, ut coram vobis in judicio stem, ejicite ex vestro Concilio inimicos meos apertos; tum de loco, in quo judicari*

p. 72. S. Chrysostomus.

Sæculum V. A.C. 401.

ri me oportet, non contendam, quamvis sine omni dubio in hac Civitate judicandus essem. Illi ergo, contra quos excipio, sunt primo Theophilus, quem convincam Alexandriæ & in Lycia dixisse: ad Regium vado, ut Joannem deponam. Atque hoc ipsum velle, argumento est, quod mihi hucusque nec collocutus fuerit, nec communicaverit. Deinde Acacius, quem etiam judicem recuso, quia dixit: offam ipsi praparo amarulentam; ut nihil dicam de Severiano, & Antiocho, nam brevi vindicem Dei manum sentient. Virorum istorum molitiones in theatris Spectatorum risu exploduntur. Si ergo serio vultis, ut me vobis sistam, hos quatuor e Judicum numero tollite, & jubete, ut tanquam Accusatores agant; tunc ego non vestrum modo, sed totius orbis terrarum Judicium subibo. Porro scitote, etsi millies ad me miseritis, vos nihil aliud responsi relaturos.

p. 73.

Theophili Legatis vix limen egressis, adest ab Imperatore Notarius, mandatum afferens, ut Joannes in Judicio compareret cogeretur, quod Adversarii ejus petierant. Instabat Notarius, ut obediret, & postquam ei responsum, intrant duo Presbyteri, S. Chrysostomi Clerici, a Theophilo missi; nempe Eugenius, qui post hæc Episcopatum Heracleensem, perfidiæ præmium, obtinuit, & Isaac Monachus.

Isti

Isti ad S. Chrysostomum: *Concilium te vocat, ut venias, & causam dicas.* S. Chrysostomus per alios Episcopos responderi jussit: *quis vobis judicii modus? inimicos meos non expellitis, & me per meos Clericos citatis.* Mox in hos Episcopos Theophili clientes manus injiciunt, unum verberant, alterius vestem lacerant, tertium stringunt vinculis, ad S. Chrysostomum capiendum præparatis, & scaphæ impositum, abvehi jubent, omnibus, quo deferretur, ignaris. Sæculum V. A. C. 401.

§. XX.

Quæ in Concilio ad Quercum acta sint.

Hoc modo S. Joannes Chrysostomus quater citatus nihil aliud respondit. Nihilominus Episcopi ad Quercum congregati in ipsius causa ulterius progressi sunt. Cum aliquot Articulos ex illis viginti novem, quos Joannes Archidiaconus proposuerat, examinassent, Isaac Episcopus tradidit alium libellum, articulos octodecim, sed ferme eosdem continentem. His subjunxit, se ipsum a S. Joanne sæpe crudeliter habitum. S. Epiphanium noluisse cum ipso communicare propter Origenistas, nempe, Ammonium, Euthymium, Eusebium, Heraclidem, & Palladium. Nulla de Dioscoro mentio, qui Magnorum Fratrum quartus erat, *Phod. cod.* 59. c. 18. 2.

Sæculum V. A. C. 401.

erat, quod tunc jam obiisset. Præterea Isaac S. Chrysostomum accusabat: Epi-
12. copos contumeliis afficit, & domo su-
11. expelli jubet. Aliorum jura lædere no-
veretur, & in eorum Provinciis Episcopo-
15. ordinat. Dumque ordinat, Clericos no-
convocat, nec eorum consilium exquirit
Ordinavit Episcopos mancipia aliena
non manumissa, & criminis accusatu-
17. Gentiles recepit, qui multa mala Chri-
10. stianis intulerunt, hos in Ecclesia retinet
& tuetur. Populum in ipsum Concilium
9. ad Seditionem accendit. Quædam De-
14. posita vi abstulit. Dicit, ad mensam Ec-
4. clesiæ omnia esse Furiis plena. Jactan-
ter loquitur, dicens: *amo, præ amore*
5. *stulteſco!* cogatur explicare, quæ sint
6. Furiæ, quis amor, quæ stultitia? nam
nescit Ecclesia has voces. Talia in bo-
no (*) zelo dicebat, quæ ipsi vertebant
crimini. Rursus ab Isaaco accusabatur,
7. quod nimiam fiduciam peccatoribus in-
spiraret, dicens: *si iterum peccas, iterum*
pœnitentiam age. Veni ad me, sanabo
Socr. VI. te. Illud ipsum est, quod refert Histo-
6. 12. riæ

(*) Hæc verba Protestans ita reddidit: Es waren dieses ohne Zweifel einige Ausdrücke die *Chrysostomus* im *Affect* gebrauchet hätte. & non exprimit, quo affectu, bono, vel malo? Itaque hic sicut & alias sæpissime Fleurium pessime interpretatur.

riæ Scriptor Socrates, S. Chryſoſtomum auſum fuiſſe dicere: *ſi millies pœniteat, millies ad me redi.* Et ſubjungit, ipſum ab amicis ſuis, nominatim a Siſinnio Episcopo Novatianorum, ideo fuiſſe reprehenſum. Sed non apparet, S. Chryſoſtomum loqui de Pœnitentia publica, quæ ſecundum Canones unica vice concedebatur. (*) Tandem Iſaac contra S. Joannem afferebat, quod in Eccleſia proferret hanc Blasphemiam; JEſu Chriſti orationem non fuiſſe exauditam, quod non, ut debuiſſet, oraverit. Sæculum V. A.C. 401. 8.

S. Chryſoſtomus in ſuis Epiſtolis aliam quoque inſimulationem cujusdam delicti memorat, quod verbis expreſſis negat. *Multa in me*, inquit, *commenti ſunt. Dicunt, me aliquibus Communionem dediſſe, poſtquam comederant. Si hoc feci, deleatur Nomen meum ex Epiſcoporum Serie, & in libro Fidei Orthodoxæ non ſcribatur!* Quod ad illam calumniam ſpectat, quod populum ad Seditionem, præcipue contra Concilium ad Quercum, commoveret, hoc dicendi occaſionem dederint illi ſermones, quos interim S. Joannes *Ep.* 143. *ad Cyriac.*

(*) Ex his probatur Confeſſionis auricularis uſus. Nam hæc de publica peccatorum Confeſſione accipi non poſſunt, & S. Chryſoſtomus nihil confitentes utique ſanare non potuit.

Sæculum V. A.C. 401.

annes Constantinopoli pro concione dicebat. Supereſt nobis aliquis, cujus iſtud eſt exordium: *Procellam terribilem! at ſubmergi non timemus, quia fundati ſumus ſupra Petram. Nam edicite! quid nobis timendum? mori? at mihi vita Chriſtus eſt, & Mors lucrum. Exilium? Domini eſt terra, & omnia quæ in ea ſunt. Jactura bonorum? nihil intulimus in hunc Mundum; haud dubium, quod nec aufferre quid poſſumus.* Tum demonſtrat, Eccleſiam eſſe invincibilem. Nihil eſſe, quod ſe poſſit ſeparare a populi ſui amore, quem, quocunque deportaretur, ſecum eſſet circumlaturus. Denique populi in ſe affectum laudat.

To. 8. p. 259. Gr. tom. 7. p. 941.

Philip. 1. 21.

1. *Tim. 6, 7.*

Deinde ad alias calumnias, quibus impetebatur, tranſit, & ait: *dicunt de me: manducaſti, & deinde baptizaſti. Si hoc feci Anathema ſim! verumtamen* ſubjungit, *etiam S. Paulus damnandus eſſet, qui Ergaſtularium poſt Cœnam baptizavit; & dicam vero? imo dicam, damnent etiam JEſum Chriſtum, qui poſt Cœnam Diſcipulis ſuis Communionem porrexit.* Eadem hæc eſt Calumnia de qua in Epiſtola ad Cyriacum, & ideo ſic loquitur, quod tunc Evchariſtia poſt collationem Baptismi non differretur. Subjungit: *ſcitis, Chariſſimi Fratres mei, cur me velint deponere. Nempe non ſunt in atriis meis periſtromata, holoſericis non induor,*

p. 261.

S. Chryſoſtomus.

Act. 16. 33.

non

non mensam præparo parasitis. Nam pro- Sæculum V.
genies Aspidis dominatur. Supereſt Jeza- A C. 401.
bel posteritas, (*) *& adversus Eliam pug-*
nat. Postea S. Joannis Baptistæ exem-
plum affert, Martyrium, & Gloriam, ad-
ditque: *saltat etiamnum Herodias, &*
Joannis Capiti insidiatur. Tempora la-
crymarum vivimus, omnia sequuntur in-
famiam. Ubi deinde venit ad Psalmum, *Psalm.* 61.
in quo monemur, ne in Divitiis confida- 11.
mus, Davidis exemplum proponit, & di-
cit, hunc Regem non sustinuisse ab uxo-
re sua regi. Mulieres hortatur, ne ma-
ritis mala consilia suggerant. Hæc ora- *Pall. p.* 74.
tio in læsæ Majestatis crimen versa. Cre-
ditum, quod S. Joannes per Jezabel, &
Herodiadem, Imperatricem voluisset in-
dicare, & allusisset ad ejus Nomen: *Eu-*
doxia, cum diceret; omnia sequi Infa-
miam, *eis adoxian.* Tandem quod, me- *Philost. c.* 6.
morando Davidis sapientiam, sprevisset
infirmitatem Arcadii, qui ab uxore regi
se pateretur. Forte etiam per proge-
niem Aspidis notabat Imperatricem, Fi-
liam Bautonis ex Gente Francorum, qui
anno 385. Consulatum gessit; nam Pa-
tris ferociam referebat.

(*) Hic dicit Fleurius: La Grace combat encore contre Elie. Sed hoc non videtur habere ensum.

Sæculum V. A.C. 401.

§. XXI.

S. Chryſoſtomus damnatur.

Dum hæc Conſtantinopoli aguntur, Epiſcopi ad Quercum ſæpius conveniebant. Poſtquam Iſaac Epiſcopus dictos octodecim Articulos Accuſationis contra S. Joannem tradidiſſet, eorum aliquos examini ſubjecerunt; mox Articulum tertium Archidiaconi Joannis de venditione quarumdam rerum mobilium retractarunt. Hoc ſuper articulo recepta ſunt teſtimonia Arſacii Presbyterorum primi, Attici, & Elpidii Presbyterorum, quorum priores duo S. Chryſoſtomo in Sede Conſtantinopolitana ſucceſſerunt. Iidem tres cum Acacio Presbytero ſuper articulo quarto de marmore vendito teſtes fuere. Poſt hoc examen iidem Presbyteri, item Eudemon, & Oneſimus inſtabant, ut Sententia pronunciaretur.

Phot. c. 59.

Paulus Epiſcopus Heracleenſis Concilio præerat, ideo forte, quod olim hæc Sedes in Thracia fuiſſet Metropolitana, nam Byzantium Heracleæ ſuberat, antequam Conſtantinopolis diceretur. Is omnium Epiſcoporum, numero quadraginta quinque, ſuffragia collegit. Initium fecit a quodam Epiſcopo, cui nomen Gymnaſius; omnium ultimo interrogavit Theophilum Alexandrinum. Ediderunt, S. Joannem eſſe depoſitum. Tum

Sup. l. XI. §. 44.

Epiſto-

Epistolam Synodalem ad Clericos Constantinopolitanos, aliamque ad Imperatores dederunt. Geroncius, Faustinus, & Eugnomonus, tres Episcopi, qui se contra fas a S. Chrysostomo depositos querebantur, rursus singuli libellos tradiderunt. Geroncius haud dubie est ille Nicomediensis, cujus historiam retuli. Responsum deinde Imperatoris acceperunt. Ita Sessioni duodecimæ finis impositus. Sæculum V A.C. 401. *Sup. 8.7.*

Unicus S.Chrysostomum condemnandi prætextus fuit contumacia, quod quater a Concilio vocatus venire detrectasset. Epistolæ seu Responsi ad Imperatorem hoc erat initium: *Quoniam Joannes, multorum criminum accusatus, propria conscientia convictus, noluit se in judicio sistere; secundum leges depositus est. Cum autem Libelli etiam accusationem criminis læsæ Majestatis contineant, Tuæ Pietatis erit præcipere, ut ob hoc crimen expellatur; nostrum enim non est de eo cognoscere.* Totum hoc crimen erat, quod, de Imperatrice locutus, eam Jezabel vocasset. Ceterum hic dispicitur, Episcopos in hac causa non ausos fuisse judicare; nam quantumvis inique hoc Concilium pronunciaverit, nihilominus etiam zelosissimi S. Chrysostomi Defensores hos Episcopos, quod causam Læsæ Majestatis Cæsari judicandam reliquerint, minime reprehendunt. Imperator subscripsit *Socr. VI. c. 15. Soz. VIII. c. 17. Pall. p. 74.*

Sæculum V. A. C. 401

mandato, quod Concilium expetierat, ut S. Chryſoſtomus Eccleſia, & urbe Conſtantinopolitana ejiceretur. Hoc mandatum absque omni mora executi ſunt, quia S. Epiſcopus ab hoc judicio ad Tribunal magis æquum appellabat. Eccleſia expulſus eſt ab aliquo ex Comitum Ordine cum militibus adveniente, & ſub noctem omni populo Epiſcopum chariſſimum proſequente per mediam Civitatem ab aliquo officialium illorum, quos Curioſos dicebant, raptus, & in navigium conjectus, per nocturnas tenebras in Aſiam devectus eſt. Hac nocte ad domum ruralem prope Prenetem in Bithynia divertit.

Ep ad Inno. ap. Pallad. p. 15.

p. 75.

§. XXII.

S. Chryſoſtomus revocatur.

Theod. V. c. 34. Pall. p. 75. Chryſ. poſt. red. To. 8. p. 264.

At vero hoc Exilium una non plus Die duravit. Nam nocte ſequenti accidit, ut terra, & ipſum Imperatoris cubiculum valido motu concuteretur. Perterrita Imperatrix rogavit Maritum, ut S. Epiſcopum revocaret, & ipſa ad eum ſcripſit in hæc verba: *Ne credat Sanctitas tua, me quidquam de his, quæ acta ſunt, ſciviſſe. Innocens ſum a Sanguine tuo. Viri impii, & corrupti hanc conjurationem inierunt. Deus videt lacrymas, quas ei in Sacrificium offero. Recordor liberos meos tuis manibus fuiſſe baptizatos.*

tos. Mox ubi illuxit, Miniſtros miſit, qui virum ſanctum rogarent, ut celerrime Conſtantinopolim rediret, & averteret periculum. Cum vero iſti neſcirent, quo Epiſcopus ſe contuliſſet, poſt eos alii, iterumque alii, miſſi, ita ut Boſphoros illorum lembis tegeretur, qui Sanctum Joannem quærerent. Conſtantinopoli tumultu omnia fervebant; illos ipſos, qui prius S. Joanni adverſabantur, tunc miſericordia viri ſubiit, dicebantque, calumniis fuiſſe oppreſſum. Contra Imperatorem, & Concilium ſeditioſæ voces audiebantur, Theophili, & conjuratorum molitio patebat. Severianus Gabalenſis ſponte commotum populum magis irritavit, nam cum in una Eccleſiarum Conſtantinopoli pro concione diceret, credidit e re facturum ſe, ſi S. Chryſoſtomi mores vituperaret; *Etiamſi*, ajebat, *nullius criminis convictus fuiſſet, ſola viri arrogantia Depoſitionis pœnam merebatur, nam omnia alia peccata remittuntur hominibus, at ſuperbis reſiſtit Deus, ut Scriptura loquitur.* Hæc verba populum majori furore accenderunt. Jam nec in Eccleſiis, nec in foris contineri poterat, ſed inter inconditos clamores ad Palatium Imperatoris proceſſit, petens ut Epiſcopus Joannes revocaretur. Briſon Imperatoris Evnuchus miſſus, ut diligentiſſime conquiſitum re-

Sæculum V. A. C. 401.

Socr. VI. c. 18. *Soz. VIII. c.* 18.

Jac. 4. 6.

Sæculum V. A. C. 401.

duceret. Tandem S. Episcopus Prenete inventus est, quod ubi ad vulgi aures devenit, omnes Episcopo redeunti ob viam procedere, Propontidis ostia navigiis fervebant, quæ nemo non conscendebat, etiam Mulieres, proles suas brachiis complexæ. Ita S. Chrysostomus, plusquam triginta Episcopis comitantibus, quasi triumphans revectus est.

Ep. ad Innoc. p. 16.

Soc. VI. c. 16

At non statim Urbem Constantinopolitanam ingressus est, sed in Suburbio, quod *Marianes* dicebatur, moratus, excusabat, quod urbem non intraret, donec a Concilio majore fuisset absolutus. Populus omnis moræ impatiens, in ipsos Principes invehi petulanti lingua aussus S. Episcopum urbem intrare coegit. Intranti obvios se intulere, cantantes hymnos, in dilectissimi Episcopi reditum concinnatos, & ardentes cereos portantes. Ita in Ecclesiam deducunt, & quamvis maximopere reluctaretur, dicens, Sententiam contra se latam retractari debere, antequam munere Episcopali denuo fungeretur, compulerunt invitum, ut eis pacem annunciaret, & Cathedram conscenderet; tantus ardor erat, ipsum docentem auscultandi. Tum subito pronunciavit orationem, quam etiamnum habemus. Exordium ornavit similitudine, atque Ecclesiam suam Saræ, & Theophilum Regi Ægypti, vitiare eam

To. 8. p. 262.

eam volenti, contulit. Laudat populi in se affectum, gratum animum in Imperatorem testatur, & maxime in Imperatricem. Nihil eorum memorare omittit, quæ ipsa fecerat, ut reditum suum acceleraret, Epistolam ad se datam, officiosissimum nuncium redeunti ipsius Imperatricis verbis relatum, instantissimas apud Imperatorem preces, ut cito revocaretur. Hic sermo S. Joannis tanto plaudentium, & gratulantium strepitu exceptus est, ut eum absolvere non potuerit. Sæculum V. A. C. 401.

§. XXIII.

Theophili fuga.

Concilium ad Quercum necdum erat dissipatum, sed Sessio decima tertia celebrata contra Heraclidem, quem S. Chrysostomus in locum Antonini Episcopum Ephesinum ordinaverat; itaque ejus condemnatio in ordinantis probrum cedebat. Actor principalis contra Heraclidem erat quidem Macarius Episcopus Magnesianus, sed etiam Joannes Monachus, & Isaac Episcopus, libellos contra ipsum tradiderant. Accusabatur, quod aliquos innocuos verberasset, & catenis onustos per mediam Civitatem Ephesinam raptari jussisset; rursus, quod, antequam ordinaretur Episcopus, Cæsareæ in Palæstina commissi furti fuisset con-

Socr. VI. c. 17. Sozom. VIII. c. 19. Sup. §. 6. Phot. Cod. 59

Sæculum V. A. C. 401.

convictus. Cum vero Heraclides abe
set, amici ejus iniquam judicii forma
damnarunt; hanc dum Theophili S
ctatores defendunt, populus Alexand
norum rixis implicatur, & Ægyptii cu
Conſtantinopolitanis jungantur, jamq
manibus non temperant, vulnerantur
liqui, imo alii in hoc tumultu neca
Severianus, aliique Epiſcopi S. Joann
Adverſarii, timore perculſi, Conſtantin
poli auffugiunt, quisque eorum domu
feſtinat. Theophilum quoque terro
corripuit, quippe fuere, qui proclam
rent; Joannis hoſtem vivum in mar
undas projiciendum. Itaque quamv
Imperator, a S. Chryſoſtomo roga
quaquaverſum Epiſtolas miſiſſet, ut
piſcopi congregarentur, & frequenti
mum Concilium celebraretur, Theoph
lus inhorreſcente jam hyeme, media no
cte, cum Iſaaco Monacho navi ſe com
mittit, & Alexandriam fugam præcipi
tat. Antequam diſcederet, Euſebio, &
Euthymio, magnorum Fratrum duobus
qui ſupererant, reconciliatus eſt. Epiſco
pus Dioſcorus, & Ammonius haud di
ante e vivis abierant. Ammonius ad
Quercum ſe contulerat, dumque omnia
ad celebrandum Concilium præparantur,
in morbum incidit. Ante mortem va
ticinatus eſt, futuram magnam perſecu
tionem, & Schiſma, cujus Auctores mi
ſere

Ep. ad Innoc. p. 16.

sere essent perituri, postea vero Fidelium animos reconciliandos. In Monasterio, quod proximum erat, sepultus est. Theophilus mortem ejus flevit, dixitque, Ammonium omnes sui temporis Monachos virtute superasse, etsi præteritarum turbarum Auctor fuerit. Dioscorus Constantinopoli in Ecclesia S. Moci, seu Mucii terræ mandatus est. Mulieres per hujus Sancti Intercessionem jurare solebant. Sub id temporis, nempe circa annum 403, Sanctus Senex quoque Isidorus vitam posuit, annos natus octoginta quinque. Ergo Theophilus in Concilio ad Quercum Eusebium, & Euthymium excitavit, ut factorum pœnitentiam ostenderent, (*) promittens, nihil mali se illis facturum, & præterita oblivioni mandaturum. Nam in isto Concilio nulla amplius de libris Origenis mentio recurrit. Theophili Clientes Monachis acclamabant, ut veniam peterent, simulantes se quoque pro iis intercedere. Optimi Monachi, tot Episcoporum præsentia turbati, & culpam dicere, etiam cum insontes male haberentur, assueti, facile adduci potuerunt,

Sæculum V. A. C. 401.

ibid. p. 159.

Pall. Lauf. c. 21.

(*) Da übersetzet der Protestant; um denselben seine Reue über das bisherige Verfahren zu bezeugen. Es soll heissen: Daß sie eine Reue bezeugen sollten. Dergleichen Fehler giebt es eine Menge, die man Kürze halber nicht melder.

Sæculum V. A.C. 401.

runt, ut veniam rogarent. Theophilu
ſupplices lubenti animo recepit, & ſua
Communionem iisdem reddidit. H
jurgiorum cum Monachis Scetienſibu
finis fuit. At vero facillima hæc Recon
ciliatio multorum odium in Theoph
Sox. V. 17. lum exacuit, eo magis, quod non ampliu
Origenis Libros legere refugeret. Qui
rentibus, cur jam libros in pretio habe
ret, quos damnaſſet, reſpondebat: *Ori
genis Libri mihi pratum ſunt, ex quo mu
la habita ſpinarum ratione flores colligo.*
Itaque Theophilo, & ſuæ Factionis homi
nibus, fuga ablatis, S. Chryſoſtomus po
pulo multo quam ante carior, in pace
remanſit, & omnes functiones ad munus
Epiſcopale pertinentes peregit. Epiſco
pum Heracleenſem Diaconum Serapio
nem, quo neminem magis inimici ejus
oderant, ordinavit.

§. XXIV.

S. Nilammon.

Sox. VIII. 6. 19.

Theophilus in Ægyptum perveniens
ita ferente fortuna ad modicam ur
bem, quam Geres dicebant, quinquagin
ta ſtadiis, ſeu duabus Leucis, & media
Peluſio diſtantem, appulſus eſt. Illius
loci Epiſcopo fatis functo, cives Succeſ
ſorem ei elegerant Virum ſanctum, cui
nomen Nilammon, quod is ſupremam
vitæ Monaſticæ perfectionem attigiſſet.

Extra

Extra civitatem degebat, incluſus cellulæ, cujus aditum educto muro clauſerat. Cum Epiſcopatum ſuſcipere recuſaret, acceſſit ad eum Theophilus, ſuaſitque, ut ſe civium ſuorum voluntati ſubjiceret, & ordinationem a ſuis manibus reciperet. Poſtquam Nilammon ſæpius renuiſſet, videns, Theophilum a propoſito non dimoveri, dixit: *Craſtina, Pater mi! quod tibi placuerit, facies, permitte, ut hodie res meas componam.* Theophilus altera die, ut convenerat, rediit, juſſitque, ut oſtium aperiret, Nilammon reſpondit: *Oremus prius!* Theophilus: *Opportune mones.* Et cœpit orare. Ita dies tranſiit. Igitur Theophilus, & qui cum ipſo extra Cellulam erant, poſtquam diu exſpectaſſent, Nilammonem elata voce compellarunt; ipſe non reſpondebat. Tandem dimotis lapidibus, & aperto oſtio, invenerunt exanimum corpus. Iſtud igitur veſtibus pretioſis indutum totius Civitatis expenſis ſepelierunt. Supra ejus monumentum Eccleſia ædificata, & ſingulis annis obitus dies magna ſolemnitate celebrata. Eccleſia hujus S. Viri memoriam ſexta Jan. agit. Sæculum V. A. C. 402. *Martyr. Rom. 6. Jan.*

§. XXV.

Concilium Milevitanum primum.

In Africa Concilium Milevitanum ſexto Kalendas Sept. duobus Imperatoribus

Arca-

Sæculum V. A. C. 402.

Arcadio, & Honorio quinto Consulibus seu 27. Aug. anno 402. celebratum. Aurelius Carthaginensis cum Xantippo Numidiæ Primate, & Nicetio Mauritaniæ Sitifiensis Primate præerat. In eo statutum, ut secundum antiquam consuetudinem Episcopi posteriori tempore ordinati Senioribus suis cederent. Huic Canoni condendo ansam dedisse videtur disceptatio inter Xantippum, & Victorinum ob Primatum Numidiæ exorta. Ex una Epistola S. Augustini discimus Victorinum tanquam Primatem Concilium non solum ex Numidia, sed etiam ex Mauritania voluisse convocare, atque Xantippum Episcopum Tagosanum ideo de Primatu cum eo contendisse, quod ipse in Episcopatu senior esset. Quippe in Africa Primatis Dignitas Episcopo inter cœteros ordinatione antiquiori, non autem loco, utpote sæpius exiguo oppido, tribuebatur. Concilium Milevitanum etiam decernit, ut Ceræ & tabulæ Numidiæ in loco primæ Sedis, nempe tunc Tagosæ, & in Metropoli Civili, nempe Constantinæ, quæ olim Cirtha dicebatur, asservarentur, atque ne imposterum dubium esse possit de Ordinationis die, quam in his tabulis inveniri oportebat, jubet Concilium, ut Episcopi in Provinciis Africæ ordinandi Epistolas ab Ordinantibus accipiant, eorum manu signa-

Dion. Exig. n. 85.

Dion. n. 86. Ferrandi brev. n. 78.

Ep. 59. al. 217. ad Vict.

n. 89. Ferr. n. 10.

signatas, in quibus dies, & Consul, id est, annus, notetur. Sæculum V. A. C. 402.

In hoc Concilio id quoque decretum, ut qui vel unica vice in aliqua Ecclesia Lectoris Officio functus esset, in alia Ecclesia inter Clericos suscipi non posset. Huic Canoni occasionem dedisse videtur Severus Episcopus, qui aliquem, Timotheum nomine, vendicare sibi volebat, quamvis sæpius in Diœcesi S. Augustini Lectoris munus obiisset. Maximinus Episcopus Bagajanus, seu Vaginensis, a Schismate Donatistarum ad Ecclesiam conversus, paratus erat amore Pacis Episcopatu cedere. Concilium abdicationem ratam habet, jubetque, per litteras ipsi, & ipsius Populo significari, ut ipso discedente alius Episcopus sufficiatur. Ad id muneris electus est Castorius Maximini frater. SS. Augustinus, & Alipius Epistolas ad eum dederunt, in quibus hortantur, ut hoc Munus acceptet, & ut amore Dei omnes hujus Sæculi spes abjiciat. Quod videtur indicare, fuisse simplicem Laicum. In mandatis dedere, ut ei litteræ non prius redderentur, quam eum populus suus teneret; haud dubie ne fuga elaberetur.

n. 90. *Aug. ep.* 62. & 63. *al.* 240. 241.

n. 88. *Ep.* 69. *al.* 138.

§. XXVI.

Sæculum V. A. C. 403.

§. XXVI.

Concilium Carthaginense.

Dion. Exig. n. 90. Anno sequenti circa idem tempus Carthagine Concilium Generale ex omnibus Africæ Provinciis Nono Kalendas Sept. Theodosio juniore, & Rumoride Consulibus, id est 24. Aug. anno 403. celebratum, cui Aurelius Episcopus Carthaginensis præfuit. Is Conventum auspicatus, dixit; cum jam ultra mare delegati rediissent, oportere, ut de Actis Concilio rationem redderent, *& quamvis heri*, adjecit, *quæ egerint sollicite examinaverimus, cum tamen nulla Acta fuerint conscripta, hodie, quæ heri fecimus, Actis Ecclesiasticis confirmanda sint.*

Sup. §. 13.

Dion. n. 68. Conjicere licet, non aliam hanc Legationem fuisse quam Concilii, 13. Sept. anno 401. acti, ad Anastasium Papam, & Episcopos ultramarinos, ut Donatistas conversos in Ordine Clericali conservare liceret. Responsum, quod Legati attulerant, ab Innocentio Papa datum fuerit, necesse est, quippe Anastasius Papa obiit anno 402. sub finem Mensis Aprilis, postquam sedisset annos tres, & dimidium. Ferunt ipsum decrevisse, ne illi, qui ab ultramarinis venirent, sine testimonio scripto quinque Episcoporum inter Clericos adscribi possent; quia nempe hujus Pontificis ætate non nullos Manichæos

Lib. Pontif.

Sup. XX. §. 50. *v.* Pagi *an.* 398. *n.* 2.

nichæos Romæ deprehendere fuit. S. Hieronymus hujus S. Papæ Virtutes ſummis laudibus exornat, præcipue vero paupertatem, quam vocat opulentiſſimam. Eccleſia ipſius Memoriam 27. Aprilis colit. Elapſis ab ejus obitu tribus Septimanis, Papa electus eſt Innocentius, qui ſacram Sedem annis quindecim tenuit. Ipſo igitur Romæ ſedente, Legati Concilii Carthaginenſis in Africam redierunt.

Sæculum V. A. C. 403. Innocent. I. Papa. *S. Hier. ep.* 16. *ad Princ.* *c.* 4. *ep.* 8. *ad Demetr. c.* 8. *Mart. Rom.* 27. *Apr.*

Antequam publice ad Concilium referrent, mandata Epiſcoporum Delegatorum, qui in hoc Concilio anno 403. 24. Aug. præſentes erant, examinata fuere. Quatuor Legati ex Africa Byzacena, & duo ex Mauritania Sitifienſi Epiſtolas ſuas exhibuerunt, quæ lectæ, & Actis inſertæ ſunt. Iſti Legatorum Mauritaniæ Cæſarianæ abſentiam excuſarunt, dicentes, quod Epiſtolam Convocationis, quæ Tractoria dicebatur, ſero accepiſſent, *At vero*, ſubjunxerunt, *tamen venient, & nullatenus dubitamus, quin in ea, quæ in hoc Concilio interim acta fuerint, conſenſuri ſint.* Nulli ex Provincia Numidiæ aderant Legati, ſed ſolum tres Epiſcopi, S. Auguſtinus, Alypius, & Poſſidius. Hujus rei cauſam eſſe dixit Alypius, quod Epiſcopi ob tumultum Tyronum militarium a ſuis Civitatibus abeſſe non poſſent. Hi Tyrones fugitivi fuiſſe creduntur, contra quos

Concilium Carthaginenſe.

Sæculum V. A. C. 403.

aliquæ Honorii Leges, anno hoc 40[illegible] datæ leguntur; in earum una incolis Pr[illegible] vinciarum potestas fit, ejusmodi graſſ[illegible] tores meritis pœnis coercendi; illi a[illegible] tem excipiuntur, qui ante breve tem[illegible] pus militiæ adſcripti fuiſſent, ſed ad c[illegible] hortes ſuas vi adhibita reduci jubentu[illegible] Alypius ad Aurelium ſermonem proſ[illegible] cutus, dicebat: Epiſtolam Sanctitat[illegible] tuæ S. Seni Xantippo reddidi, jamqu[illegible] propoſitum erat Synodum convocare, d[illegible] deligere Epiſcopos, qui huc mitterentur; cum vero ipſi deinde de tumultu Deſer[illegible] torum ſcripſiſſem, datis litteris excuſa[illegible] vit, quod venire non poſſent. Aurelius dixit: *Non eſt dubitandi cauſa, quin Co[illegible] fratres noſtri ex Numidia, ſi Comm[illegible] hujus Acta acceperint, conſenſuri ſint, & Decreta executuri. Meum eſt, ut de bis, quæ acta fuerint, ad ipſos referam. Quod ad Fratres noſtros Tripolitanos ſpectat, intellexi, ipſos delegaſſe Fratrem noſtrum Dulcitium, ipſumque jam Navigium con-ſcendiſſe; ergo credendum, ipſum ventis contrariis diſtineri. Itaque, ſi vobis vi-deatur, ad eos quoque Decreta noſtri Con-cilii mittemus.* Omnibus, quæ Aurelius dicebat, probabantur. Hic diſtincte Conciliorum Generalium Africæ modus obſervari poteſt. Epiſcopus Carthagi-nenſis ad omnes Primates convocationis litteras mittebat, ſinguli etiam Prima-

L. 14. C. Th. de Deſert.

tes

tes suas dabant, quibus Concilium suæ Provinciæ convocabant; in iis deinde Legati vel plures, vel pauciores pro illius Provinciæ amplitudine deligebantur. Aliquorum absentia excusabatur, atque Episcopus Carthaginensis Decreta Concilii ad eos mittebat, quæ suo consensu firmarent. Sæculum V. A. C. 403.

His ita constitutis, in Concilio Carthaginensi decretum, ut quilibet Episcopus in sua Civitate se ad Episcopum Donatistam conferret, (*) aut Episcopum vicinum Socium adhiberet; præterea Magistratus, vel Seniorum cujuslibet oppidi auctoritatem imploraret. Ut vero omnibus idem esset agendi modus, in Concilio Formula prælegi jussa, quam Episcopi Magistratibus insinuarent, & peterent, ut vi mandati Prætorio Præfecti Donatistis indicaretur. Formulæ hujus summa erat: *Auctoritate nostri Concilii in Dilectione Christiana vos invitamus, ut deligatis aliquos, quibus Causæ vestræ Defensionem committatis, sicut & nos ex parte nostra aliquos deligemus, ut cum ipsis tempore, & loco designato quæstionem, ob quam Communione separamur, examinent. Si consenseritis, vincet veri-* *Dion. Exig. n. 91.*

(*) Nempe in plerisque Civitatibus tam Catholici, quam Donatistæ suos habebant Episcopos.

Sæculum V. A. C. 403.

tas, si recusatis, cunctis constabit, vos causæ vestræ diffidere.

§. XXVII.

Acta cum Donatistis.

Aug. III. cont. Cresc. c. 45.

Aliqui ex Donatistis, ut ejusmodi colloquia haberentur, petierant; nam quoties Episcopi Catholici urgebant, ut se converterent, dicebant; *Cum Episcopis nostris res pertractanda est; ardenter cupimus, colloquium institui, in quo veritas cognosci possit.* Cum autem Catholici, celebrato Concilio Carthaginensi, hoc consilium eorum Episcopis aperirent, nihil sincere, sed contemptim respondebant. Crispinus Episcopus Donatista Calamensis a Possidio ejusdem Civitatis Episcopo Catholico coram Magistratu interpellatus, rem ad Concilium differendam esse dixit, in quo cum Collegis suis deliberaret, quid esset respondendum. Satis diu post hæc, Catholicis rursus instantibus, respondit, datis coram judice litteris, in quibus continebantur Scripturæ textus, nihil ad rem facientes, nisi quod asperum in Catholicos animum proderent. Ergo omnes hunc Donatistarum Episcopum, & litteras ejus ridere, & eo magis, quod Possidius juvenis esset, & ante breve tempus Episcopus electus, ex Clericis, & Monasterio S. Augustini assumptus, econtra Crispi-

Sæculum V. A. C. 403.

Crispinus vir Senex, quem suæ Sectæ homines haud vulgariter doctum crediderant. Paucos post hæc dies cum Possidius iter faceret, Diœcesin suam visitans, & contra hæresin pro Concione dicens, alius Crispinus Presbyter, & Episcopi illius propinquus, viros armatos in insidiis dispositi, qui transeunti imminerent. Jamque Possidius in cassas ibat, sed ab amicis monitus, in vicinam domum se recepit. Adest Crispinus, & ædes has obsidet; lapides injiciuntur, ignis subjicitur. Domestici repellendæ vi impares, enixe rogare, ut sibi parceretur, & flammas extinguere. Crispinum nihil ab incepto dimovere potuit, fores effringuntur, vulnerantur equi in infima domus parte stabulantes, ex conclavi superiore Possidius descendere cogitur, verberatur, indigne habetur. Tandem Crispinus, victum se precibus aliorum simulans, prohibuit, ne quid mali ultra ei inferretur. At equi, & quidquid præterea habebat, raptoribus in prædam cessere.

Poss. vita Aug. n. 12.

Aug. III. cont. Cresc. c. 47.

Donatistæ.

Hoc facinore ad urbem Calamensem fama publica delato, exspectabant omnes, Episcopum Crispinum severissime in suum Presbyterum animadversurum, atque ut id faceret, per viam juris aliqui postulabant; ipse omnia dissimulavit; imo Donatistæ ferocius moveri cœperunt,

Sæculum V. A. C. 403.

runt, ita ut etiam libertas per vias pu-
blicas commigrandi adimeretur. Tum
Catholici legum rigorem, cum hucusque
his hominibus peperciſſent, adhibendum
crediderunt. Criſpinus Epiſcopus, per-
ſequente Eccleſiæ Defenſore, damnatus
eſt, ut mulctam decem librarum auro-
rum, pœnam hæreticis a Lege injunctam,
ſolveret. Ab hac ſententia appellavit ad
Proconſulem, & coram eo comparuit,
dicens, ſe non eſſe Hæreticum. Ut au-
tem Hæreticus eſſe convinceretur, S. Au-
guſtino Auctore ad ſingulare colloquium
ambo Epiſcopi Calamenſes Poſſidius, &
Criſpinus condixerunt; poſtquam coram
magna populi multitudine Carthagine
tribus vicibus diſputatum, Proconſul
Criſpinum Hæreticum pronunciavit, (*)
&

(*) Dieſe Begebenheit hat eine Bewandtniß mit dem, was in Frankreich geſchieht, da die weltlichen Parlamente die Befugniß behaupten, die Biſchöffe zu ſtrafen, denſelben ihre zeitliche Güter zu entziehen, und andere Geiſtliche ins Elend zu verſchicken, wenn ſie denjenigen, ſo ſich der Conſtitution Unigenitus nicht unterwerfen, im Todbett die heil. Communion zu reichen verbiethen. Jedoch iſt ein merklicher Unterſchied, daß hier der Proconſul erkläret, Criſpinus ſey ein Ketzer, und zu der Buß der zehn Pfund Goldes verurtheilet, aber erſt nachdem er in einer Unterredung von 2. Biſchöffen der Ketzerey iſt überführet worden; da

& ad mulctam decem librarum aurea- Sæculum V.
rum secundum Legem Theodosii con- A. C. 403.
demnavit; verum Possidio intercedente
ad solutionem non est coactus. Appel-
lavit ad Imperatores, semper negans, se
hæreticum esse, (*) & advenit Rescri-
S 4 ptum,

da hingegen die Parlamente selbst Richter seyn wollen.

(*) Non potest dari Schismaticus, qui non eo ipso Hæreticus sit, nam qui ab Ecclesia separatur, Ecclesiam non audit; dicit vero Christus: *Si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* Matth. XVIII.

Donatistis improperabat S. Augustinus (Epist. 166.) *Vos dicitis, propter Traditores, quos non ostenditis, remansisse Ecclesiam Christi in sola Africa partis Donati, quod non de Lege, non de Propheta, non de Psalmo, non de Apostolo, non de Evangelio, sed de corde vestro, de Parentum vestrorum calumniis recitatis.* Addit ad hunc textum Cardinalis Gotti, in vera Ecclesia Christi, *Protestantes calumniantur Ecclesiam Romanam apostatasse cum ceteris suæ obedientiæ, propter scelera, & errores, quos non probant; & effutiunt veram Ecclesiam remansisse in Waldensibus, & Albigensibus, inde restitutam a Luthero, & Calvino. Quod tamen non ostendunt nec de Lege, nec de Prophetis, nec de Scripturis, cum nullibi enuntiatum sit Ecclesiam Apostasiam, vel Eclipsim pati debere, inde renovandam, & restituendam a quopiam istorum.*

Sed

Sæculum V. A. C. 403.

ptum, octava Dec. 405. datum, quo declaratur, ideo Donatiſtas ad pendendam hanc mulctam damnari, quod Hæretici eſſent. Judex quoque, & Scribæ ejus ad eandem pœnam pecuniariam condemnabantur, quod Criſpinum ad ſolvendam mulctam non compuliſſent. At Epiſcoporum Catholicorum, præſertim S. Auguſtini precibus effectum, ut omnibus pœna condonaretur, quod non parum ad converſionem Hæreticorum contulit.

L. 39. C. Th. de Hæret.

II. cont. litt. Petil. c. 83.

Haud diu antea idem Criſpinus Calamenſis cum prœdium, quod Mapale dicebatur, contractu Emphiteutico acquiſiiſſet, tantum Colonis Catholicis terrorem incuſſerat, ut omnes coegerit peti, Baptiſmum in ſe iterari, etiamſi id Legibus fieri prohiberetur. S. Auguſtinus id ei exprobravit, data Epiſtola, in qua dicit: *Si Mapalienſes ſua voluntate veſtram Communionem amplexi ſunt, audiant nos jam utrinque diſputantes, ſcribantur,*

Tot. Tit. ne ſanct. Bapt. Donatiſtæ.

Sed etiam nunquam exſtiterunt Schiſmatici, qui non in aliquem errorem hæreticum lapſi eſſent; nam quibus deficit recte credendi Regula, neceſſe eſt, ut a Fide aberrent. Exemplo terribili eſt Tertullianus, qui ubi a Catholica Eccleſia defecit, Montaniſtarum deliria amplexus eſt. Cæterum, ut alia taceamus, Donatiſtæ Hæretici erant, quod rebaptizarent.

bantur, quæ dicemus, & postquam scripse- Sæculum V.
rimus, in eorum linguam punicam trans- A. C. 403.
ferantur, & tunc a potentiæ vestræ timore liberi, quod placuerit, eligant. Si, quæ dicenda sunt, isti capere non possunt, quis excuset temeritatem tuam, qua simplicium hominum ignorantiæ illusisti? Si dicas, inter illos, qui ad nostram Communionem transierunt, non nullos, ut facerent, a Dominis suis fuisse metu adactos, eadem industria utamur, audiant nos disceptantes, tum, quod melius videbitur, sequantur. Si renuis, quis non videat, te nihil præsidii a veritate exspectare?

Hippone S. Augustinus Episcopum Donatistam Proculejanum ad colloquendum invitavit; is primo respondit, ipsos Concilium convocaturos, in quo deliberarent, quid responderi oporteat. Postea monitus, ut promisso staret, noluit amice colloqui. Hæc omnia ex actis judicialibus constabant. Tunc vero S. Augustinus ad Donatistas Laicos dedit Epistolam, in qua statum quæstionis compendio exponit, atque facta præcipua recenset ad eam resolvendam; in Epilogo hæc habet; *Respondeant ad hæc argumenta Episcopi vestri saltem vobis Laicis, si nobis loqui non dignantur, vel non audent; vos vero, si salutem vestram amatis, diligenter pensate, quid causæ subesse possit, cur Colloquia nostra fugiant.* *Ep. 88. al. 68. n. 7.* *Ep. 67. al. 171.*

Sæculum V. A. C. 403.

Si inter lupos convenit, Paſtoribus non respondere, heu perditæ ſunt oves, quæ luporum ſpeluncis appropinquant! Tandem Epiſcopi Donatiſtæ in omnibus locis eandem excuſationem objecerunt, & quotiescunque ad amicum colloquium invitabantur, dicebant, ſibi cum peccatoribus colloqui non licere. Circumcelliones in rabiem agebantur, quod S. Auguſtinus ingentem Donatiſtarum numerum ad Eccleſiæ ſinum reduceret; ibigitur pro more, ut populos viſitaret, & doceret, ad Parœcias egredienti, inſidias ſæpius ſtruxerunt. Accidit, ut quadam die manus eorum fortuito effugeret, nam viæ dux aberravit, & imprudens nolensque a via publica, ubi Donatiſtæ Auguſtinum tranſiturum operiebantur, deflexit. Ubi id reſcivit S. Auguſtinus, pro errore ſalutari Gratias Deo egit.

Ep. 105. *al.* 166. *c.* 4. *n.* 13.

Poſſid. c. 12. *Aug. Enchir. c.* 17.

§. XXVIII.

S. Hieronymus, & S. Auguſtinus diſſentiunt.

Sup. l. XIX. §. 41. *Ep.* 28. *al.* 8.

Ad hoc tempus referenda eſt S. Auguſtini, & S. Hieronymi in explicatione S. Scripturæ diſſenſio, quæ niſi inter viros ſummæ virtutis extitiſſet, charitatis jacturam attuliſſet. Alypius ex Palæſtina redux, cum quædam de S. Hieronymo, quem ibi viderat, retuliſſet, S. Auguſti-

Sæculum V. A. C. 403.

gustinus dedit ad eum Epistolam, officiosæ amicitiæ indiciis plenam, omnium Africæ Ecclesiarum Nomine rogans, ut potius vertendis Græcis Scripturæ Interpretibus operam daret, quam ipsum textum Hebraicum latine redderet, nec crederet, se id majori peritia facturum, quam illi, qui eam ex Hebraico in Græcum jam antea transtulissent. Sed hortatur, ut tantum diversitatem verborum in Hebraico, & in Interpretatione Septuaginta Græcorum indicaret, quod in librum Job jam fecerat. Deinde dicit, sibi non probari Interpretationem, qua S. Hieronymus illum locum explicaret Epistolæ ad Galatas, ubi S. Paulus memorat, se S. Petro in faciem restitisse, quia in eo esset reprehensibilis, quod cum Gentilibus conversis non comederet, ne Judæis offensæ esset. Nempe S. Hieronymus dicebat, ambos Apostolos solummodo simulatione, quam charitas suggessisset, inter se contendisse; S. Petrum, quamvis sciret, Gentiles non esse immundos, ab eorum convivio tamen abstinuisse, ne Judæorum animos a suscipiendo Evangelio averteret, & S. Paulum eidem publice repugnasse, quamvis sciret, ipsum non errare, nec voluisse ipsius facta corrigere, sed sub istius Reprehensionis specie alios Judæos docere, & ab errore revocare credentes, Legalium obser-

Gal. 2. 2.

Sup. I. §. 33.

in Ep. ad Gal. c. 2.

Sæculum V. A. C. 403.

observationem esse ad salutem necessariam. S. Augustinus affirmat, hoc interpretandi genus totam S. Scripturæ Auctoritatem subvertere. *Si enim liceat*, inquit, *mendacia officiosa admittere, & dicere, S. Paulum in hoc loco contra mentem fuisse locutum, & de S. Petro dixisse, fuisse reprehensione dignum, cum non esset, nullus jam erit textus, cujus vis simili responsione non possit eludi. Hæretici, qui Matrimonium damnant, dicent, illud S. Paulum tantum ideo dilaudasse, ut primorum Fidelium infirmitati parceret. Et sic de reliquis.*

Ep. 28. *n.* 1. *ep.* 40. *n.* 8. 71. *n.* 2.

S. Augustinus hanc Epistolam scripsit adhuc dum Presbyter circa annum 395. eamque ferendam dedit uni amicorum suorum, cui nomen Profuturus, profectionem in Palæstinam cogitanti; sed ecce! dum itineri accingitur, eligitur Episcopus, & brevi post tempore mortuus est; itaque tunc illa Epistola S. Hieronymo non fuit reddita. Post hæc cum S. Augustinus in calce cujusdam Epistolæ S. Hieronymum suo nomine salutari jussisset, S. Hieronymus ad eum dedit Epistolam anno 396. quam Subdiaconus, nomine Asterius, detulit. Hæc Epistola desideratur; sed ea S. Augustino occasionem præbuit, ut iterum S. Hieronymo scriberet, atque eadem propter ejus explicationem Epistolæ ad Galatas

Ep. 40. *al.* 9.

vehe-

Sæculum V. A. C. 403.

vehementius objiceret, nam sciebat primam suam Epistolam ad ejus manus non fuisse delatam. Hanc scripsit circa annum 397. cum jam Episcopus esset, atque sub idem tempus S. Hieronymus alteram ad eum dedit, ferente Presidio Diacono, antequam S. Augustini Epistolam accepisset; nam secundæ ipsius ad S. Hieronymum Epistolæ sors pejor fuit, quam primæ. Paulus, qui eam ferendam receperat, timens maris discrimina, noluit navigio se committere, & cum Epistolam S. Augustino, a quo acceperat, reddere debuisset, ejusdem exscriptæ exempla aliis distribuit; ita factum, ut illa Epistola Romæ, & in Italia, ad multorum manus deveniret, eamque Diaconus Sisinnius, in quadam Maris Adriatici Insula inventam, S. Hieronymo afferret. Pupugit hæc res S. Hieronymum, qui querebatur, S. Augustinum contra se librum scripsisse, eumque Romam misisse. At S. Augustinus hoc comperto ad eum dedit Epistolam, testans Deum, id a se non factum, rogavitque, ut sibi scriberet. Id circa annum 402. accidit. S. Hieronymus hanc Epistolam accepit, cum Subdiaconus Asterius jam ad reditum esset accinctus; ergo ei ferendum tradidit responsum, in quo S. Augustinum rogat, ut ediceret, an Epistolæ, cujus exemplum ad se Diaconus Sisinnius attulisset,

Ep. Hier. 98. *ap. Aug.* 39. *al.* 17.

S. Hieronymus & S. Augustinus.

Ep. 67. *al.* 12.

Hier. ep. 91. *ap. Aug.* 68. *al.* 13.

Sæculum V. A. C. 403.

liſſet, ipſe revera Auctor eſſet, *Ne forte*, inquit, *ſi reſponſo meo offendaris, juſta tibi conquerendi cauſa ſit, quod reſponderim tibi, antequam certo ſcirem, an ſcripſeris.* Simul ipſi Apologiam ſuam contra Rufinum miſit.

Ep.71.al.13. S. Auguſtinus, hac Epiſtola necdum accepta, uſus opera Cypriani Diaconi in illam Regionem proficiſcentis rurſus ad S. Hieronymum ſcripſit anno 403. miſitque etiam tres Epiſtolas antea ad ipſum datas, quas Profuturo, Paulo, & cuidam alteri, ferendas commiſerat, ſciens, ipſum primam non accepiſſe, & dubitans, an poſteriores duæ fuiſſent redditæ. In iſta Epiſtola numero quarta iterato hortatur, ut potius emendandæ antiquæ Verſioni S. Scripturæ, quam novæ Interpretationi ſtudium impenderet. S. Hieronymus ſub idem tempus aliam Epiſtolam ad S. Auguſtinum dedit, antequam iſtam accepiſſet; in ea iterum reſpondet ad tertiam, quam nos inter S. Auguſtini Epiſtolas loco ſexageſimo ſeptimo ponimus, & conqueritur de illa, quæ in Italia vulgata fuerat, nempe quadrageſima. S. Auguſtinus, cum afferente Aſterio accepiſſet priorem S. Hieronymi Epiſtolam, quam nos inter ipſius Epiſtolas nonageſimam primam, & S. Auguſtini ſexageſimam octavam, numeramus, intellexit, S. Hieronymum offenſum fuiſſe ſua Epiſtola;

Ep.92. ap. Aug.72. al. 14.

Sæculum V. A.C. 403.

ſtola, quæ in Italia ad multorum notitiam deveniſſet; idcirco ſcripſit ad eum circa annum 404. epiſtolam ſeptuageſimam tertiam, in qua perſuadere ſummopere conatur, non fuiſſe timendi cauſam, ne ipſius reſponſum vitio verteret. De disceptatione inter S. Hieronymum, & Rufinum, magna Charitate mentionem facit, dicens, ſibi hoc exemplum metum incutere; atque ſatius eſſe nunquam de Doctrina diſputare, quam Charitatem lædere. Hanc epiſtolam miſit ad Epiſcopum Preſidium, qui eam S. Hieronymo redderet, &, miſſis ſimul priorum epiſtolarum tam S. Hieronymi, quam ſuarum exemplis, rogat Epiſcopum, ut ſe moneret, ſi quid ipſi in hac agendi ratione diſpliceret.

ep. 73. *al.* 15.

c. 3. *n.* 9.

ep. 74. *al.* 16.

§. XXIX.

SS. Hieronymus & Auguſtinus, quid ſentiant, explicant.

Tandem S. Hieronymus Diacono Cypriano ferente tribus epiſtolis S. Auguſtini, vigeſima octava, quadrageſima, & ſeptuageſima prima acceptis, ad Quæſtiones, quæ movebantur, reſpondit. Præcipua erat illa, de explicatione Epiſtolæ ad Galatas. Hæc epiſtola apud S. Hieronymum octogeſima nona, & apud S. Auguſtinum ſeptuageſima quinta eſt. S. Hieronymus opinionem ſuam Auctoritate

Ep. Hier. 89. *ap. Aug.* 75. *al.* 11. *n.* 3.

Sæculum V. A.C. 403.

tate Origenis, aliorumque Interpretum Græcorum, quos secutus est, defendit. De S. Joanne Chrysostomo tanquam non amplius Episcopo Constantinopolitano loquitur, quod indicium est, hanc epistolam sub finem anni 404. fuisse scriptam. Huic præcipue fundamento innitebatur, S. Petrum non potuisse ignorare, post promulgatum Evangelium neminem ad observandam Legem veterem teneri, cum ipso potissimum Auctore Concilium Jerosolymitanum condidisset illud Decretum, quo decidebatur, Legem non amplius obligare. Rursusque S. Paulum operam Legis Cæremonialis impleviisse, quotiescunque timuisset, ne alias Judæis scandalum daret, nempe quando Timotheum circumcidit, cum sibi in Cenchris caput totondit, quando Jerosolymæ cum aliis quatuor Nazaræis sacrificavit. Ergo nihil causæ fuisse, cur S. Petro quidquam exprobraret. S. Augustinus respondebat, S. Paulum nonnunquam opera Legis perfeciisse, ut ostenderet, hanc a se non rejici tanquam malam, sed solum post JEsu Christi adventum ad Salutem non amplius necessariam, & se S. Petrum ob eam tantummodo causam reprehendisse, quod sua agendi ratione ansam credendi omnibus præberet, has Legis Cæremonias esse necessarias. S. Hieronymus reposuit: *ergo bene facerent Judæi, si post acceptum*

Act. 16. 1. 18. 18. 21, 20.

ep. 40. *c.* 4.

ep. 75. *n.* 15.

ceptum Evangelium legem etiamnum ſervarent, ſi Sacrificia offerrent, ſi circumciderentur, ſi Sabbatum ſanctificarent. Ita in Hæreſin Cerinthi, & Ebionis relabimur, qui Cæremonias cum Evangelio commiſcuerunt. S. Hieronymus ad hanc epiſtolam mittendam unacum præcedenti, ſeptuageſima ſecunda, opera Diaconi Cypriani uſus eſt.

Scripſit deinde epiſtolam inter ſuas 96. & apud S. Aug. 81. Hanc Firmus detulit, quam S. Hieronymus ſolum ideo ſcripſiſſe videtur, ut præcedentis acerbitatem excuſaret, & S. Auguſtino amicitiæ ſigna daret. Illa accepta, S. Auguſtinus reſpondit ſimul etiam ad duas præcedentes 72. & 75. data longa epiſtola, quæ ſuper hac Controverſia inter ipſos fuit ultima. In ea S. Auguſtinus hanc ponit Regulam: *Solos Libros Canonicos doctus ſum ita revereri, ut firmiter credam, nullum ex eorum Auctoribus in aliquo Articulo erraſſe; & ſi aliquid occurrit, quod veritati adverſari videatur, credo, Exemplar eſſe mendoſum, Interpretem non ſatis intellexiſſe hujus loci ſenſum, aut denique a me non capi. Quod ad alios Scriptores ſpectat, ut ut Sancti ſint, aut Doctiſſimi, dum eos lego, non impono mihi Legem credendi, vera eſſe, quæ dicunt, quia ipſis vera videbantur, ſed credo, ſi illa Scriptorum Canonicorum Auctoritate, aut* *Hier. ep.* 96. *ap. Aug.* 81. *al.* 18. *ep.* 82. *al.* 19. *ap. Hier.* 97. *n.* 3.

Sæculum V. A.C. 403.

solido argumento, vera esse mihi persuase-rint. Deinde ad S. Hieronymi objectionem respondet; si S. Paulus post susceptum Apostolatum Legem Cæremonialem serio observasset, exinde sequi, Judæis, qui convertuntur, etiamnum hodie licitum fore, eam observare, nosque hanc observantiam approbando, in Ebionis aliorumque Christianorum Judaizantium Hæresin relapsuros. S. Augustinus asse-

n. 15.

n. 16. rit, non minus incongruens fore, si quis Legis Cæremonias simulate observaret, quod S. Hieronymus S. Paulum fecisse dicebat, quam si eas serio perficeret, sed aptius responderi, S. Paulum, aliosque Apostolos eas quandoque observasse, ut sensim abolerent, & demonstrarent, non esse malas, sed tantum inutiles, & quamvis essent mortuæ, saltem tamen meritas, ut splendide ad Sepulchrum deferrentur. Si quis vero hodie sepultas suscitare vellet, earumque usum, Evangelio jam perfecte stabilito, reducere, *is*, inquit deinde, *omnibus videretur existimare, eas esse*

n. 17. *necessarias, & sic ad Judaismum reverteretur. Fateor igitur, cum dicerem S. Paulum has Cæremonias observasse, ut ostenderet, non esse noxias, me debuisse addere, pro illo solum tempore, quo Fidei Gratia manifestari incipiebat. Itaque æquum est, ut meam potius negligentiam, quam tuam animadversionem accusem.* Credunt,

dunt, S. Hieronymum opinionem S. Au- Sæculum V.
ſtini tandem admiſiſſe, quia poſteriori A.C. 403.
tempore ſcripſit, ipſum S. Petrum S. Pauli *Lib. 1. in Pel.*
opinione fuiſſe reprehenſibilem, ut pro- *c. 8. ep. 82.*
baret, neminem ſibi blandiri oportere, *n. 34.*
quaſi eſſet irreprehenſibilis. S. Auguſtinus etiam in hac epiſtola fatetur, S. Hieronymi verſionem ex Hebraico eſſe utilem. Iſtæ duæ ultimæ S. Hieronymi, & S. Auguſtini hac ſuper Materia epiſtolæ anno 405. ſcriptæ putantur.

§. XXX.

S. Paulæ obitus.

Hac Lite pendente, ſcilicet ſub initium *Hier. ep. 27.*
anni 404. S. Paulæ obitus S. Hiero- *ad Euſtoch.*
nymum vehementer afflixit. Ea deceſſit die Martis ſeptimo Kal. Febr. Honorio, & Ariſtenete Conſulibus, id eſt, 26. Jan. anno 404. annos vitæ numerabat quinquaginta ſex; ex iis annos quinque Romæ, & Bethlehemi viginti Pietatis operibus conſecraverat. Cum jam jam animam ageret, Crucis Signum ſuper labia ſua formabat, & ex Pſalmis verſiculos recitabat. Epiſcopus Jeroſolymitanus, multi alii ex aliis Civitatibus Epiſcopi cum Presbyterorum, & Diaconorum innumera multitudine aderant morienti, totum Monaſterium Virgines & Monachi replebant. Defuncta Epiſcoporum humeris ad Eccleſiam delata eſt, alii faces,

Sæculum V. A.C. 403.

& Cereos portabant, alii ducebant turbas, Psalmos lingua Hebraica, Græca Latina, & Syriaca canentes. Omnes Monachi, omnes Virgines, omnis ex vicinis urbibus populus ad celebrandas Paulæ Exequias accurrerunt. Viduæ, pauperes, amissam Matrem lugebant. Primo in medio Ecclesiæ Antri Bethlehemitici corpus positum, & die tertia propter Antrum sub terra reconditum; at populi concursus tota septimana tenuit. Filia ejus Eustochium amissam Matrem immodice lamentabatur, cujus dolorem ut leniret, S. Hieronymus & ipse afflictissimus eidem Sanctæ Matris vitam, seu potius Elogium funebre inscripsit.

§. XXXI.

S. Melania Romam redit.

v. Præf. ad ep. Aug. 95.

Haud multo tempore antea S. Melania relicta Palæstina, postquam viginti quinque annos Jerosolymæ habitasset, Romam redierat. Causa redeundi fuit, quod comperisset, Neptem suam Melaniam juniorem Piniano nuptam cogitare hujus Mundi pompæ valedicere; timebat Avia, ne illa seduci se pateretur, in errorem contra Fidem incideret, aut morum dissolutionem. Igitur annos nata sexaginta duos, Cæsareæ navi se committit, & postquam per dies viginti vela fecisset, in Italiam appulit. Ex urbe Neapoli,

Sup. XVII. §. 6. Paul Lauf. c. 18.

poli, quo primo delata fuit, Nolam ivit, ut inviſeret S. Paulinum, qui, ut ipſe refert, maximo gaudii ſenſu humilitatis ejus Triumphum conſpexit. Vehebatur exiguæ magnitudinis equo, quolibet aſello deteriore, vili veſte nigri coloris induta; at Liberi ejus, & Nepotes, qui præcipuis Romæ Dignitatibus eminebant, itinerantem comitabantur, hi enim numeroſiſſimo comitatu usque Neapolim obviam venienti Matri proceſſerant. Via Appia equorum phaleris, & vehiculorum auro late fulgebat. Juxta veſtium mollitiem, Purpuramque comitantium multo magis paupertas elucebat S. viduæ, cujus centones attrectare omnes pro Dei munere habebant.

Sæculum V. A. C. 403.

Paul. ep. 10. *al.* 29. *ad Severum.*

S. Paulinus omnes excepit in ædibus ſuis non magnis, quippe unum erat ſuperius triclinium, & ambulacrum Cellulis Hoſpitum contiguum. Nihilominus toti Societati diverſoriola aſſignavit, dumque adoleſcentes, & Virgines in Eccleſia S. Felicis Laudes Divinas cantant, univerſus comitatus hominum ſæcularium reverenti ſilentio adſtabat. S. Paulinus S. Melaniæ vitam S. Martini prælegit, a Severo Sulpicio conſcriptam, haud ignarus, quantum hujus generis narrationibus delectaretur. Ceterum S. Viduæ eximias virtutes mirari non ſatis poterat. Ipſa S. Paulino modicam Particulam

Nat. 10. *p.* 620.

Sæculum V. A. C. 403.

lam ligni S. Crucis, quam a Joanne Episcopo Jerosolymitano acceperat, donavit; hac S. Paulinus quadam die usus est, ad restinguendum ignem, qui correpto tugurio fœno pleno ædibus quoque perniciem minabatur. Post hæc illam Particulam Severo amico suo dedit, in Ecclesia, quam exstruebat, deponendam. (*) Eodem tempore S. Paulinus hospitio excepit S. Nicetam, Daciæ Episcopum, Gentium ad Septentrionem habitantium Apostolum, nempe Scytharum, Bessorum, Getarum, & Dacorum, quorum magnam multitudinem convertit, efferos animos ad Evangelii mansuetudinem composuit, & ex hominibus, latrocinio vivere assuetis, Monachos fecit. Is in Italiam veniens, ut sacra loca viseret, Romanis admirationi fuit. Bis ad S. Paulinum, nempe cum veniret, & post annos quatuor rediret, divertit. Ecclesia S. Niceta memoriam septima Januarii celebrat.

Ep. 11. al. ep. 10. al. Nat 9. poem. de red. Nic.

Martyr. R.

S. Melania Romam advenerat, ubi ad Fidem convertit Apronianum Avitæ Neptis suæ virum, ex ordine Clarissimorum, fama celebrem, at Gentilem. Melania ei non solum persuasit, ut Christianus fieret, sed etiam ut in conjugio se contineret.

Lauf. c. 118.

(*) Ein schönes Zeugniß wider die Protestanten, daß man schon damals die Heil. Creutz-Particul verehret.

ret. Item Sancta Vidua Nurum ſuam filii uxorem Albinam fidem Chriſtianam docuit, & Neptem Melaniam confirmavit in bono propoſito, quod conceperat, ut continentiam ſervaret cum Marito ſuo Piniano, filio Severi, quondam Præfecti. Hæc Melania junior tredecim annorum Puellula nuptui data fuerat invita, nam ardentiſſime cupiebat Aviæ ſuæ virtutes, quas dilaudari audiebat, imitari. Cum conjugata duos filios peperiſſet, eosque etiamnum infantulos mors abſtuliſſet, dixit ad Maritum: *ſi Deus voluiſſet, ut in pompa Mundi viveremus, filios noſtros in prima ætate nobis non eripuiſſet.* Tandem diu poſt hæc nempe annos ſeptem perſuaſit viro, ut ſe continerent, & Mundo vicennis renunciavit. Sæculum V. A. C. 403. *c.* 119.

§. XXXII.

S. Innocentii Epiſtolæ ad Epiſcopos Hiſpaniæ.

Sanctus Innocentius Papa illo tempore ſcripſit ad Epiſcopos Hiſpaniæ, qui Concilium Toletanum anno 400. celebraverant. Epiſcopus Hilarius, qui adfuerat, cum Elpidio Presbytero Romam ivit, & ad Papam querelas detulit, quod Pax Eccleſiæ in Hiſpania Schismate, & contemptu Canonum turbaretur. (*) *Innoc. ep.* 23. *ex edit. Sirm.* *Sup. XX.* §. 47.

(*) Ein Zeugniß für die Auctorität des Römiſchen Pabſtes in der Spaniſchen Kirche.

Sæculum V. A. C. 403.

Auditi sunt in congregatione Presbyterorum Ecclesiæ Romanæ, atque Acta conscripta. Schismati originem dederant Episcopi Provinciæ Bæticæ, & Carthaginenſis, * qui ab aliis secesserant, quod in suam Communionem recepissent Episcopos Gallæciæ. Hi, cum prius Priscilliani errores fuissent secuti, eos deinde abjuraverant; inter illos numerabantur Symphosius, & Dictynnius, in Concilio Toletano recepti. Quamvis igitur essent conversi, tamen Episcopi Bæticæ adduci non poterant, ut ipsis veniam darent, iisve, qui cum ipsis communicabant. In materia Disciplinæ, Hilarius querelas asferebat contra Rufinum, & Minicium Episcopos, qui extra suas Provincias absente Metropolita contra Canones Nicenos, & contemptis populi votis, Episcopos ordinaverant. Ipse Rufinus contra Canones refragantes ordinatus fuerat, quia accepto jam Baptismo in Foro publico postulaverat; idem impedimentum Gregorio Episcopo Emeritano objiciebant. His igitur querelis ad se delatis S. Innocentius Papa ad Episcopos Concilii Toletani, ante aliquod tempus acti, scripsit; hortatur ad observandos Canones, & Concordiam; præprimis vult, ut Regulæ circa ordinationes observentur, & tradit easdem, quæ in aliis ejus Decretalibus leguntur.

* Hodie Carthagena.

Nic. c. 4.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Sæculum V.
A.C. 403.

Altera adversus S. Chrysostomum conspiratio.

Sancti Joanni Chrysostomo post reditum vix per Menses duos quieto esse licuit, cum Constantinopoli Statua Eudoxiæ Imperatricis honoribus erecta est. Stabat ea argentea in Columna ex Lapide Porphyrite editissimæ Basi imposita. Locum elegerant aream inter Palatium, in quo Senatus congregabatur, & S. Sophiæ Ecclesiam ex latere adverso sitam; media erat dicta area, & platea transversa. Posita est hæc Statua, Theodosio Juniore, & Rumoride Consulibus, id est, anno 403. & verisimiliter Mense Septembri, ad primæ Indictionis initium. In illius Dedicatione pro more in maximum gaudium omnes effusi sunt, nam pompa ambitiosa hæc agi solebant, & necdum omnes antiquæ superstitionis reliquiæ aboleri poterant, quod apparet ex Lege Theodosii junioris, exinde post annos viginti duos data, qua jubentur illa omitti, quæ Idololatriam redolebant.

Pall. Dial. Socr. VI. c. 18. Soz. VIII. c. 20. Prosp. Chr. an. 404. Marcell. an. 403.

L. un. de imag. Imp. C. Theod. Lib. 15. Theophan. p. 68.

Itaque occasione hujus argentei Eudoxiæ simulacri urbis Constantinopolitanæ Præfectus, Religione Manichæus, & semi-paganus, populum ad insolitam lætitiam excitavit. Choreæ ducebantur, fescennini Ludiones dabant specta-

Sæculum IV. A. C. 403.

cula, inde secuti plausus & populi clamores Sacerdotes Sacris operantes turbabant.

S. Joannes Chrysostomus plebis insolentiam non tulit; ea, qua solebat, libertate in hos abusus invectus, non eos modo, qui ista facerent, sed & qui fieri imperarent, increpabat. Offendit hæc constantia Imperatricem, quæ statuit alterum contra S. Chrysostomum Concilium convocare. Ipse de orationis severitate nihil omisit, & dicitur in illo fervore pronunciasse celebrem orationem, cujus initium erat: *furit hodieque Herodias, &* *postulat sibi Joannis Caput.* Habemus quidem sermonem, qui in hæc verba incipit, estque in fœminas invectivus; at S. Chrysostomi opus esse non creditur. Ut ut ista se habeant, nova in eum exorta est tempestas. Cum ejus Adversarii modum rei gerendæ nescirent, Alexandriam miserunt, qui Theophilum consulerent, rogarentque, ut rediret, & facti Ducem se præberet, aut saltem instituendi judicii argumentum suggereret. Theophilus Constantinopolim secundo ire non ausus, memor, quam ægre periculum evasisset, tres misit Episcopos, Paulum, Pemen, & tertium, nuper ordinatum, eisque Canones Concilii Antiocheni, in Dedicatione anno 341. celebrati, ferendos dedit.

to. 7. ed. A. *to. 6. ed. P.*

Pall. Dial. p. 76.

Sup. XII. §. 10.

Post-

Sæculum V. A.C. 403.

Postquam Episcopi isti advenerunt, omnes Metropolitas, aliosque Episcopos ex Syria, Cappadocia, Ponto, & Phrygia convocatos, Constantinopoli congregarunt. Inter præcipuos, qui adfuere, memorandi sunt Leontius Ancyranus ex Galatia, Ammonius Laodicenus ex Pisidia, Acacius Bereensis, Antiochus Ptolemaidenus ex Syria, & Brison Philippopolitanus ex Thracia. Ubi Constantinopoli præsentes fuere, ne, ut cœteri antea, errarent, cum S. Joanne Chrysostomo communicarunt; id vero Aulæ Cæsareæ displicuit. Cumque Festa Nativitatis Domini adveniissent, Imperator, ut prius solebat, in Ecclesiam non processit, sed Joanni indicari jussit, se cum eo non communicaturum, antequam ea, de quibus accusabatur, diluisset. Theodorus Tyanæus cum cœteris Episcopis Constantinopolim venerat, at dum vidit, contra S. Joannem fuisse conjuratum, insalutato hospite, ad suam Ecclesiam rediit, atque usque ad ultimum in Communione S. Chrysostomi, & Ecclesiæ Romanæ perstitit. Econtra Pharetrius Cæsariensis in Cappadocia, domo sua non egressus, per litteras S. Joannis inimicis junctus est.

Pall. p. 77.

Socr. VI. c. 18. Soz. VIII. c. 20.

§. XXXIV.

Sæculum V. A.C. 403.

§. XXXIV.

Canones Concilii Antiocheni.

In Concilio hoc secundo, in quo Episcopi Aulæ largitionibus corrupti sedebant, nulla amplius mentio de prioribus Accusationis Articulis, quos diluere S. Chrysostomus intrepide promittebat, sed, ut nullus supereſſet Defensioni locus, Canonibus Concilii Antiocheni, nempe quarto, & duodecimo, unice inhæserunt. Quartus Canon sic habebat: *Si quis Episcopus, in Concilio depositus, se Ministerio ingerere, & sicut antea officio fungi ausus fuerit, omnis ei spes precludatur, ut in alio Concilio restitui possit, nec, si causam defendere velit, audiatur.* Et duodecimus: *Si Episcopus in Concilio depositus importunis precibus Imperatorem fatigare præsumpserit, cum potius ad majus Concilium recurrere debuisset, indignus venia judicabitur, ulterius non audiatur, omnis restitutionis Spes abrumpatur.* S. Chrysostomi hostes dicebant, hos Canones ad eum respicere, quod ad Sedem suam rediisset, antequam in aliquo Concilio absolveretur. Contra ejus amici asserere, hos Canones ab Arianis contra S. Athanasium fuisse cusos, atque Canonem quartum, utpote æquitati adversantem, Sardicæ a Romanis, Italis, Illyricis, Macedonibus, & Græcis fuisse rejectum.

Sup. XVII. §. 13.

Tum

Tum Ammonius Laodicenus, & Acacius Bereensis cum Antiocho Ptolemaideno, Cyrino Calcedonensi, & Severiano Gabalensi Imperatorem adierunt, petentes, ut decem ex Joannis parte Episcopi, nam ultra quadraginta numerabantur, venire juberentur, ut super Auctoritate istorum Canonum decerneretur. Elpidius Episcopus Laodicenus in Syria, vir non minus virtute, quam senio, & canis venerabilis, aliusque Episcopus, cui nomen Tranquillus, ad Regiam delati, Imperatori dixerunt: *Joannes prima vice secundum Canones non fuit depositus, sed tantum misso Comite pulsus; non proprio arbitrio in Sedem suam regressus est, sed tuo Mandato, quod ei unus ex Notariis tuis attulit. Quod spectat ad Canones, qui modo proferuntur, ostendimus, Hæreticorum opus esse.* Cum S. Chrysostomi inimici ulterius contenderent confuso clamore, & coram Imperatore indecore gesticularentur, Elpidius captato brevi silentio leniter ad Imperatorem: *Domine! quid tamdiu Tuam fatigamus Clementiam? opportunum incidit consilium; Fratres nostri Acacius, & Antiochus subscribant his Canonibus, quos tanquam ab Orthodoxis conditos proponunt, & dicant: eandem Fidem quam ii, qui bos condiderunt, tenemus; tunc cessabit disputatio.* Imperator, ictus consilii simplicitate

Sæculum V. A. C. 403.

Pall. p. 79.

Pall. p. 80.

Sæculum V. A.C. 403.

plicitate, ad Antiochum ſubridens: *nihil eſt ad litem finiendam aptius.* Severianus, & Sectatores ejus expalluere, alter in alterius obtutu defixi. Nihilominus loci, & adſtantium Reverentia preſſi ſubſcripturos ſe promiſerunt, & ſic quidem tunc ignominiam diſtulerunt, ſed promiſſo deinde non ſteterunt.

Novem decemve Menſes litigando conſumpti ſunt. Interim S. Joannes Chryſoſtomus cum 42. Epiſcopis ſuos Conventus agebat, & populus ejus Doctrinam ſemper ſingulari ſtudio auſcultabat. Non incongrue ad id temporis referunt unam Homiliarum ejus in epiſtolam ad Epheſios, in qua docet, non minus periculi eſſe in Schismate, quam in Hæreſi; & fortiter arguit Epiſcopos, qui nulla data cauſa a ſe ſeparabantur, & per prava molimina ordinem Hierarchiæ corrumpebant. Tum ad Mulieres ſpeciatim converſus, ait: *ſi quæ eſt, quæ in me vindictæ cupiditate flagret, modum ſuggeram mihi pernicioſum; percutite me in maxillam, conſpuite vultus meos inſpectante omni populo, verberibus me obruite! quid? infremitis, dum dico; alapis genas meas tundite! & tamen Corpus Domini, & Magiſtri veſtri, lacerare non perhorreſcitis?* S. Joannis Adverſarii, videntes, quanta eſſet ejus Auctoritas, & timentes, ne iſtud ſchisma in Seditionem

Lib. 4. Cod. Theod. de his qui ſup. Rel.

deſine-

desineret, Legem promulgari curarunt, qua omnibus Regii Palatii Domesticis prohibetur, ne se tumultuosis, ut ipsi quidem loquuntur, Conventibus immisceant, & pœna sit jactura officii, atque bonorum confiscatio. Lex ista Constantinopoli quarto Kal. Febr. Honorio, & Aristenete Consulibus, id est, 29. Jan. anno 404. data. Sæculum V. A.C. 404.

§. XXXV.

S. Chrysostomus Ecclesia pellitur.

Cum tempus Quadragesimale advenisset, Antiochus, & Factionis ejus homines, secreto in Conspectum Cæsaris admissi, significarunt, Joannem esse convictum, jamque Imperatoris esse, ut eum ante Festa Paschalia expelli juberet. Imperator Arcadius instantibus obsistere non potuit, misitque ad S. Chrysostomum, qui indicarent, ut Ecclesia cederet. Respondit: *Hanc Ecclesiam a Deo accepi ad procurandam Salutem populi, & eam deserere non possum; quia vero vestra est Civitas, si vultis, ut discedam, vi expellite; sic mihi legitima erit excusatio.* Ergo ex Palatio non sine aliquo pudore missi sunt, qui eum expulerunt, addito mandato, ut interea in Domo Episcopali se contineret. Exspectabant, ait Palladius, num Cœlum in Joannis Defensionem prodigium ederet, quo perterriti eum suæ Ecclesiæ *Pall. p. 81.* *Pall. p. 82.*

Sæculum V. A.C. 404.

cleſiæ reſtituerent, aut ſi nullum omi
ſequeretur, eundem pejus haberen
Die magni Sabbati iterum adſunt, eum
Eccleſia exire jubentes; reſpondit, qu
Epiſcopum decebant. Imperator
diem Sanctam ſollicitus, & populi in C
vitate tumultum timens, vocatis ad
Acacio, & Antiocho, dixit: *quid facien-
dum? væ vobis! ſi malum mihi conſilium
ſuggeſſiſtis.* Reſponderunt audacter: *Do-
mine! Joannis Depoſitionem in caput no-
ſtrum recipimus.*

Epiſcopi quadraginta S. Joanni fide-
les in Eccleſiis Imperatori, & Imperatrici
obvios ſe dederunt, rogantes cum lacry-
mis, ut JEſu Chriſti Eccleſiæ parceret
Pall. p. 83. eique ſuum redderent Epiſcopum; q
propinquare Feſta Paſchalia, adeſſe bapti-
zandos, Doctrina Chriſtiana ſufficienter
inſtitutos. Sed fruſtra. Tum Paulus
Cartejanus ſacerdotali conſtantia ad Eu-
doxiam Imperatricem: *Deum time, pro-
lis tuæ miſericordia te tangat, & cave,
ne JEſu Chriſti Feſtum ſanguinis effuſio-
ne profanes!* igitur iſti Epiſcopi Sanctam
Vigiliam quisque domi ſuæ egerunt, tri-
Socr. VI. c. 18. ſtitia oppreſſi. Presbyteri Conſtantino-
politani, S. Joanni Chryſoſtomo addicti,
populo in balneis publicis (thermæ Con-
ſtantianæ dicebantur) congregato, Vigi-
liam Paſchæ pro more celebrarunt, præ-
legerunt ſacras Scripturas, & Catechu-
menos baptizarunt. Id

Sæculum V. A.C. 404.

Id ubi Antiochus, Acacius, & Severus resciverunt, petierunt, ut Conventus iste dissiparetur. Magister officiorum respondit: *nox est, maximus etiam concursus populi, funestum certe rei eventum timeo.* Instabat Acacius: *vacuæ hominibus sunt Ecclesiæ, timemus, ne, si Imperator veniat, & populum abesse videat, ejus affectum in Joannem cognoscat, & nos invidia uri credat, postquam ad eum diximus, neminem adhærere Joanni viro Misanthropo.* Magister officiorum, postquam in se nullam recepturum culpam, quidquid mali inde evenisset, testatus fuisset, dedit eis virum, cui nomen Lucius, ab omnibus Gentilem creditum, cohortis unius Ducem; huic mandatum, ut primo populum leniter ad Ecclesiam invitaret. Ivit ille, sed nemo ei aures præbuit; rediit ergo ad Acacium & alios, referens, quanto ardore illis Sacris populus adesset, & quam innumerabilis esset multitudo. Ipsi vehementissime virum urgere, preces, aurum, promissa cumulantes, ut reverteretur, & vel bonis verbis populum ad Ecclesiam adduceret, vel illum Conventum adhibita vi dispergeret. *Pall. p. 84.*

§. XXXVI.

Tumultus in Nocte Paschali.

Itaque Lucius iterum ad populum se con- *Pall. p. 85.*

Sæculum V. A. C. 404.

fert, comitantibus quibusdam Acacian Factionis Clericis, ſecunda noctis vig lia, id eſt, poſt horam nonam; nam Co ſtantinopolitanis illa nocte usque ad p mum Galli cantum vigilare mos er Lucium ſequebantur nudis enſibus qu dringenti tyrones Thraces, nuper co ſcripti, in primis Militiæ rudimentis i ſolentiſſimi; hi repente in populum im menſum effuſi confertos cuneos gladio rum fulgore dirimunt. Lucius ipſos Sa cros fontes ingreſſus, ut Baptismum con ferentes turbaret, Diaconum tam dur protrudit, ut ille Symbola, id eſt, S. Chry ma in terram funderet. Presbyterorum vertices fuſtibus pulſat, nulla canæ Sene ctutis Reverentia. Sanctum Lavacrum cruore mixtum. Fæminæ jam depoſitis, ut Baptismum reciperent, tunicis, viris permixtæ auffugere, ne occiderentur, vel violarentur, non ſatis, quantum honeſtas poſtulaſſet, tectæ, non nullæ etiam vul neratæ. Mulierum, infantumque cla mor aures feriebat. Presbyteri, & Dia coni Eccleſiaſticis veſtibus induti pelle bantur. Iſte vulnere manu recepto cla mans fugiebat, alius Virginem ſecum tra hebat, ita manibus pallio ſuo implicitam, ut illud dilaceraret. Vaſa ſacra diripie bantur. Altare circumſtabant armati; militum aliqui non baptizati usque ad locum, ubi Sancta Myſteria ſervabantur, pene.

Ep. Chryſ. ad Innoc. apud Pall. p. 18.

Soz. VIII. c. 21.

penetrarunt, & omnia remoto velamine conſpexerunt, imo in tanto tumultu ipſorum amicula pretioſo JEſu Chriſti Sanguine reſperſa. (*) Multi Presbyteri, & Diaconi capti, & in carcerem miſſi. Laici in Dignitate conſtituti Civitate ejecti. Aliqua Edicta affixa, in quibus minæ legebantur contra eos, qui Joannis Communioni non renunciarent. Hæc in Vigilia Paſchæ 16. April. anno 404. acciderunt. Sæculum V. A. C. 404. *Pall. p.* 86.

Sequenti die Imperator, cum in campos exiviſſet, corpus exercendi cauſa, vidit prope locum, qui dicebatur *Pempton*, quod quinque milliariis Conſtantinopoli diſtaret, magnam multitudinem hominum, albo veſtitu ſplendentium. Interrogat Prætorianos, qui eſſent? reſpondent, eſſe Hæreticos. Erant autem Catholici, qui thermis ejecti, quo prius convenerant, & ad Eccleſias, quas Epiſcopi ipſorum hoſtes occupabant, ire nolentes, in apertis campis congregabantur; inter

(*) Der Proteſtantiſche Ueberſetzer hat hier auf ſeiner 60. Seite die Worte des Herrn Fleury: Le precieux Sang de J. C. gegeben: den geſeegneten Kelch; und weiter unten: on y offroit les Saints Myſteres, man feyerte das Abendmahl. Alſo hat er alle Stellen vom Opfer des wahren Leibes und Blutes unſers HErrn verfälſchet. Werde es weiter nicht mehr melden.

Sæculum V. A.C. 404.

eos numerabantur ferme tria millia recens Baptizatorum, qui pro more veſtem candidam gerebant. S. Chryſoſtomi inimici, occaſione utendum rati, ferociſſimos quosque de Cæſaris Comitatu immittunt, qui multitudinem in diverſa ſpargerent, & ejus Doctores caperent. *Pall. p.* 87. Tantus populus vim vi repellere facile potuiſſet, ſed contrarium Chriſtianæ manſuetudinis Lex, & Evangelium ſuadebant. Ergo pauci Clerici, & aliqui Laici capiuntur, inter quos viſebantur ſpectationis conditionis fæminæ. Aliquibus earum capitis velamen abreptum, aliis non inaures modò, ſed & ipſæ aures in iſtis colluctationibus barbara crudelitate avulſæ. Earum una, opulenta, & præſtantiſſimæ formæ, ut pudorem ſervaret, aſſumpto mancipii habitu, profugit in Civitatem. Arcadius. Carceres multis viris ex iis, qui Magiſtratum gerebant, repleti; in iis hymni canebantur, & SS. Myſteria offerebantur, ita ergaſtula in Eccleſias mutata, dum interim in Eccleſiis flagrorum crepitantium ictus, tortorum clamores, & terribiles imprecationes audiebantur, ut Fideles ad anathematizandum Joannem cogerentur. Quo magis autem ejus Adverſarii nitebantur, viro Sancto invidiam creare, eo frequentiores amici ipſius ad Catholicorum conventus confluebant. Hi nunc in iſto loco, nunc in alio celebrabantur, ſæpiſſime

pissime vero in illo spatio, quod Constantinus Magnus, antequam urbem ædificasset, vacerris claudi jusserat, decurrentes equos ibi spectaturus. Sæculum V. A.C. 404.

Sub idem tempus homo a Dæmone obsessus, aut qui obsessus credebatur, deprehensus est pugionem circumferre, quo S. Chrysostomum confossurus dicebatur. Eum populus ad Præfectum adducit, tanquam latronem subornatum, & pecunia emptum, ut facinus auderet. Statim vero S. Chrysostomus misit ex amicis Episcopos, qui hominem, antequam ei quidquam mali inferretur, liberarunt. Quidam deinde servus Elpidii Presbyteri, S. Chrysostomi hostis manifesti, acceptis quinquaginta aureis, patrandæ Cædis mercede, tribus sicis armatus, versus Domum Episcopalem currebat. Vir, qui eum noverat, festinantem moratus est, interrogans, quo iret? ipse nihil, sed incautum sica vulnerat, similiter & alium, qui cum primum percuti cerneret, exclamavit. Tum tertium ferit, & quartum pluresque, usque ad septimum, quorum quatuor in ipso loco expirarunt. Cum tandem populus furentem comprehendisset, eum vinciri jubet Præfectus, & ut populum mitigaret, severissime puniendum esse pollicebatur, quem tamen pœnis exemit. Ex eo Fideles diu noctuque ante ædes Episcopales, ut S. Chry-

Pall. p. 197.

Soz. VIII. c. 22.

Sæculum V. A.C. 404.

ſoſtomum ſecurum præſtarent, in excu bias ſe partiebantur.

§. XXXVII.

S. Chryſoſtomus Conſtantinopoli abire cogitur.

Pall. p. 88. Quinta die poſt Pentecoſten, quod Feſtum hoc anno 404. in quintam Junii inciderat, Acacius, Severianus, & Cyrinus, ad alloquium Imperatoris admitti petierunt, & dixerunt: *facies Domine! quod lubet; verum jam pridem tibi diximus, nos Depoſitionem Joannis*
p. 89. *in animas noſtras recepiſſe. Æquum non eſt, nos omnes perditos velle, ut uni vir parcatur.* Imperator, miſſo ad Joannem Patricio Notario, nunciari jubet, ut se Deo commendaret, & ab Eccleſia diſcederet. S. Joannes audito mandato, quod ſibi adeo ſevere indicabatur, de Domo Epiſcopali cum Epiſcopis, Amicis ſuis, deſcendit, (*) dicens: *venite, oremus, & bujus*

(*) Cum hac S. Chryſoſtomi Relegatione quamdam affinitatem habet, quod in Francia initio anni 1758. actum, dum Rex Ludovicus XV. Archiepiſcopum Pariſienſem, Chriſtophorum de Beaumont, Sarlatum in Provincia Petricorienſi oppidum, quinquaginta a Diœceſi Pariſienſi milliaria diſſitum in Exilium miſit. Obediit Archiepiſcopus, & conſtitutis Vicariis, qui abſentis nomine

hujus Ecclesiæ Angelo Custodi valedica-mus! hæc loquentem vir magnæ Auctoritatis, & timens Deum, qui Parti saniori adhærebat, monet: *Lucius, cujus proterviam non ignoras, in thermis cum militibus, quibus imperat, latet, te vi abstracturus, si resistis, aut obedire cunctaris. Tota* Sæculum V. A.C. 404.

com-

mine Diœcesin regerent, a Prætorianis militibus quatuor, quos nigros Musquetarios vocant, & Præfecto eorum in locum exilii deductus est. Præter antiquiores novam Regi irascendi causam præbuit, quod Moniales Hospitalarias in suburbiis Parisiorum Interdicto liberare noluerit. Jam anno 1756. Archiepiscopus Instructionem Pastoralem ediderat, quæ Regi, & multominus Curiæ Parisiensi placere non potuit. In hac Num. 5. dicit: *Hæc Tribunalia Sæcularia sub Prætextu conservandæ Pacis publicæ, impediendæque Turbationis Civilis insurrexerunt contra Authoritatem, & infallibilitatem Dogmaticorum Judiciorum Ecclesiæ &c.*

Rex Franciæ anno 1754. 2. Sept. edita Lege omnibus, & singulis circa Bullam *Unigenitus* Silentium strictissimum imperaverat. Archiepiscopus in sua Instructione Num. 75. postquam de Constantii Heraclii Nepotis vulgato Typo mentionem fecit, dicit: *verum Sancta Sponsa JEsu Christi, Prædicatione Verbi Divini nata, nunquam se submittit silentio, ex quo alterari possent sua principia, & Dogmata. &c.* Num. 100. dicit: *Igitur juxta hanc Legem Judex Laicus cognoscere nequit, nisi in casu Appellationis de Abusu.*

Sæculum V. A.C. 404.

commota est Civitas. Exi ergo celeriter & secreto, ne, si differas, cives, & mihi tes manus inimicas conserant. Tum S. Chrysostomus aliquibus Episcoporum ul timum vale dixit, osculum pacis infigens inter lacrymas, nam singulos amplecten di vires non erant, & ad alios in Sanctua rio: *manete hic, aliquantisper acquies cam.*

Ingressus est Baptisterium, atque Olympiade, quæ Ecclesia pedem non ef ferebat, Pentadia, & Procla, Diaconissis & Silvina Nebridii vidua, & Gildonis fi lia ad se vocatis, ait: *venite filiæ, audi*
p. 90. *te me! si bene conjicio, prope est finis meus. Absolvi cursum meum, & forte non am*
plius

Abusu. Num. 146. dicit; Adversarios Bullæ *Unigenitus* 5. Propositiones Jansenii non damnare.

Ceterum ultimarum Turbarum occasio in Gallia fuit, quod Archiepiscopus Parisiensis, & aliqui alii Episcopi quibusdam Bullæ *Unigenitus* aperte Refractariis in Articulo mortis Sacramenta administrari vetuerint. Summus Pontifex anno 1756. Breve Apostolicum edidit de obligatione denegandi Sacramenta detrectantibus Bullam *Unigenitus* acceptare. Sed hæc de Turbis Galliæ Ecclesiasticis Materia abstrusior est, quam ut in angustiis unius Annotationis explicetur. His tenebris plurimam lucem affundit dicta Instructio Pastoralis, sermone gallico vulgata, & a Viro Celebri in Latinum anno 1757. translata.

plius videbitis faciem meam. Hoc unum a vobis peto, ut Pietas vestra in Ecclesiam nunquam algere incipiat, & postquam aliquis, qui non ambierit, & reluctans, omnium consensu ordinatus fuerit, coram eo, sicut coram me adsuevistis, capita inclinetis; nam Ecclesia absque Episcopo esse non potest. Et sicut vultis, ut Deus vestri misereatur, etiam mei in vestris precibus mementote. Ipsæ ad ejus pedes prostratæ, lacrymis diffluebant. Tum signo uni ex prudentioribus Presbyteris dato dixit: *abducito eas hinc, ne populum commoveant.* Fæminis utcunque silentibus, ipse per ostium, quod ad Orientem spectabat, egreditur, dum interim, ut jusserat, sub principe Ecclesiæ porta admotus equus sessorem expectat, ut sic populum ibi congregatum falleret. Navigium ingressus, in Bithyniam delatus est. Mater S. Joannis adhuc superstes magna constantia hortabatur, ut potius fugeret, quam quidquam sua virtute indignum admitteret. Sæculum V. A.C. 404. *Chrys. ep.* 137.

S. Chrysostomo discedente, subito flamma in Ecclesia, & Cathedra, ubi sedere, & ad populum dicere solitus fuerat, conspicitur. Inde ignis ad tectum attollitur, & intus natus ad partes exteriores pervadit. Tota Ecclesia cum ædificiis ad eam pertinentibus consumpta, excepto parvo Sacrario, in quo vasa Sa- *Pall. p.* 91. *p.* 92.

Sæculum V. A. C. 404.

cra cuſtodiebantur, quodque prodigi ſervatum videbatur, ne S. Chryſoſtom inimici eum vaſa illa abſtuliſſe accuſa-

Incendium.

rent. Ab Eccleſia flammæ, valido ven to ſeptentrionali propellente, ſine popul læſione in pontis ignei figura per aream delatæ, corripuere Palatium, ubi Sena tores congregabantur, e regione ad me ridiem poſitum. Hujus tamen Palati non illud latus, quod Eccleſiam reſpicie bat, ardere cœpit, ſed pars illa, quæ Ca ſaream Regiam ſpectabat, ubi illa domui Senatoriæ jungebatur. Tribus horis a Sexta usque Nonam ſæviit incendium, & integrum ædificium in cineres redu ctum. Toto autem tempore, quo gra ſatæ ſunt flammæ, a præcedente in veſpera nemo hominum, & ne quidem brutum periit.

Catholici hunc eventum credidere prodigioſum, & divinæ vindictæ effe ctum. Aliqui eorum Schiſmaticos ac cuſabant, & dicebant, eos unacum Ec cleſia populum, qui intus erat, voluiſſe concremare. Contra Schiſmatici, & ab ipſis inducti Pagani, tanti facinoris Ca tholicos inſimularunt, dicentes, ipſos ne fando ſcelere ignem Eccleſiæ ſubjeciſſe, ne quis Epiſcopo Joanni ſe ſucceſſiſſe gloriaretur. At hujus incendii Auctor nunquam in lucem produci potuit. Id die Lunæ vigeſima Junii Honorio, & A-

Socr. VI. hiſt. c. 18. Soz. VIII. c. 22.

Zoſim. lib. 5. p. 801.

Marcell. Chr. an. 404. Chr. Paſch. an. 404.

riſtene-

ristenete Consulibus, id est, anno 404. exortum. Sæculum V. A. C. 404.

Interim Præfecti milites S. Joannem Chrysostomum & duos Episcopos Cyriacum Emesenum, atque Eulysium Bostrensem in Bithynia captivos tenebant, & pœnas ob incensam Ecclesiam minabantur. Cyriacus deinde & Eulysius Constantinopolim reducti cum aliis Clericis, insontes inventi sunt, & e carcere dimissi, at nihilominus in exilium migrare compulsi. S. Chrysostomus cum arcte custodiretur, petiit a persecutoribus suis, ut saltem super articulo de incendio Ecclesiæ, in quo accusabatur, audiretur; verum nec super isto nec super aliis auditus sub custodia Cucusam in Armeniam mittitur. *Pall. p.93.* *p. 194.*

§. XXXVIII.

SS. Eutropii, & Tigrii Martyrium.

Constantinopoli Præfectus, Gentilis, & Christianorum hostis, S. Chrysostomi amicos tanquam incendii reos diris tormentis affecit. Ut exprimerent, quis incendii Auctor fuisset, equuleo imposuerunt Eutropium Lectorem, & Cantorem, Juvenem delicatum, quem virgineus pudor commendabat. Hunc igne admoto torquent, crudis loris, & fustibus percutiunt, latera unguibus ferreis dilacerant, genas quoque, & frontem laniant, *Soz. VIII. c. 24. Pall. p.197.*

Sæculum V. A. C. 404.

laniant, supercilia evellunt, faces utrique lateri impingunt, ubi prius ita carnem conciderant, ut ossa aspicientibus pate rent. Itaque in equuleo animam reddidit, nihil eorum, propter quæ torquebatur, confessus. Clerici illi, qui eum ad necem persecuti fuerant, media nocte occisum sepelierunt, & apparens vim hominum cantantium S. Martyris innocentiæ testimonium reddidit. Presbyterum quoque Tigrium detractis vestibus flagellant, pedes, manusque affigunt, & vi tanta distendunt, ut membrorum compages solveretur. Is inter Barbaros natus erat, & Evnuchus, mancipium viri potentis, qui optime de se meritum libertate donaverat. Tandem olim servus ad Dignitatem Sacerdotalem promotus est. Mitissima vir indole pauperes, & peregrinos singulari lenitate fovebat. Toleratis tormentis in Mesopotamiam relegatus est. Ecclesia istorum duorum Martyrum memoriam 12. Jan. colit.

Mart. Rom.

§. XXXIX.

Arsacius Episcopus Constantinopolitanus.

Chr Pasch. Socr. V. c. 19 Soz. VIII. c. 23.

Improba Schismaticorum industria Sedes Constantinopolitana non diu vacavit, sed Luce septima post S. Chrysostomi abitum, die Lunæ, vigesima septima Junii ejus-

ejusdem anni 404. Arsacium Presbyterum, octogenarium, quo nemo magis S. Chrysostomo infensus, in ejus locum suffecerunt. Erat Episcopi Nectarii frater, & cum eum Episcopum Tarsensem, in ipsorum Patria, jam olim eligere voluissent, id muneris recusavit; hinc ei Nectarius objecit, quod mortem suam præstolaretur, ut sibi succederet, & compulit jurare, nunquam concessurum, ut Episcopus ordinaretur; nunc vero juramentum violavit. Ei tam corporis motus, quam eloquentiæ donum deerat, quod in S. Joannis Successore minus tolerabile videbatur. Clientes viri mansuetudinem jactabant, & invidiam crudelitatis, quam sub ejus Pontificatu in Orthodoxos exercuerunt, in illos, qui ejus Bonitate abuterentur, rejiciebant. Quippe Catholici, semper S. Joannem pro vero suo Pastore habentes, cum Arsacio comunicare detrectabant; S. Chrysostomus quoque eundem Usurpatorem dicebat. Igitur Catholici Constantinopolitani separatos conventus agebant, quod eosdem persequendi Schismaticis ansam dedit, captato incensæ Ecclesiæ, Senatusque prætextu. Joannitæ dicebantur. In publicum prodire non audebant, nec in foro, aut balneis tuti, imo aliquibus ne quidem domus propria securitatem præstabat. Multi sponte in exilium

Sæculum V. A. C. 404.

Sup. L. XVIII. §. 5. Pall. p. 94.

Soz. VIII. c. 28.

ep. 143. al. 125. ad Cyr.

Sæculum V. A. C. 404.

exilium abiere. Præprimis aliquæ F minæ memoratu dignæ ſunt, quæ a ctu in ſuum Epiſcopum prorſus ſingu ri exſtitere.

§. XL.

S. Olympiades.

Nulla illarum S. Olympiade illuſtri Huic, nobiliſſimis Parentibus natæ immenſæ erant opes. Orphana a pr pinquis Nebridio in Matrimonium da poſt menſes viginti elato viro vidua r manſit. Præter Generis nobilitatem, opes, eam ſcientiæ quoque, quibus a mum excoluerat, & eximia forma co mendabant; adduci tamen non pot ut in ſecundas nuptias conſentiret. *Pall. Dial. p. 164.* Theodoſius Imperator eam ſæpius lauda ri audiviſſet, optavit, ut viro Hiſpan propinquo ſuo, cui nomen Elpidius, n beret, & ut Olympiades conſentiret v hementiſſime inſtitit. Ipſa ad Imper torem: *Si Deus voluiſſet, ut vitam u viri ſocietate tranſigerem, Maritum pri mum non abſtuliſſet, ſed huic oneri aptam non judicavit.* Imperator hoc reſponſ offenſus Præfecto Conſtantinopolis man davit, ut ejus bona cuſtodiret, donec annum trigeſimum attigiſſet. Sub hu jus Mandati ſpecie Præfectus, inſtigante Elpidio, eam nec Epiſcopis colloqui, nec Eccleſias frequentare ſinebat, ſperans moleſta

molesta tutela fatigatam ad nuptias animum adjecturam. Sed ipsa Imperatori iterum monenti dixit: *Beneficium mihi exhibuisti, Domine! tam Imperatoris prudentia, quam Episcopi pietate dignum, dum me gravissimo onere liberasti. Gratum quoque facies, si Bona mea inter pauperes, & Ecclesias dividi jubeas, diu enim est, quod timeam, ne, si ipsa distribuam, vanæ Gloriæ fumus bonum opus inficiat, aut si servem, bonis terrestribus cum jactura divitiarum Cœlestium, quæ solæ veræ sunt, cor affigam.* Imperator hoc responso commotus, & comperto ejus vitæ rigore, cum a Bello contra Maximum reverteretur, liberam mulieri in Bona sua potestatem reddidit. Sæculum V. A. C. 404. p. 165.

S. Olympiades nihil eorum comedebat, quæ prius vitam habuissent. Balneo uti non solebat, nisi infirma valetudo coegisset, nam sæpe stomachi dolores patiebatur; tunc tunicam indúta aquas ingrediebatur. Multum vigilabat. Vestitus summam redolebat paupertatem. Profundissima erat humilitas, continuæ lacrymæ, charitas immensa. Ecclesias, & Vasa sacra ornabat, Monasteriis, Hospitiis, captivis, exulibus, de suis opibus largiebatur, Eleemosinæ ejus per omnem terram in urbes, in agros, in Insulas, in deserta perferebantur. Aliquot servorum millibus libertatem emit. Mulieres *Pall. Laus. v. Chrys. ep. 1. ad Olymp.*

Sæculum V. A. C. 404.

lieres gentiles docebat, ægrotantes in
viſebat, Senes, Viduas, Orphanos, Vi
gines juvabat. Verbo, nullum boni
peris genus omittebat. Multos S. Epi
copos habebat amicos, S. Amphilochum
S. Gregorium Niſſenum, & S. Petrum Se
baſtenum S. Baſilii fratres, S. Epiphanium
S. Optimum Epiſcopum Antiochenum
in Piſidia, cujus defuncti oculos clauſit
obiit enim Conſtantinopoli. Obſequi
non vulgaria præſtitit Antiocho, Acacio
& Severiano, ſuis poſtea perſecutoribus
Nectarius in rebus ad Eccleſiam ſpectan
tibus S. Fœminæ conſilio utebatur. Ne
mini vero fortiori amicitiæ vinculo quam
S. Chryſoſtomo juncta erat. Ipſa Epiſco
pum paſcebat, nam S. Vir nihil de Eccle
ſiæ reditibus accipiebat, ſed quotidianum
cibum Olympiades præbebat, ut ipſe ſuo
Miniſterii cauſis, & functionibus unice
occuparetur.

S. Olympiad.

Pall. Dial. p. 166.

Talis erat vita S. Olympiadis, quam
Schiſmatici oderant, non ideo ſolum,
quod S. Chryſoſtomo fuiſſet chariſſima,
ſed etiam quod Magnis Fratribus, aliis-
que Monachis perſecutionem a Theophi-
lo patientibus non modicam opem tu-
liſſet. Urbis Conſtantinopolitanæ Præ-
fectus ad ſuum Tribunal adduci juſſam
interrogavit, cur ignes Eccleſiæ injeciſ-
ſet? Ipſa reſpondit: *Non ea mihi viven-
di ratio fuit, quantum arbitror, ut atro-
ciſſima*

Pall. p. 151.

Soz. VIII. c. 24.

cissima suspicio in me cadere possit, cum Bona maxima, quæ habebam, renovandis Dei Ecclesiis impenderim. Præfectus: *Non ignoro vitam tuam. Ergo,* inquit illa, *obito vices Accusatoris, & alius nos judicet!* cum nulla contra eam adessent testimonia, lenius loqui Præfectus cœpit, & quasi ei, aliisque mulieribus bonum consilium suggesturus dixit; eas certe parum sapere, quod ab Episcopi Communione refugerent, cum hæc unica via esset, qua rebus suis consulerent. Aliæ timore perculsæ monenti obsecutæ sunt, at illa dixit: *Postquam coram toto populo per calumniam unius delicti accusata sum, iniquum est, me jam velle cogere, ut super alia quæstione respondeam. Da mihi Causidicos super prima accusatione! quidquid enim agas, ad illam Communionem non accedam, quam mihi Religio prohibet.* Præfectus tunc eam dimisit, quasi cum Patronis collocuturam; sed alia die, cum iterum adduci jussisset, ad pendendam magnam auri mulctam condemnavit. Non ideo ipsa mentem mutavit, sed relicta Constantinopoli urbem Cyzicum in Sedem elegit. Sæculum V. A. C. 404.

§. XLI.

Aliæ Sanctæ Mulieres vexantur.

Sancta Nicareta quoque inter has persecutiones Constantinopoli excessit. *Soz. VIII. c. 23.*

Sæculum V. A. C. 404.

Hæc Virgo primis ſtirpibus Nicomediæ nata, omnibus quidem virtutibus, maxime vero humilitate enituit, juncta animi magnitudine, nam jacturam Bonorum ingentium, quæ ſibi per injuriam ablata fuere, nullis queſtibus proſecuta eſt. Pauca ſibi relicta frugalitatis amanti ſuffecere ad vitam cum ſuis usque ad ſenilem ætatem producendam; atque ſuperfuere etiam quæ liberaliter egentibus impertiretur. Varia remedia pauperibus ægrotis præparabat, ſanabat, quos Medici juvare non potuerant, & non nunquam tam feliciter, ut rem omnes prodigio ſimilem haberent. Magnam curam adhibebat, ut lateret. Adduci nunquam potuit, ut inter Diaconiſſas adſcribi ſe ſineret, quantumvis S. Joannes Chryſoſtomus inſtaret. Noluit etiam in ſe ſuſcipere Regimen Virginum Eccleſiaſticarum, id eſt, illarum, quæ Monaſterio non erant incluſæ, ſed in Domo Parentum habitabant, & quarum indicem Eccleſia ſervabat. Memoria S. Nicaretæ 27. Dec. celebratur.

v. Valeſ. hic ad Sozom.

Mart. Rom.

Chryſ. ep. 180. al. 94.

Pentadia etiam Timaſi Conſulis Vidua, & Diaconiſſa in foro publico coram Tribunali ſiſtitur, & inde ducitur in carcerem, calumniam paſſa, quod incendii rea eſſet. At conſtantiſſime cauſam defendit. Ipſam quoque Conſtantinopoli abire cogitantem, cum reſciviſſet S. Chryſoſto-

sostomus, hortatus est, ut ibi remaneret, ut persecutionem patientibus animum adderet, & opem ferret. Plures aliæ sanctæ fœminæ his persecutionis turbinibus involutæ, quibus adnumerantur Procula, seu Amprocla Diaconissa, Bassiana, Chalcidia, Asyncritia, quas ex Epistolis S. Chrysostomi novimus. Sæculum V. A. C. 404. *ep.* 182. *al.* 104. *ep.* 18. 19. *ep.* 44. *ep.* 217. & *ep.* 33. &c.

Tandem quæstiones in Incendiarios cessare jussæ, quod ex Lege Constantinopoli 29. Aug. anno 404. data, & ad PræfectumStudium directa cognoscimus. In ea præcipitur, ut, cum incendii auctores deprehendi non potuissent, Clerici ex Carceribus liberentur, navigiis imponantur, & domum dimittantur. Domus, in quas Episcopi, aut Clerici exteri recepti fuissent, Fisco cedant, atque etiam illæ, in quibus Clerici Constantinopolitani conventicula egerint. Paucis post hæc diebus scilicet undecima Sept. mandatum, ut Domini mancipia sua conventiculis interesse prohiberent, sub pœna trium librarum auri, quas pro singulis mancipiis, si adfuissent, penderent. Artificum ordines quoque membra sua cohibere tenerentur, nisi mulctam quinquaginta librarum auri dare mallent. Hæc Lex iterum ad eundem Studium urbis Constantinopolitanæ Præfectum directa. *L.* 5. *de his qui sup. Rel.*

Sæculum V. A. C. 404.

§. XLII.

S. Chryſoſtomi Profectio.

Sanctus Chryſoſtomus Niceæ erat, dum que mandata exſpectat, ut ad locum Exilii ſui deferretur, Converſioni Gentilium Phœniciæ operam dabat. Nicex invenit Monachum incluſum, cui perſuaſit, ut ad piiſſimum opus laborem conferret; hunc miſit ad Conſtantium Presbyterum, qui in illa Regione Infidelium converſioni invigilabat, & ad quem abiens Epiſtolam dedit. Hortatur, ne *p. 146. al. 221.* in iſtis Rei Eccleſiaſticæ articulis animum deſpondeat, Eccleſiarum Phœniciæ, Arabiæ, & Orientis maximam curam gerat, & ſibi quam ſæpiſſime ſcribat. Excitat etiam, ut & aliorum animos accendat, & junctis viribus Eccleſiæ malis præſertim in Aſia forte pectus opponant.

ibid. & ep. 29. Arabio. Primo viſum fuerat, S. Chryſoſtomum Sebaſtem Armeniæ mittere, ſed tandem mandatum accepit, ut migraret Cucuſam, modicum ejusdem Provinciæ *ep. ad Cir. 143. al. 125.* oppidum, Ciliciæ conterminum, nunquam tutum ab incurſibus Iſaurorum, qui inacceſſa montis Tauri juga tenentes, ſæpe deſcendebant, oppidanorum agros devaſtaturi, nam paucitatis ſuæ conſcii munitas urbes aggredi non audebant; at plures erant, quam ut facili ne-

Zoſim. lib. 5. Marcell. chr.

gotio

gotio ab agrestibus repelli possent. S. Jo- Sæculum V.
annes Chrysostomus Nicea discessit quar- A. C. 404.
ta Mensis *Panemus*, seu Julii, anno 404. *ep.* 145. *ep.*
A militibus Prætorianis deducebatur, qui- 120. *al.* 115.
bus Centurio, nomine Theodorus, im- *ad Theoph.*
perabat. Hi milites humanissime Epis- *ep.* 7. 8. *ad*
copum habebant, & obsequia domestica *Olymp.*
præstabant. Quacunque transibat, po-
pulus, ut sanctum virum videret, inter
lacrymas & tristia lamenta accurrebat.
Cappadociam, & Ciliciam ingressus in *ep.* 143. *al.*
vicinia montis Tauri Monachos, & Vir- 125. *ad Cyri.*
gines turmatim confluentes, & gemen-
tes, habuit obvios. Dicebant: *Ut po-*
tius sol splendidos radios condidisset, quam
os Joannis conticescere cogeretur.

S. Joannes utcunque valebat, dum profectionem suscepit; at in via febris eum corripuit, nec ideo minus diu noctuque iter facere cogebatur. Molestus erat calor, somnus aberat, omnibus ad refocillationem necessariis carebat, & futura metuebat. Tandem viribus omnibus exhaustus Cæsaream in Cappadocia pervenit, ubi aliquantulum respirare licuit. Saltem potum aquæ puræ in illa Civitate invenit, sapidum panem, tolerabile balneum, &, facta sibi licentia, aliquamdiu in lecto vires refecit. Hæc *ep.* 114. *al.*
narrat in Epistola ad Theodoram, & con- 120.
queritur, quod tot amici, quos habebat magnæ Auctoritatis, sibi obtinere non

Sæculum V. A. C. 404.

possent, quod perditissimis denegari non soleret, ut in locum exilii minus horridum transferantur.

§. XLIII.

S. Chrysostomus Cæsareæ male habetur.

Modicam quietem, qua S. Joannes Cæsareæ fruebatur, brevi Episcopi Pharetrii nequitia turbavit. Is veniens S. Episcopo obvios miserat, qui suo Nomine salutem ferrent, indicarent ipsius desiderium Collegam amplectendi, & omnia charitatis officia promitteret. S. Chrysostomus, non ignarus, Pharetrium suæ condemnationi per litteras subscripsisse, nulla ab eo sperabat obsequia; id tamen coram iis, quos ille miserat, dissimulavit. Cæsaream pervenit, tertiana vehementissime æstuans, & longæ viæ malis fractus. Statim misit, qui Medicos advocarent, venerunt illi, & simul cum iis omnes Clerici, populus, Monachi, Moniales; omnes Episcopo servire, & auxilium ægro afferre ambiebant. Omnibus carus, quotidie a viris illius Civitatis spectatissimis, a Magistratibus, a Sophistis invisebatur. Pharetrium invidia ussit, solus hospitem coram non salutavit, sed exspectabat ejus abitum, qui sentiens vim morbi remisisse, iter Cucusam perficere cogitabat.

Ep. 13. ad Olymp.

Interim

Interim affertur ſubito nuncium, I- Sæculum V.
ſaurorum multitudinem innumerabilem A. C. 404.
per agros Cæſarienſes graſſari, & valido oppido ignes ſubjeciſſe. Illico Tribunus cum copiis, quas habebat, egreditur, timens, ne ipſam invadere Civitatem auderent. Omnes intra mœnia pavor occupaverat; Senes quoque ad murorum cuſtodiam aſcendebant. In hac trepidatione Monachorum cohors ſub diluculum S. Joannis Diverſorium circumſtat, minantur, flammas domui injecturos, niſi diſcederet. Tantus erat hominum iſtorum furor, ut & milites ſibi timerent, nam his quoque minabantur, ſe jactantes, pridem milites prætorianos a ſe victos. Hi ergo ad S. Chryſoſtomum recurrunt, obteſtantur, ut iter ingrederetur, dicebant enim; *Etiamſi metuendum, ne in manus Iſaurorum incidamus, modo a Belluarum iſtarum rabie nos libera.* Tumultu comperto Civitatis Præfectus ad hanc domum approperat; verum Monachi monentem non audiebant, videbatque, ſi vim pararet, ſe viribus inferiorem. In hoc diſcrimine, mittit ad Pharetrium, qui rogarent, ut paucos dies concederet Epiſcopo ægrotanti, & ob Iſaurorum imminens periculum pavido. Omnia fruſtra. Altera luce adſunt iterum Monachi multo quam pridie ferociores. Nullus ex Presbyteris Civita-

Sæculum V. A. C. 404.

tis quidquam in auxilium S. Joannis moverе audebat, quod scirent, Monachos jubente Pharetrio hæc moliri; pudore etiam vocatos ad eum venire vetabat.

Ergo S. Joannes abire statuit; lectica conscendit meridiano calore, & febri vexatus, coram toto populo ingemiscente, & ærumnosissimæ fugæ auctori maledicente. Urbe egressum aliqui ex Clericis sine strepitu secuti sunt, ut Episcopum comitarentur, cumque alii dicerent: *Vos virum in certam necem mittitis*, unus ex eis, S. Chrysostomo carissimus, respondit: *Ite, obsecro! subito periculum, quod ab Isauris timetis; tantum hanc Civitatem fugite!* Seleucia Rufini, viri celeberrimi, vidua, hæc audiens, S. Joannem Chrysostomum rogavit, ut in domum, quam milliariis quinque a Civitate dissitam habebat, se reciperet. Misit ex domesticis aliquos, qui Sanctum deducerent, atque ipse optimæ mulieris oblato Beneficio usus est. Id ubi Pharetrio relatum, pessima huic Matronæ minatus est. Illa S. Chrysostomum rem ignorare voluit, & ad domus suæ œconomum misit mandata, ut omne auxilii genus S. Viro exhiberet, si autem Monachi incurrerent, & tumultuarentur, ex vicinis suis prœdiis collectis agricolis insolentes repelleret. Tum S. Chrysostomo suasit, ut in aliud, quod

S. Chrysost. fuga.

possi-

possidebat, prædium, arce munitum, & quod levi negotio capi non posset, concederet; sed ipse noluit, nescius, quid futurum esset. Sæculum V. A. C. 404.

Interim Pharetrius bonam fœminam minis atrocibus terrebat; cum igitur resistere non posset, &, quod res erat, fateri erubesceret, jussit media nocte nunciari, imminere Isauros. Evethius Presbyter cubiculum intrat, & S. Chrysostomum e somno suscitat, clamans: *Surge, obsecro! appropinquant Barbari.* Episcopus: *Quid faciendum? ad Civitatem confugere non possumus, pejus esset malum!* Presbyter: *Exeamus hinc.* Itaque iter ingrediuntur per noctis illunis spississimas tenebras. Cereos accendi Episcopus jussit, at Evethius extingui voluit, ne Barbari fulgorem sequerentur. Dum per viam asperam, & saxis impeditam, muli ascendunt, unus eorum collapsus, suo casu lecticam evertit; prorepsit S. Chrysostomus, & Evethius equo desiliens, ingredientem sustentavit, atque, ut poterat, febri exhaustum, & Barbarorum timore turbatum, traxit. Hæc fuit S. Joannis ex Cæsarea in Cappadocia profectio.

§. XLIV.

S. Chrysostomus Cucusam advenit.

Tandem Cucusam pervenit, confecto itine- *Ep. 48. Bryf. ep. 12. al. 13. ad Olymp.*

Sæculum V. A. C. 404.

itinere dierum septuaginta, cum eum per dies triginta febris violenta affligeret. Ad initium Mensis Julii Constantinopoli profectus, in medio ferme Septembri ejusdem anni 404. destinatum Exilii locum attigit. Præter febrim magnis stomachi doloribus premebatur, itineris molestiis, & Isaurorum timore fatigabatur. Omnibus his malis liberatus est Cucusam ingressus; quamvis enim locus esset desertus, & in ultimis Imperii finibus positus, fuit tamen gratissimus, quod ibi quietem, & prioribus malis remedium inveniret. Vir nobilis, nomine Dioscorus, civis Cucusanus, unum Domesticorum suorum usque Cæsaream misit, qui Domini nomine rogaret, ut S. Joannes in ejus ædes vellet divertere. Hujus obsequium potius quam aliorum, qui idem offerebant, ratum habuit. Ubi igitur advenit, Dioscorus in Prædium discessit, ut totam Episcopo Domum relinqueret, postquam in ea præparasset omnia, quæ arcendo frigori faciunt, id enim S. Episcopus, Antiochiæ natus, maxime pertimescebat. Itaque procurante Dioscoro omnia commoda in illa Domo invenit, omnia humanitatis officia exhibebantur. Oeconomi, & Prædiis aliorum quoque virorum Præfecti, sæpissime aderant, & omnem opem offerebant, dicentes, hæc se a Dominis mandata

ep. 3. 234. 235. *ep.* 13.

data accepisse. Eadem die, qua. Cucusam pervenit vir Sanctus, etiam Sabiniana Diaconissa illam urbem longi itineris metam attigit; hoc enim susceperat senili jam ætate, ne ab ipso avelleretur, parata etiam Carissimum Episcopum in Scythiam sequi, nam rumor ferebat, illuc esse mittendum. Eam Clerici Cucusani pio affectu exceperunt. S. Chrysostomus in ea urbe Constantium Presbyterum invenit, qui ibi jam diu præstolabatur ejus adventum, nam illo veniendi fecerat licentiam, sine qua tam longam migrationem moliri non ausus fuisset; at prodire verecundabatur, quamdiu Persecutio in Patronum fervebat. Sæculum V. A. C. 404.

Adelphius Episcopus Cucusanus venientem S. Chrysostomum maxima Charitate, & Reverentia amplexus, etiam Cathedram Episcopalem Hospiti cedere parabat; verum S. Chrysostomus Ecclesiæ Canones optime edoctus non consensit. Multum hujus Episcopi colloquiis delectabatur, imo etiam sibi esse perutilia fatebatur. His perpensis, cumque bona tranquillitate in illa solitudine tempus exigeret, desiderium subiit ibi permanendi, & quia S. Olympiades obtinere conabatur, ut ei Exilii locum mutare liceret, scripsit ad eam, ne ulterius quid moveretur, nam novam profectionem intolera- *ep.* 143. *al.* 125. *ad Cyr.* *ep.* 127. *ad Mart.* *ep.* 12. *al.* 13.

Sæculum V. A. C. 404.

tolerabiliorem fore, quam ipsum exilium, nisi forte juberetur petere locum, qui propius Constantinopoli admoveretur, qualis esset Cyzicum, aut alius Nicomedia propinquior. Eadem ad Peanium amicorum suorum potentissimum Constantinopolim scripsit. Uno anno Cucusæ versatus, in illo otio duos Tractatus propriæ, & aliorum consolationi scripsit, in uno docet, neminem nisi nos ipsos nobis nocere posse, in altero illos reprehendit, quibus hæc persecutio scandalum creabat. Scripsit etiam magnam Epistolarum molem, & omnes, quas ab ipso habemus, tempore exilii ejus datæ sunt.

Ep. 104. *al.* 193. *Ed. A.* to. 7. *Ed. Par.* 1614. to. 4.

Pall. Dial. p. 96.

§. XLV.

S. Chrysostomi Epistolæ.

Primo loco positæ fuere illæ Epistolæ, quas S. Chrysostomus ad S. Olympiadem dedit, tanquam notatu digniores. Earum septendecim numerantur, quarum aliquæ sunt admodum longæ, quales ipsa cupiebat. Consolatur propter suam absentiam, & Ecclesiæ mala oppido afflictam. Hortatur ad patientiam, bono animo esse jubet ob ejus virtutes, & bona opera, quæ a tanto tempore faciebat; remedia suggerit contra pusillitatem, & animi torporem, quem ei tanquam malorum maximum depingit. Sæpe

ep. 2.

ep. 3.

pe firmam ſpem prodit, futurum, ut ab exilio revocetur. In una Epiſtola gratulatur, quod occaſione incendii innocens opprobrium paſſa ſit, & ſponte exilium elegerit. In alia de illis mentionem facit, qui in carcere, aut inter tormenta mortem oppetierant. Sæculum V. A. C. 404. ep. 6. ep. 17.

Dum ei narrat, quæ Cæſareæ in Cappadocia paſſus eſſet, jubet, ne hac de re mentionem faciat, nec alios garrire ſinat. Idem exigit a Peanio, & ſuper iſta re ſcribit in hæc verba: *Quæ mihi a Pharetrio acciderunt, triſtia ſunt, & intolerabilia; nihilominus quia iſti Presbyteri cum noſtris adverſariis non fuere, ut dicis, & propoſitum tenent, cum iis non communicandi, ſed nobis adhærendi, nihil coram iis memores, cum Pharetrii facta circa me talia ſint, ut nullatenus excuſari poſſint. Id omnes ipſius Clerici lugebant, & bono affectu mihi jungebantur; itaque ne iſtorum animos offendas, & infenſos mihi reddas* (de Presbyteris, qui Conſtantinopoli erant, loquitur) *poſtquam omnia a militibus Prætorianis didiceris, ſile, cum ejus Presbyteris leniſſime age. Novi tuam Prudentiam. Dic me audiviſſe meis auribus, ipſum propter ea, quæ facta eſſent, ſumme dolere, & nihil non acturum, ut errata emendaret.* ep. 13. al. 14. ep. 176. al. 204.

In eadem Epiſtola laudat Peanii zelum, quo Conſtantinopoli illos tuebatur, qui

Sæculum V. A. C. 404.

qui in ipsius Communione constanter manserant, tum subjungit: *Tuam indu-striam una Provincia non capit, sed Palæstinam, Phœniciam, & Cilicium ex-tenditur, & profecto digna res est, quam maxima sollicitudine cures; nam Episcopi Palæstinæ, & Phœniciæ, quod certo scio, illum, quem nostri Adversarii illi miserunt, non receperunt, nec quidquam respondere dignati sunt. At Episcopi Agenensis, & Tarsensis cum ipsis stant. Gabalensis ad aliquem amicorum nostro-rum dixit: Quod Constantinopolitani eos ad suas partes pertrahere conentur, sed hucusque firmi in proposito perstiterint. Hæc igitur tibi curæ sint. Et de his ad cognatum tuum Theodorum Episcopum scribe.*

ep. 13.

In priori Epistola ad Olympiadem S. Chrysostomus dicit; Episcopum Heraclidem abdicare posse, si velit, & omne onus deponere, nam ipsi aliud nihil superesse. Haud dubie hic sermo est de Heraclide Ephesino, quem S. Chrysostomi inimici Nicomediæ per annos quatuor in carcere detinuerunt. Et infe-rius: *Quæcunque poteris, obsequia Epis-copo Maruthæ præsta, & omnem conatum adhibe, ut ex præcipitio eripias. Nam opera ipsius in negotiis Persiæ maxime indigeo. Ex ipso rescias, si possis, quid ibi egerit, & cur venerit, & ea mihi per-*

S. Joannis Chrysostomi Epistolæ.

Pall. p. 195. 196.

perſcribe, rurſusque an ipſi duas meas E- Sæculum V.
piſtolas reddideris. Si litteras ad me da- A.C. 404.
re velit, adhuc ipſi ſcribam, ſecus tibi re-
ferat, an quidquam boni in illa Regione
effecerit, & an, cum illuc redierit, ali-
quid pro Dei honore facturus ſit. Hæc
fuit cauſa, cur eum videre tantopere cu-
perem. Præcipitium, ex quo S. Chry-
ſoſtomus Marutham ereptum exoptat,
videtur eſſe inita cum inimicis ſuis ſo-
cietas, nam Chalcedone, & in Concilio
ad Quercum cum ipſis fuit. Ceterum *Sup. §. 18.*
Præſul erat meritis plenus, eumque Ec-
cleſia inter SS. Martyres quarta Dec. ho-
norat.

S. Chryſoſtomus in Epiſtola ad Olym- *ep. 14.*
piadem proſequitur in hunc modum: *Sin-*
gulari attentione, quæ modo dicturus ſum,
percipe. Monachi Marſi, & Gothi, a-
pud quos Epiſcopus Serapion latere ſole-
bat, mihi dixerunt, Modovarium Diaco-
num adveniſſe, & nuncium attuliſſe,
Oulinam, præſtantem illum Epiſcopum,
quem haud diu abhinc ordinavi, & in
Gothiam miſi, vita functum eſſe, poſtquam
multa pro ſalute animarum præſtitiſſet.
Attulit etiam Epiſtolas Gothorum Regis,
rogantis, ut ad eos Epiſcopus mittatur.
Cum igitur malo, quod timemus, nullum
aliud remedium ſciam, quam cunctatio-
nem, perſuade, ut propter inſtantem hye-
mem reditum differant. Et revera ver-

ſus

Sæculum V. A. C. 404.

ſus Bosphorum proficiſci, aut ad illas Re-giones hoc tempore non poſſunt. Duo ſollicitum tenent, quæ ſi fierent, acer affligerent, nimirum ſi illi, qui tantor in Eccleſia malorum cauſa ſunt, Epiſc pum ad illam Regionem ordinent, omnino illuc ab ipſis quisquam deſtinet Ipſa enim ſcis, non eſſe voluntatem hominibus bonum Paſtorem illis gentib dare; & quanta calamitas inde ſecut ſit, capis. Nihil ergo intentatum rel que, attamen ſine ſtrepitu, ut ipſor conſilia intervertas. Modovarius, poteſt, ſecreto fugiat, & huc usque me veniat. Id certe plurimum prod ſet. Si non eſt evadendi via, ſaltem poſſumus, faciamus.

§. XLVI.

S. Maruthas in Perſia.

Socr. VII. c. 8.

Sancto Maruthæ Perſas ad fidem con-vertendi occaſio nata eſt hoc modo; nempe Legationem illo ſuſcipere juſſus eſt, quæ ab Imperatoribus, & Regibus Perſarum haud raro adornabantur. Per-ſarum Rex cognita Maruthæ pietate, hoſpiti ſingularem honorem habebat, & tanquam virum vere Deo charum auſ-cultabat. Magos, quorum magna erat apud Regem auctoritas, amicitiæ inſo-litæ initia perterruerunt, ſollicitos, ne Regem ad Chriſtiana Sacra perduceret. Timo-

Timorem augebat, quod Maruthas Regem liberasset a capitis doloribus, quibus diu conflictatus erat, hos vero ipsi tollere non potuissent. Ergo effossa terra hominem occultant in loco, ubi erat ignis perpetuus, quem Persæ adorabant; cumque Rex pro more venisset, ut preces diceret, homo ille sub terra clamare; excludendum a Sacris esse Regem, quod impietatis reum se fecisset, dum Christianorum Sacerdotem Dei amicum crederet. Isdegerdes, hoc nomen erat Regi, his verbis auditis, quamvis Marutham vereretur, tamen dimittere parabat. At Maruthas ad orationem ferventem confugit, atque Magorum præstigias cœlesti revelatione didicit. Tum dixit ad Regem: *Domine! Magorum fraude luderis. Cum vocem audieris, jube humum fodi, & quid rei sit invenies. Ignis non loquitur.* Fidem fecit Regi, qui ad locum ignis perpetui rediens, rursus eandem vocem audit. Ubi vero ligonibus humum dimoveri jussit, apparuit vir, qui loquebatur. Non tenuit iram Rex, & decimum quemque Magorum supplicio affecit. Tum Maruthæ potestatem dedit, ubicunque vellet Ecclesias ædificandi. Sæculum V. A. C. 404.

Ex eo tempore Religio Christiana inter Persas incrementa cepit. Maruthas Constantinopolim rediit, sed post

Sæculum V. A. C. 404.

breve tempus iterum Legationis munere fungi jussus, illo mittitur. Iterumque Magi omnem movere lapidem, ut Regem ab eo recipiendo averterent. Quemdam locum, ubi transire Rex assueverat, intolerabili fœtore nequitiæ infecerunt, accusantes Christianos, quod pessimi odoris causa essent. Verum Rex cui suspecti jam erant Magi, auctoribus diligentissime conquisitis, comperit, Magos hujus quoque doli reos esse. Amissis pœnas expopoſcit, majori quam prius honore Marutham coluit, Romanis favere cœpit, & amicitiam amplexus est. Nihil propius fuit, quam ut ipse Christianus fieret, permotus novo miraculo; postquam filium ejus a Dæmone vexatum Maruthas, & Episcopus Perisa, cui nomen Abda, seu *Ablaat*, jejuniis, & oratione liberarunt.

§. XLVII.

S. Flaviani obitus. Porphyrius Episcopus Antiochenus.

Sanctus Flavianus Episcopus Antiochenus animam Deo reddidit sub illud tempus, quo S. Chrysostomus exulabat; is nunquam in ejus Depositionem consensit. Sedem Antiochenam tenuit annis viginti tribus. Cum ei Successor esset deligendus, omnis populus respexit ad Constan-

Constantium Presbyterum, qui ab unguiculis huic Ecclesiæ servierat. Adolescens Episcopo ab Epistolis fuit, idque munus gessit a sordida avaritia alienissimus. Tum Lector, & Diaconus ordinatus, in Celibatu vivens morum integritatem servavit. Sequebatur institutum Asceticum, sæpe jejunabat usque ad noctem, ut tempus suppeteret, quo succurreret afflictis. Cito causæ momenta penetrabat, lentus ad puniendum, maturus, prudens, charitate flagrans, æquitatis amans in ferendis judiciis, injuriarum patiens, aptus ad persuadendum, habitu gravis, aspectu severo, veloci ingressu, vultu hilari, etiam cum morbo premeretur. Talis erat Constantius Presbyter, S. Joannis Chrysostomi amicus, ad quem Vir Sanctus aliquas dedit Epistolas, & qui ejus adventum Cucusæ exspectavit. Sæculum V. A. C. 404.

Eidem Ecclesiæ Antiochenæ Clericus serviebat, nomine Porphyrius, qui diu munere Diaconi, & deinde Presbyteri functus, nunquam in Spiritualibus profuerat. Piis ex vicinia Episcopis, bonisque eorum consiliis obsistebat, & quia Patriam habebat Constantinopolim, sua apud Magistratus potentia utebatur, malis artibus Bonorum virorum Ordinationes sufflaminabat, & cogebat Episcopos, prope invitos, ut indignos ordi- *Ibid. p. 142.*

Sæculum V. A. C. 404.

narent. Impura viri erat vita, & nefa
da perpetrare accusabatur. Inter ej
individuos comites visebantur Ampl
theatri aurigæ, Salii, quos mensæ con
vas adhibebat. Coram diversis Ma
stratibus judicialiter accusatus, & co
victus fuerat, quod esset veneficoru
quorumdam amicus, & defensor. Ide
est hic Porphyrius, qui uni Accusatio
contra S. Chrysostomum articulo in Co
cilio ad Quercum materiam præbuer
quod conatus fuisset eum Eutropii po
tentia proscribere. Flaviano defunct
Episcopatum Antiochenum ambivit. U
facilius, quod sperabat, consequeret
nihil magis necessarium duxit, quam
ante omnia Constantium a consi
removeret. Scripsit igitur ad Episcop
qui in Regia pollebant auctoritate, atq
mandatum ab Imperatore obtinuit, u
Constantius tanquam Seditionis reus i
Porphyrius. Oasin relegaretur. At Constantius a fi
dissimis amicorum monitus, eorumq
usus auxilio, in Insulam Cyprum fugit
Porphyrius, duobus aliis quoque Pres
byteris Cyriaco, & Diophante, etiam
S. Chrysostomi amicis, in custodiam ra
ptis, Episcopos Acacium, Severianum, &
Antiochum clam domi suæ tenuit, us
facinori, quod meditabatur, paratos ha
beret. Tum captato tempore, quo om
Sup. l. XV. §. 16. 36. nis populus Antiochenus in oppido Daph
nes

nes inſpiciendo ſpectaculo poſt ſingula quadriennia ad imitationem ludorum Olympicorum exhiberi ſolito, diſtinebatur, Eccleſiam cum tribus his Epiſcopis, & quibusdam Clericis ingreſſus, clauſis deinde portis, occulte ordinatus eſt, & tanta feſtinatione, ut preces Eccleſiaſticas abſolvere non auderent, ne deprehenderentur. Inde Severianus cum ſuis per montes fugam præcipitat. Sæculum V. A. C. 404. p. 146.

Ceſſante ſpectaculo populus, in urbem regreſſus, Ordinationem Porphyrii reſcivit, & illa quidem nocte nihil movit; at ſequente die omnes accurrunt, ignem & ſarmenta ferentes, Porphyrium vivum in domo ſua concrematuri. Ipſe Comitem Valentinum ad auxilium vocavit, & muneribus cumulatum permovit, ut adveniret cum copiis, quas in Iſauros ire oportuiſſet. Populum in agros incultos egreſſum ad orandum milites invaſerunt, & Crux, quam humeris portabant, pedibus conculcata. Interim Iſauri Roſſam, & Seleuciam diripuere. Haud diu poſt hæc Porphyrius ſuos ad Regiam miſit, & obtinuit, ut militiæ Antiochenæ urbis præficeretur Senex improbus, & crudelis, cujus opera populum repugnantem ad obediendum compulit. Itaque coacti ſunt præſentia corporis cum Porphyrio in Eccleſia adeſſe, cui corde peſſima imprecabantur. Præcipui vero p. 147. p. 149.

Sæculum V. A.C. 404.

ex Clericis Antiochenis ad Eccleſiæ m
ros non accedebant, ſed cum fæmi
nobiliſſimis, & opulentiſſimis ſecret
conventus agebant. Schisma iſtud p
totam Syriam, & in Ægypto ſerpens, a
ſam dedit ferendæ legi 18. Nov. eod
anno 404. datæ, & ad Eutychianum Pr
torio Præfectum directæ; in ea præcip
tur: *Provinciarum Rectores moneantur ut prohibeant illicitos Conventus Catholicorum, qui, contemptis Sanctis Eccleſiis in aliis locis congregantur. Qui vero a Communione admodum Venerabilium Epiſcoporum Arſacii, Theophili, & Porphyri ſe abſtrahunt, absque dubitatione ex Eccleſia ejiciendi ſunt.* Porphyrius eden
hujus Legis Auctor fuiſſe creditur. Ita
accuſabatur, quod vaſa Sacra liquefie
juſſerit, ut poſt ſuam ordinationem Ma
giſtratibus ſe tuentibus dona diſpenſare
poſſet.

Soz. VIII. c. 24.

L. ult. Cod. Theod. de his qui ſup. Relig.

Pall. Dial. p. 143.

§. LXVIII

Schismaticorum pœnæ.

Varios, triſtesque eventus in pœnam Perſecutionis contra S. Joannem Chryſoſtomum excitatæ Divinitus immiſſos multi crediderunt. Die Veneris 30ma Sept. eodem anno 404. hora ſecunda poſt meridiem, Conſtantinopoli & in circumjacentibus agris grando cecidit, cujus magnitudo nucis molem æquabat; & die Jovis

Chr. Paſch. an. 403. Socr. VI. c. 19. Sozom. VIII. c. 27. Chr. Proſp. an. 405.

Jovis sequente, sexta Octobris Eudoxia Imperatrix ex Puerperio obiit, cum infantem mortuum necdum maturo tempore emisisset. Cyrianus Episcopus Calcedonensis, qui omnia in S. Chrysostomo carpere solebat, decessit ex vulnere, cujus S. Maruthas causa fuit, temere pedem ejus calcando; sæpius aliqua pars cruris fuit resecanda, gangræna & alterum crus, indeque totum corpus corripuit. Nullum malo remedium superfuit. Alii diverso mortis genere perierunt, aut morbis horrendis afflicti sunt. Aliquis de scala lapsus collum fregit. Alterius pedes podagra torsit. Alius subito mortuus, odorem teterrimum dedit. Alterius viscera febris exussit; accersere continui colicæ pungentis dolores, & cutis prurigo intolerabilis. Alterius crura hydrope intumuere. Alterius digitos quatuor, quibus subscripserat, chiragra afflixit. Alterius intumuit ventriculus, partesque vicinæ corruptæ, & infectæ innumerabilis vermes producebant. Aliis per noctem rabidi canes, Barbarique nudis ensibus incurrentes objiciebantur. Aliquis ex equo cecidit, crus dextrum fregit, statimque animam efflavit. Alius usu loquendi privatus est, & per menses octo decumbens, ne quidem manum, ad cibum ori inferendum, levare valebat. Alter, cum lingua ita tumore excrevisset,

Sæculum V. A.C. 404.

Marcell. an. 404. Eunap. ap. Phot. Cod. 77.

Pall. p. 225.

id. p. 157.

p. 158.

Sæculum V. A.C. 404.

ut totum oris ſpatium impleret, confeſſi-
nem ſuam in tabellis ſcripſit.

S. Nilus illius ætatis illuſtriſſimus Ana-
choreta, quantum ſibi perſecutio in S.
Chryſoſtomum diſpliceret, datis ad Ar-
cadium Imperatorem duabus epiſtolis te-
ſtatum fecit. In prima iſta habet: *quo-*
Lib. II. ep. 265. *modo ſperare potes, urbem Conſtantinopo-*
lim a crebris terræ motibus, & igne ca-
leſti liberatam videre, quamdiu tot crimi-
na in ea committuntur, & vitia ibi im-
pune regnant? poſtquam Columna Eccle-
ſiæ, Lux veritatis, JEſu Chriſti Præco,
S. Nilus. *Beatus Joannes proſcriptus eſt? quomodo*
vis, ut preces fundam pro illa Civitate,
quam Dei ira concuſſit, in quam fulmen
de Cælo ruitura in momenta expectamus?
ego orem, triſtitia pene conſumptus, ex-
mens vagatur, & cor dolore obruitur, dum
cogito, quam enormia mala hodie Byzan-
III. ep. 279. *tii perpetrentur? nulla tibi cauſa fuit*
Joannem in exilium mittendi, magnum
Mundi lumen, urbis Byzantinæ Epiſcopum.
Faciles nimis aures Epiſcopis inſipienti-
bus dediſti. Ergo Pœnitentiam age, quod
tanti viri Doctrina puriſſima, & ſanctiſ-
ſima Eccleſiam privaveris. In aliis etiam
II. ep. 293. epiſtolis quanti hunc S. Doctorem æſti-
294. met, ſatis ſignificat.

S. Nilus, qui tanta fiducia ad Impe-
Niceph. 14. hiſt. c. 54. ratorem ſcribebat, in ipſa urbe Conſtan-
tinopoli primæ nobilitatis parentibus na-
tus,

tus, urbis Præfectus fuit, & magnis po- Sæculum V.
tiebatur opibus. Postquam ex uxore A.C. 404.
duos filios suscepisset, hos sufficere cre- *Nili Narr.*
didit, ut & posteritatis spem, & suæ sene- 2 *p.* 13. *&c.*
ctutis præsidium haberet. Ab uxore dis-
cessit, quamvis illa ægre consentiret, & *Boll.* 14.
relinquens ei filium secundum, majorem *Jan. p.*
vero natu assumens, in solitudinem se- 955.
cessit. In Arabiam usque, & Desertum montis Sinai abiit, ibique diu cum Monachis perfectissimæ conversationis quietam vitam duxit. In cavernis habitabant, aut Cellulis, aliquo spatio separatis, quas ipsi construebant. Plerique panem non comedebant, sed tantum poma sylvestria, & olera non cocta. Aliqui una vice solum per hebdomadam cibum capiebant. Presbyterum habebant, & Die Dominica in Ecclesia congregabantur, ut Communionem acciperent, & de rebus spiritualibus conferrent. Hos Monachos perfecta humilitas, & charitas uniebat.

§. XLIX.

S. Chrysostomus scribit ad SS. Pontificem.

Interea Romæ de causa, & Restitutione S. Joannis Chrysostomi agebatur. Primus tantarum turbarum nuncium attulit Lector Alexandrinus, qui Theophili epistolas reddidit, in quibus dicebatur, Jo- *Pall. p.* 9.

Sæculum V. A. C. 404

annem fuisse depositum. His perlectis I
nocentius Papa Theophili tumorem v
hementer mirari, & quod sibi solus sc
beret, nec causam Depositionis indic
ret, nec quibuscum rem tantam pertr
ctasset. His suspensus nullum dedit r
sponsum, non enim, quid subesset, sat
perspiciebat. Inter hæc Diaconus Eccl
siæ Constantinopolitanæ, nomine Eus
bius, qui negotiorum Ecclesiasticorum
causa Romæ versabatur, Papam adi
tradiditque Libellum supplicem, qua ob
testabatur, ut per breve tempus expect
ret, tumque certissimis indiciis manif
stam contra Joannem conjurationem e
p. 10. perturum. Vera dicebat; nam post
duum advenere quatuor Episcopi ex S
annis partibus, Pansophius ex Pisidia, E
pus ex Syria, Demetrius ex Galatia, E
genius ex Phrygia, qui tres epistolas re
didere, unam a S. Chrysostomo, alteram
quadraginta Episcopis, qui cum ipso com
municabant, & tertiam ab ipsius Clerici
datam. Omnes tres eadem, nempe in
gentem Ecclesiæ Constantinopolitanæ
perturbationem referebant.

Epistolæ inscriptio, a S. Chrysostomo
ad Innocentium Papam datæ, ad ipsum
solum dirigitur, sed in Sermonis contex-
p. 20. tu ad plures loqui videtur. Haud dubie
credebat suas litteras in Concilio, ut mos
ferebat, legendas esse. In calce epistolæ

læ dicit, ejusmodi litteras etiam ad Ve- Sæculum V.
nerium Episcopum Mediolanensem, & A.C 404.
Chromatium Aquilejensem fuisse missas.
S. Chrysostomus initio litterarum significat, se præter Episcopos quatuor, quos nominavimus, duos etiam Diaconos Paulum, & Cyriacum misisse. In iis continuam factorum seriem enarrat; Theophilum Alexandrinum coram Imperatore accusatum, ejusdem in urbem Constantinopolitanam adventum, & aversum a se animum. *Cum objecta sibi crimina,* inquit, *diluere oportuisset, me ipsum vocari jussit, ut coram suo Concilio causam dicerem. Optime sciebam, ab istorum virorum cœtu æquitatem procul exulare, ideo sæpius vocatus non ivi, sed objeci, nullam huic Concilio esse in me Jurisdictionem. Hoc non obstante, Theophilo visum, contra me pronunciare. Vi adhibita expellor ex urbe Constantinopoli. Ab Imperatore revocatus, Constantinopolim redii, comitantibus triginta Episcopis. Theophilum turpis fuga abstulit. Post reditum Imperatorem rogavi, ut curaret convocari Concilium, in quo ea, quæ hucusque acta essent, retractarentur. Sed impetrare non potui. Imo secundo expulsus sum.* In hoc loco, illa, quæ insolenter in Vigilia Paschæ facta fuerant, recenset, memorat, quam funestos effectus Depositio inique decreta post se trahat, & quam horren-

p. 11.

p. 16.

p. 18.

dum

Sæculum V. A.C. 404. dum Schisma totum Orientem dividat. Tandem finem scribendi facit in hunc modum: *quæ cum ita sint, rogo te, ut*
p. 20. *Epistolas scribas, in quibus ea omnia ma-*
p. 21. *lius esse roboris pronuncies,* (*) *quæ con-tra me acta sunt, & mihi tuam concede Communionem, sicut hucusque concessisti, quia damnatus sum inauditus, & coram Tribunali non suspecto defendere me nul-latenus recuso.*

§. L.

Multi Romam in causa S. Joannis delegantur.

Papa acceptis his epistolis dedit respon-sorias, in quibus suam Communio-nem neutri Parti subtrahit. Rejecta Theophili Sententia contra Canones da-
p. 23. ta, dicebat, convocandum esse Concilium, in quod nulla suspicio sinistra ca-deret; in eo sederent Patres Occiden-tales, & Orientales. Amici primum, & deinde inimici ex Judicum numero ex-pungerentur. Paucos post hæc dies ali-quis ex Theophili Presbyteris, nomine Petrus, cum Martyrio Diacono Constan-tinopolitano, Romam advenit, reddidit-que Papæ Theophili epistolas, & quædam Acta,

(*) Durch diese Begebenheit wird herrlich er-wiesen, daß die Constantinopolitanische Kirche die Gerichtsbarkeit der Römischen anerkannt.

Acta, ex quibus apparebat, Joannem a triginta sex Episcopis, quorum viginti novem Ægyptii erant, fuisse condemnatum. Nempe hæc erant Acta Concilii ad Quercum. Innocentius Papa, his perlectis, videns, accusationis momenta non fuisse gravia, & Joannem absentem, multo magis Theophili factum damnabat, quod severissimum judicium pronunciasset in absentem; ad ejus epistolas vero respondit in hunc modum: *Frater mi, Theophile! ambos Communione nostra complectimur, & te, & Fratrem nostrum Joannem, quod tibi jam in prioribus nostris epistolis significavimus, & id toties tibi rescribemus, quotiescunque ad nos litteras dederis. Si omnia mature pensentur, quæ per collusionem acta fuere, impossibile est, ut absque justa causa a Joannis Communione recedamus. Si ergo confidis, justum fuisse tuum Judicium, in Concilio, quod Deo dante celebrandum est, te siste, & Accusationes proba secundum Canones Nicenos; etenim Ecclesia Romana non novit alios.* His ultimis verbis volebat dicere, nullam sibi Canonum Antiochenorum esse rationem. Itaque Papa, dimissis Theophili Delegatis, preces & jejunia imperavit, quibus placaretur Deus, atque concordiam in Ecclesiam reducere dignaretur.

Sæculum V. A.C. 404.

p. 24.

Paulo

Sæculum V. A.C. 404.

Paulo post Romam venit Presbyter Constantinopolitanus, nomine Theotecnus, qui Papæ reddidit epistolas, a Concilio Episcoporum ferme viginti quinque S. Chrysostomi causam tuentium, sibi commissas; in iis referebant, Episcopum opera armatorum Constantinopoli expulsum, & Cucusam in Exilium missum, Ecclesiam flammis consumptam. Papa etiam
p. 25. Theotecno Communionis litteras dedit Joanni, iisque, qui cum ipso communicabant, reddendas. Scribens inter lacrymas hortabatur, ut patientiæ clypeo se muniret, nec enim se posse, ut vellet, his rebus mederi, ob quorumdam, qui obsisterent, potentiam. Cum pauci existe dies effluxissent, venit vir brevis staturæ, & prope temnendi vultus, at exquisitæ calliditatis. Huic nomen Paternus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyterum se dicebat, & ex ipsius sermonibus constabat, adversus S. Joannem acerrime esse commotum. Is Acacii, Pauli, Antiochi, Cyrini, Severiani, & paucorum aliorum reddidit epistolas, in quibus Joannes Ecclesiam Constantinopolitanam incendisse accusabatur. (*) Clerici Romani

(*) Daß nicht nur allein der Heilige Joannes Chrysostomus, sondern auch die Bischöfe seine Feinde den Richterstuhl des Römischen Bischofs erkannt, wird aus dieser Stelle dargethan.

Sæculum V. A. C. 404.

mani falsam esse hanc accusationem judicabant, quod Joannes in celebri Concilio suæ Partis Episcoporum hujus nequidem mentionem fecisset; Innocentius Papa indignas credidit, quibus responderet.

Causa S. Joannis Chrysomi.

Post paucos dies, Cyriacus Episcopus Synnadensis in Phrygia Romam pervenit, dicens, fugere se compulsum propter Edictum, quo illi, qui cum Theophilo, Arsacio, & Porphyrio communicare detrectarent, ab Episcopatu deponi, eorumque Bona Fisco addici, jubebantur; nempe Lege lata decima octava Nov. ann. 404. cujus meminimus. Interim S. Chrysostomus sæpius e loco sui Exilii ad S. Cyriacum litteras dederat, & de pertinaci ejus silentio querebatur; postea vero scripsit, ut solatium suggereret. Haud diu post Cyriaci adventum venit Eulysius Episcopus Apamiensis in Bythinia, afferens Epistolas ab Episcopis quindecim ex Concilio S. Joannis, & a Sancto Sene Anysio Thessalonicensi. Episcopi quindecim referebant, immane quantum urbs Constantinopolitana affligeretur. Anysius causam suam Ecclesiæ Romanæ judicio commendabat. Et quæ Eulysius narrabat, iis, quæ Cyriacus attulerat, erant consentanea. Post unius Mensis spatium, Palladius Episcopus Helenopolitanus Romam delatus, nullas habebat epistolas; dicebat,

p. 26.

L. ult. Cod. Th de his qui sup. Rel.

Chrys. ep. 144. *al.* 202. *ep.* 143.

Sæculum V. A. C. 404.

dicebat, coactum se Magistratuum furori cedere, & exhibebat exemplar Edicti in quo præcipiebatur, ut ædes omnium illorum, qui Episcopum, vel Clericum occultarent, aut quemcunque cum Joanne communicantem in domum suam reciperent, Fisco adscriberentur. Nimirum hæc Lex est 28. Aug. anno 404. lata. Post Palladium Romam venerunt Germanus, & Cassianus, iidem illi, qui juvenes vitæ Monasticæ adsueverant, & inita itineris societate Monasteria Ægypti inviserant. Exinde S. Chrysostomum secuti, Germanus ab eo Presbyter, & Cassianus Diaconus fuerant ordinati. Ipsi quoque dicendo vix erant, quantam eum hostium Ecclesia sua pateretur. Præterea exhibebant commentarium rerum pretiosarum, quas Studio Constantinopolis Præfecto, Eutychiano Prætorio Præfecto, Joanne Thesauri Custode, Eustathio Quæstore, & Tabellionibus, seu Notariis præsentibus tam aureas, quam argenteas, vestesque tradiderant, ne Episcopum Joannem calumniandi locus esset.

L. 37. C. Th. de Episc. Pall. p. 27. Sup. l. XX. §. 3.

Interim Innocentius Papa ad S. Chrysostomum dedit epistolam consolatoriam, quam Cyriacus Diaconus detulit; exhortatur, ut bonæ suæ conscientiæ testimonio nixus adversa fortiter toleret. Scripsit in eundem sensum ad Clericos Constantinopolitanos, qui Joanni obediebant, nam

Ap. Sozom. VIII. c. 26.

nam pars eorum Arsacium sequebatur. Hoc nempe fuit responsum ad epistolas eorum, quas ferentibus Germano, & Cassiano acceperat; etiam mentionem facit, Episcopos Demetrium, Cyriacum, Eulysium & Palladium jam tunc Romam advenisse. Insuper Innocentius Papa in hac Epistola Ecclesiæ Constantinopolitanæ mala deplorat, præsertim quod Episcopus in Episcopi viventis, & innocentis, locum per contemptum Canonum fuerit intrusus; declarat, nescire se alios Canones præter Nicenos. Canones autem ab Hæreticis procusos, secundum Concilium Sardicense, etiamsi aliunde rationi concordarent, esse rejiciendos. Tantis malis remedium dicit esse necessarium, Concilium Æcumenicum convocare, jamque diu antea sibi opinionem sedisse, esse congregandum. Interim quæ mutari non possint, patienter ferenda, & fiduciam in Deo ponendam. (*)

Sæculum V. A.C. 404.

§. LI.

(*) Schon im vorhergehenden §pho ist der Herr Fleury dem Anonymus I. verdächtig, als wollte er die Auctorität der Päbste verkleineren, weil er saget: in der Folge des Briefes des heil. *Chrysostomus* an den Pabst *Innocentius*, sey die Rede nicht mehr an einen, sondern an mehrere Personen gerichtet, ohne Zweifel, weil er glaubete, der Pabst würde ein *Concilium* zusammen berufen; und setzet zuletzt die Worte hinzu: es

Sæculum V. A.C. 404.

§. LI.

S. Victricius, aliique Galliarum Episcopi.

Sanctus Innocentius eodem a. 404. ad Victricium Episcopum Rothomagensem dedit Epistolam Decretalem, ut ejus precibus annueret, quippe ille rogaverat Papam, ut in diversis Disciplinæ articulis indicaret Regulas, quas Ecclesia Romana teneret. Innocentius Papa respondet, non ut nova quædam statueret, sed ut antiquas Traditiones conservaret. Epistola ejus Decretalis absolvitur quo-

Ep. 2. Innoc. to. 2. Conc. p. 1249.

---

wäre eben so viel an den *Venerius* Bischof zu Mayland, und an den *Chromatius* Bischof zu *Aquileja* geschicket worden. Ich meyne vielmehr Fleurius handele hier, wie überall, als ein aufrichtiger Geschichtschreiber, welche Eigenschaft er an sich nicht hätte, wenn er nur dasjenige setzete, was zur Vertheidigung der Päbstlichen Auctorität dienet, und das übrige wegließ. Hier befremdet es den Anonymus, daß Fleury die kurze Anmerkung hinzugefüget: also redete dieser Heil. Pabst. In der Brüsseler Edition stehen diese Worte nicht, ich glaube aber, daß sie in der Edition stehen, welche der Anonymus vor sich gehabt. Er fraget: mein wo zielet diese Anmerkung hin? nämlich Fleury meynet in einem Concilio werden die Irrungen am besten abgethan, wie es von diesem Fall insonderheit der Heil. *Innocentius* selbst geglaubet hat.

tuordecim articulis, ab illis non abhorrentibus, qui in Decretali Siricii Papæ ad Himerium data continentur. Plerique de Ordinationibus, & Continentia Clericorum agunt. Dicit Pontifex, Matrimonium ante Baptismum initum facere bigamos, & ex consequenti, irregulares illos, qui post Baptismum secundam uxorem duxerunt, quia per Baptismum peccata quidem, sed non Matrimonium deletur. Rursus, Mulierem, quæ vivente Marito alii nupsit, ad Pœnitentiam non admitti nisi post unius, vel alterius mortem; eundem rigorem observandum esse, si Virgo, cui solemniter velum cum Benedictione datum, spreto voto nupserit. (*) Id est, isti casus illis accensebantur, in quibus Ecclesia reos, Sacramentis privatos, Dei Misericordiæ relinquebat. (**)

Sæculum V. A. C. 404.

Sup. XVIII §. 34.

c. 5.

c. 12.

(*) Der Protestantische Uebersetzer hat hier eine Nota hergesetzet, welche also anfänget: Der damalige Pabst *Innocentius* war ein überaus kluger Prälat. Das ist gut; so hätte dann der Uebersetzer aus dieses überaus klugen Pabstes Decretali lernen sollen, daß er und die Catholische Kirche schon damals nicht geglaubet habe, daß die Gelübde der Jungfrauen nur gezwungene Enthaltungen wären, mit welchen GOtt nicht gedienet ist, wie er in seinem Vorurtheil öfters hinschreibet.

(**) Es ist nicht so gewiß, ob Fleury hier unter der Verweigerung der Heil. Sacramente, auch die gehei-

Sæculum V. A. C. 404.

c. 11.

Hæc Decretalis decimo quinto Kalend. Martii, Honorio & Aristenete Consulibus id est, decimo quinto Febr. anno 404 data.

S. Victricium Papa noverat, ex illo tempore, quo Romæ fuerat; tunc S. Paulinus speraverat, ipsum etiam Nolam venturum, ut se inviseret, nam S. Victricium olim Viennæ apud S. Martinum viderat & singulari eum honore prosequebatur. Cum autem id solatii S. Paulino non obtigisset, sed tantum ab eo accepisset epistolam, dedit responsoriam, in qua primis ejus paupertatem Apostolicam laudat. Romam postea pro more suo ad Festum Apostolorum profectus, ibi Diaconum Paschasium Clericum Rothomagensem, S. Victricii Discipulum, & itinerum socium invenit, & quamvis in Gallia

Paul. ep. 27. & 28. al. 18. & 37.

ep. 27.

S. Victricius.

geheime Loßsprechung in der Ohrenbeicht mit begreife, oder ob er nur von der Reichung der Heil. Communion, und letzten Salbung müsse verstanden werden. Dafern er aber der Meynung wäre, man hätte jemal in der Kirche die Loßsprechung und der heimlichen Beicht einigen grossen Sündern versaget, so verwerf ich seine Meynung, und stimme dem Anonymus I. vollkommen bey, welcher an diesem Orte in seiner Anmerkung weitläuftig davon handelt. Es ist nicht wahrscheinlich, daß man jemal einem Sünder im Todtbett, wenn er die Loßsprechung mit reumüthigem Herzen verlanget, habe abschlagen können.

liam celeriter reverti percuperet, eum tamen S. Paulinus Nolam secum perduxit, & satis diu ibi distinuit. Ipso referente didicit S. Victricii in juventute ejus vitam, conversionem ad Fidem, Confessionem, & quanta post susceptum Episcopatum gessisset; hic enim vir Evangelii lucem usque ad Oceani littora invexerat, atque converterat barbaras Morinorum, & Nervianorum Nationes, quæ tunc forte illas terras, quas hodie Flandriam, & Hannoniam, dicimus inhabitabant. S. Victricius ubique Ecclesias, in quibus Laudes Divinæ cantabantur, & Monasteria ædificaverat, Virgines etiam & viduas instituerat. (*) Inter Episcopos Rothomagenses octavus numeratur, & Ecclesia ejus Memoriam septima Aug. colit.

Sæculum V. A.C. 404.

Sup. l. XV. §. 31.

Mart. Rom. 7. Aug.

Ex Epistolis S. Paulini multos alios Galliarum Episcopos Sanctitate celebres novimus. Nempe S. Delphinum Burdegalensem, & S. Amandum ejus Successorem, S. Aprum Tulensem, S. Florentium Cadurcensem, & S. Alethium ejus Successorem, S. Exuperium Tolosanum, S. Simplicianum Viennensem, S. Diogenianum Albygensem, S. Dynamium Inculismanum,

Ap. Greg. Turon.

S. Episcopi in Galliis.

(*) Die alten Heiligen haben in der Catholischen Kirche Klöster aufgerichtet für Personen beyderley Geschlechts; die Protestanten haben solche zernichtet.

Sæculum V. A. C. 404.

manum, S. Venerandum Claromontanum, S. Pelagium Petrocorienſen. S. Paulinus ad nullum iſtorum plures, quam Sulpicium Severum dedit epiſtolas, quæ libri editi illuſtrem reddidere Parentem.

Gennad. c. 19.

Is ſicut & S. Paulinus in Aquitania, & ut creditur, Aginni natus erat. In flore ætatis, uxorem habens, dives, & Eloquentiæ laude celebris, ad fidem converſus eſt. S. Martini Turonenſis deinde Diſcipulus vitam Magiſtri ſcripſit adhuc aura fruentis, & poſtea peculiaria aliqua & obitum ejus in ſuis Dialogis, & epiſtolis addidit. Inter Sulpicii opera præcipuum eſt Hiſtoria Sacra, diviſa in duos Libros, in Compendio totam Religionis Seriem a Mundi exordio usque ad ſuam ætatem, id eſt, usque ad annum J. C. 400. complexos. Presbyter fuit, & cum Epiſcopis, quos cognomines habuit, confundi non debet.

Paul. ep. 1. al. 5.

Pag an. 400. n. 25.

§. LII.

Concilium Taurinenſe.

To. 2. Conc. p. 1155.

Sub illud tempus, Epiſcopis Galliarum id petentibus, celebratum eſt Concilium Taurinenſe, cujus epiſtolam Synodalem, octo Articulos continentem, habemus. Primus reſpicit Proculum Epiſcopum Maſſilienſem, qui competere ſibi jus affirmabat, ut tanquam Metropolita Epiſcopis Secundæ Provinciæ Narbonenſis

sis præesset, & ibi Episcopos ordinaret; rationem postulationis reddebat, quod ipsorum Ecclesiæ olim ad suam Diœcesin pertinuissent, aut saltem a se fuisse ordinatos. Econtra illius Regionis Episcopi dicebant, non decere, ut sibi alterius Provinciæ Episcopus præesset; & omnino Massilia Provinciæ Viennensis pars erat. Concilio visum, Bonæ Pacis conservandæ causa Proculo Primatum, quem petebat, esse concedendum, non tanquam Sedis suæ Prærogativam, sed tanquam Privilegium ipsius ætati, & meritis debitum. Itaque, quamdiu viveret, illis præesset Episcopis, de quorum Ecclesiis constaret, ejus Diœcesi aliquando fuisse subjectas, aut ipsos ex ejusdem Discipulorum numero ad Episcopale munus gerendum fuisse evocatos. Denique Episcopum Proculum omnes Patris loco habituros, quos ipse paterno affectu prosequeretur ut filios. Multo jam tempore Proculum Episcopali Dignitate fulsisse necesse est, cum jam anno 381. Concilio Aquilejensi ex Galliis Delegatus interfuerit. Virum fuisse Doctrina, & virtutibus insignem, S. Hieronymus testatum facit. At Concilii Taurinensis verba indicare videntur, majoris inter cœteros Auctoritatis plus æquo tenacem fuisse.

Sæculum V. A. C. 404.

v. Not. Sirm. ibid. p. 1810.

Proculus Massilienſis.

Sup. XVIII §. 10.

Ep. 4. §. 10.

Arelatensis, & Viennensis Episcopi de Primatu contendebant. Vienna erat

c. 2.

Sæculum V. A. C. 404.

antiqua Metropolis, verum Arelate, Regno Constantini, qui urbi huic Nomen suum, & eximia Privilegia contulerat, inter Galliarum Civitates secundum locum tenere credebatur, nam primum occupabat Trevirensis. Concilium Taurinense decrevit, ut ex ambobus Episcopis ille, qui urbem suam esse Metropoliticam probasset, Potestatem ordinandi haberet, attamen ad fovendam pacem ambobus liberum esset, ut quisque in sua Provincia vicinarum urbium Episcopos sibi subjiceret, & jure Metropolitico eorum Ecclesias visitaret.

vid. Not. Sirm.

Felix Episcopus Trevirensis, ab Ithacianis ordinatus, adhæserat eorum Communioni, quam Sanctioris vitæ Episcopi exemplum SS. Martini, & Ambrosii sequentes rejiciebant. Illi Galliarum Episcopi, qui cum Felice communicabant, ad Concilium Taurinense Delegatos miserunt; Concilium vero declaravit, illos solum a Patribus ad Communionem admittendos, qui Communioni Felicis renunciarent, secundum S. Ambrosii, & S. Siricii Papæ Epistolas, quæ Delegatis præsentibus lectæ sunt. Hæ litteræ hodie non supersunt. In hac Synodo etiam statutum, ut Episcopi, qui illicite ordinassent, jure ordinandi in perpetuum privarentur. Alia Concilii Taurinensis Statuta ad causas privatas, vel veterum Canonum

c. 6.

Sup. XVIII §. 56.

num confirmationem spectant. Ex alio Scriptore scimus, Lazarum, postea a Proculo Episcopum ordinatum, in hoc Concilio tanquam calumniæ reum fuisse condemnatum, quod falso Episcopum Bricium accusasset. Hunc S. Martini Successorem in Sede Turonensi fuisse credunt.

Sæculum V. A. C. 404.

Zosim. ep. 6. ad Afr. To. 2. Conc. pag. 1569.

§. LIII.

Concilium Carthaginense.

Carthagine quoque Honorio sexto Consulatum gerente sexto Kalendas Julii, id est, 26. Junii anno 404. convocata est Synodus. In ea decretum, ut Imperatoris Potentiam contra Donatistarum vim implorarent. Episcopi aliqui ex Senioribus, experientia edocti, quantæ utilitatis Leges adversus Hæreticos essent, & quam multi ad conversionem excitarentur, suadebant, ut rogaretur Imperator, generatim prohibere, ne quis Donatista esset, mulcta omnibus imposita, qui istam Hæresin profiteri vellent. Alii Episcopi, de quorum numero erat S. Augustinus, ajebant, id solummodo petendum, ut hominum violentia coerceretur, Theodosii Lex, quæ decem librarum aurearum mulctam omnibus generatim Hæreticis injungebat, speciatim traheretur ad Donatistas, qui Hæreticos se esse negabant, & non omnes huic pœnæ subjicerentur, sed

Aug. ep. 185. *al.* 50. *ad Bonif. c.* 7. *v. ep.* 93. *ad Vincent. n.* 17.

Sæculum V. A. C. 404.

illi solum, qui ob vim illatam a Catholicis deferrentur.

Consilium istorum, quod lenitas commendabat, sequi placuit. Theasius, Evodius Episcopi cum mandatis ad Imperatorem delegati. In his referebant Donatistarum Prælatos juxta Decretum Concilii anni superioris per acta Ministrorum Municipalium fuisse interpellatos, ut amicum colloquium cum Catholicis conderent; *sed causæ suæ diffidentes*, addebant: *& vix pauca respondere ausi, immo sævire cœperunt. Aliquibus Episcopis, & Clericis exitium attulerunt, ut de Laicis taceamus. Aggressi sunt Ecclesias, non nullas etiam occuparunt. Jam igitur Imperatoris est, Ecclesiæ Catholicæ securitatem præstare, & homines temerarios compescere, ne Fideles, quos pervertere nequeunt, terrore illato immane quantum crucient. Furorem Circumcellionum, tyrannides per Leges damnatorum, neme ignorat; itaque in his rerum articulis arbitramur, licere nobis auxilium contra insolentes efflagitare, sicut Sanctus Paulus contra conspirationem factiosorum etiam militarium virorum operam sibi exorandam existimavit. Quapropter postulamus, ut Civitatum Magistratus, & agrorum vicinorum Domini, bona Fide Ecclesiis Catholicis opem ferant. Imperatoris Theodosii Lex, de præstanda pœna decem Librarum auri contra*

Ap. Dion. exig. c. 93.

Act. 23, 17. 23.

Sup. XXX. §. 34. L. 29. C. Theod. de hær.

contra Hæreticos ordinantes, vel ordinatos, & Dominos ædium, in quibus conventicula agunt, confirmetur, & ad illos extendatur, quos Catholici ab ipsis lacessiti accusarent. Præterea in istis mandatis monebantur Delegati in hunc modum: *id etiam petere debemus, ut Lex illa, qua Hæretici prohibentur quidquam Donatione, vel Testamento dare, vel acquirere contra eos, qui in Schismate Donatistarum permanebunt, executioni detur, non autem contra illos, qui bona fide se convertent, antequam eos Catholici in Judicio persequantur.* Sæculum V. A.C. 404. *Sup. XVIII §. 9. l. 7. C. Theod. de hær.*

Id quoque decretum; Concilii Nomine ad Imperatores, & Optimatum præcipuos dandam esse epistolam, in qua significaretur, Delegatos ad Regiam mitti ex omnium voluntate; nihilominus satis futurum, si epistola ab Aurelio Episcopo Carthaginensi signaretur, ut omnis abrumperetur mora. Scribendum etiam ad Africæ Præfectos, & rogandos, ut, donec delegati redirent, officialibus urbium, & prædiorum Dominis operam jungere jussis, Ecclesiam Catholicam juvarent. Tandem scribendum ad Episcopum Romanum, aut Episcopum urbis, quamcunque Imperator iniisset, ut Delegatis favere vellent.

§. LIV.

Sæculum V.
A. C. 404.

§. LIV.

Causa Spei, & Bonifacii.

Ep. 78. n. 23. Conjecturæ locus est, S. Augustinum i illa Carthaginensi commoratione dum Concilium ageretur, duas epist las in causa Bonifacii Presbyteri scripsi se. Hic Presbyter juvenem, cui Spe erat nomen, Monasterii S. Augusti alumnum, infami crimine accusaverat contra Spes in Bonifacium crimen rej cerat, dicens, ab ipsomet se fuisse ad fu gitium sollicitatum. Cum nullæ essen probationes, hæc res diu S. Augustinu sollicitum tenuit, quod non suppeteret alterutrum convincendi argumentu quamvis melior de Presbytero sibi vi deret opinio, & magis ipsi fidem hab ret. Itaque mens erat, utrumque De Judicio relinquere, donec Spes, qui ip erat suspectus, sua culpa aliam causa præberet, eum ex Monasterio expelle di. Ipse vero S. Augustinum urgere, u se ad ordines Clericales promoveret, au daret litteras, ut in alio loco ordinare tur, quod ut faceret, S. Augustinus ob suspicionem de eo conceptam adduci no potuit.

Tunc autem Spes vehementius instare, ut si sibi aditus ad ordinem Clericorum de negaretur, etiam Bonifacio Presbytero in gradu suo permanere non concederetur.

Con-

Consentiebat Bonifacius ne scandalum daretur Fidelibus, si in vulgus spargeretur causa, in qua innocentem se coram hominibus demonstrare non posset. S. Augustino aliud remedium occurrit; nempe ut inter ambos conveniret, Nolam ad S. Felicis Sepulchrum peregrinari. Hoc pactum litteris commissum. S. Augustinus sibi persuasum habebat, fore, ut Divina Justitia ad confessionem criminis reum adigeret. Prodigium simile Mediolani viderat; fur aliquis, cum Sanctorum Sepulchro, animo pejerandi, accessisset, cœlitus coactus fuerat furtum fateri. S. Felicis Sepulchrum, magno miraculorum, quæ ibi fiebant, numero erat celeberrimum; præterea S. Augustinus sciebat, se ex epistolis S. Paulini amici sui ibi habitantis, quid actum fuisset, longe certius, quam aliunde, experturum. Bonifacio, & Spei, secreto, & nemine conscio illuc eundum erat. Imo Bonifacius non tulit litteras, ex quibus probare posset, se esse Presbyterum, ut ipse, & Adversarius æquali jure haberentur. S. Augustinus turpissimæ causæ scientiam, quæ scandalum paritura erat, suæ Ecclesiæ Fidelibus subtrahere conabatur. Sæculum V. A.C. 404.

Nihilominus res hæc in vulgus emanavit, & fuerunt, qui peterent, ut Bonifacii nomen ex Presbyterorum Catalo-

go

Sæculum V. A.C. 404.

go demeretur. S. Auguſtinus præ
de hoc ſcandalo ad Felicem, & Hila
num, viros inter Catholicos populi H
ponenſis ſpectatiſſimos, ſcripſit; ſe n
tem adjicere non poſſe, ut Nomen Bo
Ep. 77. al. 136. facii ex Indice Presbyterorum tolle
quem nullius criminis convictum ha
ret, & innocentem eſſe non dubita
Hanc litem coram Divino Tribunali p
dere, cujus ſententiam antevertere
injuria nemo poſſet, ſicut in Judicio S
culari, ſi appellatum fuerit, Judex in
Ep. 76. rior nihil ultra movere auderet. (
Tum ad ſuos Clericos, & populum d
dit epiſtolam affectu tenerrimo, & Ch
ritate abundantem, ut imbecillos animos
contra hoc ſcandalum firmaret. Co-
n. 4. ſentit etiam ipſorum deſiderio, ut Nom
facii Nomen ex Tabula deleatur, quæ in
Eccleſia prælegi ſolebat, ne Infidelibus
n. 3. eſſet offendiculo. In hac epiſtola dicit
quamvis Deus ubique ſit, atque in Spi
ritu & veritate adorari debeat, noſtrum
tamen non eſſe, altitudinem conſiliorum
n. 8. ejus ſcrutari, & quærere, cur in hoc po
tius

(*) Notandum tamen, in Judicio Sæculari, ſi forum fuit competens, non prius licere appellare a Judice inferiore ad Superiorem, quam Sententia lata fuerit. Maxima certe fuit S. Auguſtini in S. Felicis Interceſſionem fiducia, & inſolitum ſperabat prodigium.

tius, quam in alio loco miracula pa- Sæculum V. A.C. 404.
tret?

Populum suum reprehendit, quod Donatistis ob lapsum duorum Diaconorum, qui ab ipsis ad Catholicos transierant, insultaret. *Nihil aliud*, inquit, *ipsis exprobremus, quam quod Catholici non sint, ne ipsos imitari videamur, dum insimulationes plerumque falsas contra Ecclesiam spargunt.* Deum S. Augustinus testatur; sicut nullos meliores viros inveniisset, quam qui sub Monasticæ Disciplinæ jugo profeciissent, ita etiam illis, qui in Monasteriis lapsi essent, nullos pejores. *n. 9.*

§. LV.

S. Augustini cum Felice Colloquium.

Sub finem hujus anni S. Augustinus in publico colloquio Felicem Manichæum erroris convicit. Is ex numero eorum, quos Electos, & Doctores vocabant, Hipponem venerat, ut Hæresis suæ venenum civibus propinaret. Etsi Litterarum humanarum rudis, nihilominus Fortunato astutior erat, quem S. Augustinus anno 392. superaverat. Post primum congressum, in quo Felix jactavit se, quod veritatem Librorum Manetis defendere posset, ventum ad Colloquium publicum in Ecclesia Hipponensi. Supersunt nobis Acta a Notariis scripta, septimo *II. Retract. c. 8.* *Poss. vit. c. 16.* *Sup. XIX. §. 39.*

Sæculum V. A.C. 404.

mo Idus Dec. Honorio sexto Consule, i
est, septima die Dec. anno 404. data.
Primum S. Augustinus manu tene
Manetis epistolam, cui a Fundamen
nomen dederant, ostendit Felici. Is M
netis opus cognovit, & ipsemet legit i
tium, ubi Manes se Apostolum JEsu Ch
sti dicebat. Tum S. Augustinus: qu
argumentum nobis affers, qua ratio
Manes iste Apostolus sit? hic enim in E
angelio nusquam occurrit. Illum, qui
locum Judæ ordinatus est, nempe S. Ma
thiam, novimus, eumque, qui postea Ca
tus a voce Domini vocatus est, nempe S.
Paulum, scimus. Felix dixit: *proba mi*
hi, Sanctitas tua! quomodo JEsus Chri
stus promissum mittendi Spiritum im
c. 2. *pleverit!* S. Augustinus hanc promis-
Luc. 24, 36. nem ex Evangelio S. Lucæ recitavit, &
&c. similimam, quæ apud S. Joannem legi-
Joan. 16, 13. tur, & quam Felix citaverat; tum in
tium Actuum Apostolorum, & Spiritus S.
Adventum legit. Felix reposuit: *cum*
dicas, Apostolos Spiritum S. accepisse, pro
ducas eorum aliquem, qui me id ipsum do
ceat, quod Manes docuit, aut qui ejus Do
c. 7. *ctrinam destruat!* S. Augustinus dixit:
Apostoli e Mundo rapti sunt, antequam
Manetis error nasceretur, ideo talia ab
ipsis scripta non reperimus, ubi nomina-
tim contra eum disputent. Verumtamen
prælegam tibi, quæ S. Paulus Apostolus de

Hom-

Hominibus vobis perquam similibus præ- Sæculum V.
dixit; tum arrepta epistola ad Timo- A. C. 404.
theum illum locum legit, ubi dicit; *in* 1. *Tim.* 4, 1.
novissimis temporibus quosdam a Fide dis-
cessuros, attendentes Spiritibus erroris,
prohibentium nubere, & abstinere a cibis,
quos Deus creavit, ad percipiendum cum
Gratiarum Actione. Instabat deinde
perculso, an crederet omnem escam,
nutriendo homini aptam, esse mundam
& Matrimonium esse licitum?

Cum ad hæc respondere debuisset *c.* 9.
Felix, ad alia digressus dixit: *affirmatis*
S. Spiritum venisse in Paulum; ipse ta- 1. *Cor.* 13, 9.
men in alia epistola dicit, cognitiones no-
stras esse imperfectas, & postquam vene-
rit, quod perfectum est, evacuandum esse,
quod ex parte est. Venit Manes, & do-
cuit nos initium, medium, & finem. Do- S. Augustini
cuit nos, quomodo Mundus formatus fue- Colloquium
rit, Diei, Noctisque causas, Solis, & Lu- cum Mani-
næ cursum; quia vero hæc nec ex Libris chæo.
Pauli, nec aliorum Apostolorum haurire *c.* 10.
potuit, credimus, ipsum esse Paracletum.
S. Augustinus respondit: *in Evangelio*
non legimus, JEsum Christum dixisse:
mitto vobis Paracletum, qui vos cursum
Solis, & Lunæ docebit; Christianos enim
volebat efficere, non Mathematicos, suffi-
cit hominibus, si de his rebus ad humanæ
vitæ necessitatem ea sciant, quæ in scholis
discunt. Aut si hæc non sufficiant, quæ-

Sæculum V. A. C. 404.

ro ex te, quot in Firmamento ſtellæ ſ deant, & hoc me docere teneberis, tu, q dicis, Manichæos hæc omnia a Spiritu fuiſſe edoctos. Interim vero dum ſtel rum numerum edixeris, explicabo ti quæ S. Paulus de modo imperfecto noſtr cognitionis ſcripſerit. Loquitur de h jus vitæ ſtatu, utque hoc demonſtret audi, quid dicat: modo videmus quaſi ſpeculo, & in ænigmate, tunc vero d debimus facie ad faciem. Edic jam t qui dicis, Apoſtolum his verbis Manet tempora prædixiſſe, edic! an nunc vid tis Deum facie ad faciem?

1. Cor. 12, 12.

Dixit Felix: *non eæ mihi ſunt vir ut Potentiæ poſſim reſiſtere. Sublimi Epiſcopalis gradus. Sed & Legibus Im peratorum quomodo reſiſtam? rogavi te, ut ſummatim me doceres, quid ſit veri tas.* S. Auguſtinus, poſtquam paucis verbis omnia hactenus dicta complexus eſſet, & oſtendiſſet, Felicem ſibi reſpon dere non potuiſſe, ſubjunxit: *Dixiſti te Auctoritatem Epiſcopalem pertimeſce re, cum tamen videas nos animo tran quillo diſputare. Populus hic nullam tibi vim infert, nulla eſt timoris cauſa, placi de auſcultat, ut Chriſtianos decet. Di xiſti, Leges Imperatorum tibi timorem incutere. Vir, quem Spiritus S. replev ret, nihil timeret, dum veram Fidem*

6. 12.

defen-

defendit. Felix dixit: *etiam Apoſtoli timebant. Timuerunt*, reſpondit S. Auguſtinus: *eo usque ſolum, ut ſe occultarent, ſi autem capti interrogarentur, nunquam recuſarunt Fidem ſuam manifeſtare. Heri Libellum ſupplicem Civitatis Curatori tradidiſti, clamans, velle te unacum libris tuis concremari, ſi in illis quidquam mali inveniretur. Audacter Legum Auctoritatem implorabas. Hodie veritatem fugis vecors!* Sæculum V. A.C. 404.

Tum Felix petiit, ut opera Manetis, quinque Scriptores, de quibus die præcedente locutus fuerat, & ſpeciatim Liber, quem Theſaurum appellabant, ſibi afferrentur. S. Auguſtinus dicebat ſufficere, ſi examinaretur Epiſtola de Fundamento, quæ inter illos quinque libros cenſebatur, & Lectionem proſecutus, ad illa verba pervenit: *Regna ejus ſupra terram lucidam, & beatam fundata ſunt, ita ut nunquam moveri, aut concuti poſſint.* Ad hæc S. Auguſtinus ex eo quæſivit, an Deus hanc terram produxiſſet, an eam genuiſſet, vel ipſi eſſet coæterna. Poſtquam diu tergiverſatus eſt, Felix dixit, hanc Terram non eſſe factam, nec genitam, ſed Deo coæternam, & tria dari ejusdem Subſtantiæ, Patrem ingenitum, terram ingenitam, & aerem ingenitum. Deinde S. Auguſtinus ſtatim hæc verba legit: *At Pater Beatiſſi-*

c. 14.

Somnia Manichæorum.

c. 17.

c. 18.

c. 19.

Sæculum V. A.C. 404.

mæ Lucis sciens, ex tenebris magnam ex oriri Seditionem, quæ Sanctis suis Sæcul perniciem minaretur, nisi præcellentia opponeret Potestatem, quæ Nationem te nebrarum vinceret, eaque exterminat Lucis Incolis perpetuam pacem asserer Ad hæc S. Augustinus: *Quomodo ha tenebrarum Natio nocere Deo poterat, quo Manes paulo ante dixit, Regna ejus tam solide esse fundata, ut nulla vi mov ri, aut concuti possent?* Felix dixit: *Deo nihil opponitur, quare JEsus Chri stus missus est, ut nos a vinculis mortis liberaret? quare baptizati sumus? cu bono Eucharistia, & Religio Christia na servit?* S. Augustinus respon *JEsus Christus venit, & nos a pecca nostris liberavit, quia ex Dei Substanti non sumus generati, sed Verbo ejus fact Magna vero est diversitas inter ea, qua ex Dei Substantia nata sunt, & quæ Deus creavit. Omnia quæ fecit, sunt mutatio ni obnoxia, Deus autem est immutabilis, qui opus cum Opifice suo paris conditio nis esse non potest. Tu vero, qui modo dixisti, Patrem genuisse filios Lucis, ac rem, & Terram, hos Filios unius cum Patre esse Substantiæ, & omnia æqualia, jam dicas mihi! quomodo natio tenebra rum Substantiæ huic incorruptibili nocere potuisset?*

Felix

Sæculum V. A.C. 404. c. 20.

Felix dixit: *moram peto, ut possim respondere.* S. Augustinus: *quamdiu? num crastina dies sufficiet?* Felix: *da mihi tres dies nempe hodiernam, crastinam, & sequentem, seu postridie Dominicæ, quæ erit vigilia Idus Dec.* S. Augustinus hanc moram concessit. Verum adjecit: *si die præfixa respondere non possis, quid inde fiet?* Felix: *tunc victum me confitebor.* S. Augustinus: *si autem fugias?* Felix: *si fugio mendacii me arguat hæc Civitas, & quævis alia, atque Legis meæ contemptorem credat!* Sanctus Augustinus: *dic potius! si fugio, omnes mea pace credant, me Anathema dixisse Maneti.* Felix: *istud dicere non possum.* Sanctus Augustinus: *dic ergo candide, quod fugiturus sis, nemo te distinet.* Promisit Felix, se non fugiturum, & se ipsum in custodiam alicujus ex auditoribus, cui nomen Bonifacius, tradidit. Hæc prima Colloquii Die acta.

§. LVI.

Dies Secunda.

Constituta die, 12. Decemb. anno 404. omnes ad Ecclesiam redierunt. Cum Sanctus Augustinus Statum Quæstionis reduxisset, Felix inquit, non potuisse se ad certamen præparare, quod ipsi libri sui

Sæculum V. A.C. 404.

non fuissent redditi. Sanctus Augustinus: *an tot dierum mora tibi opus fuit ut hoc frigidum responderes. Dilationem petieras, non tuos libros. Fecit modo peto, reddantur mihi! sic post duum veniam ad certamen, & si vinco quidquid de me decreveritis, subibo.* Sanctus Augustinus: *nemo non videt, mihi habere te, quod respondeas. Quia non libros tuos a me petis, qui sub Sigillo publico servantur, recipe eos, edic, quanam ex iis excerpi velis, ut modo insinuemus, & respondeas.* Felix epistolae Fundamento adhæsit. Sanctus Augustinus jam semel allatam objectionem repetiit, dicens: *si adoratis Deum incorruptibilem, quid nocere potuit natio illa, quam ipsi adversam fingitis? si nihil ei nocere potuit, nulla fuit causa, cur aliquam sui ipsius partem cum Natura Dæmonum commisceret.* Felix, ut Manetem purgaret, ex Evangelio, & ex S. Paulo probare nitebatur, duas existere Naturas, unam bonam, & alteram malam. Ad hoc S. Augustinus respondit; omnia, quæ suam natura subsistunt, sive visibilia, sive invisibilia esse opera Dei, & omne malum a libero arbitrio proficisci, quod non solum ex Sacra Scriptura, sed etiam ex ipsis Manichæorum libris, ex Thesauro, & Leutii Actis Apostolorum Apocryphis, demon-

c. 2.
c. 3.
c. 4.
c. 5.
c. 6.

monstravit. Conclusio dicentis hæc fuit: *Deus, quem vobismet ipsis commenti estis, & extra cerebrum vestrum non habet locum, sui ipsius aliquam portionem alteri infeliciter miscet, eam modo pudendo purgat, & crudeliter damnat.* Rursus, sicut antea in Collatione cum Fortunato, S. Augustinus ostendit, secundum Manichæorum Doctrinam nec peccatum dari, nec in puniendo justitiam; cetera bene distinguenda esse, quæ Dei sunt, & ab ejus substantia procedunt, id est, Filius Dei, & quæ a Deo ex nihilo, tanquam opera ejus creata sunt. Sæculum V. A.C. 404. *Sup. XIX. §. 39. 40. c. 8. c. 15. &c.*

Tandem post recoctam sæpe antiquam crambem Felix dixit: *Edic, quid me vis facere?* Sanctus Augustinus: *volo, ut Manetem immanis Blasphemiæ Auctorem anathematizes, sincere autem, & libere, nam nemo te cogit.* Felix: *Tu prior eum damna; sequar.* S. Augustinus: *imo mea manu damnationem scribo, peto enim, ut & tu scribas.* Felix: *etiam Manetis Spiritum, qui hæc locutus est, damna.* Sanctus Augustinus, arrepta charta, scripsit hæc verba: *Ego Augustinus Ecclesiæ Catholicæ Episcopus jam olim anathematizavi Manetem, ejus Doctrinam, & Spiritum, qui per os ejus Blasphemias execrabiles protulit, erat*

Sæculum V. A. C. 404.

enim Spiritus Seductor, non veritatis, sed erroris abominabilis, & modo iterum Manetem, & ipsius Spiritum erroris anathematizo. Tum chartam Felici porrexit, qui etiam scripsit verba sequentia; *Ego Felix, qui in Manetem credidi, jam anathematizo eum, Doctrinam ejus, & Spiritum, qui in ipso fuit, Seductorem, qui dixit, Deum sui ipsius portionem cum Natione tenebrarum miscuisse, eamque modo erubescendo liberasse dum suas virtutes in fœminas mutavit contra Dæmones masculos, rursusque maximares contra Dæmones fœminas, & ita postea hujus Partis sui ipsius Reliquum Globo tenebrarum æterno alligavit. Et omnia aliasque Manetis Blasphemias anathematizo.* Tum S. Augustinus, & felix actis subscripsere.

§. LVII.

Opera alia contra Manichæos.

II. Retract. c. 9.

Sanctus Augustinus haud diu posteaTractatum de Natura Boni contra Manichæos scripsit, in quo ostendit, Deum esse Supremum Bonum, & Naturam immobilem; omnem aliam Naturam sive Spiritualem, sive Corpoream Deo originem suam debere. Res omnes suam natura bonas esse. Quid sit malum, & unde

unde ortum trahat. Quam innumera mala Manichæi ſuis commentis Naturæ Boni, & viciſſim bona Naturæ Mali immiſcerent. Duos Textus ex Manete refert, unum ex Libro VII. quem Theſaurum appellabant, alterum ex Epiſtola fundamentali, ex quibus manifeſte cognoſcitur fons abominationum, quarum Manichæi accuſabantur, & non nunquam convincebantur. Quippe credebant, Partes Subſtantiæ Lucis cum Partibus Subſtantiæ tenebrarum per Generationem commiſceri, easque rurſus ſeparari, cum ipſorum Electi corpora, in quibus hæc commixtio facta erat, manducarent. (*) Manichæorum aliquis, nomine Secundinus, quem S. Auguſtinus ne quidem de facie noverat, datis ad eum litteris, ſinceræ amicitiæ, & magnæ Reverentiæ teſtibus, querebatur, quod editis Libris Manetis Doctrinam oppugnaret, & hortabatur, ut agnitæ veritati manus daret; is etenim perſuaſum ſibi habebat, S. Auguſtinum nihil aliud quam timorem Legum Civilium, & honoris hujus Sæculi cupiditatem ad rejiciendam Manetis Doctrinam impuliſſe. Huic S. Auguſtinus re-

Sæculum V. A.C 404.

c. 44. 45.

II. Retract. c. 10. Ap. Aug. to. 8. p. 519.

(*) Manichæorum Secta nulla turpior, quæ Mahometanorum inſaniam longe ſuperat.

Sæculum V. A. C. 404.

spondit edito opusculo, quod ipse
ctor sine dubitatione præstantius om
bus cœteris, contra hanc Hæresin
editis, judicabat. In eo S. Augusti
explicat causas, quibus permotus
rit, ut a Manichæorum impietate re
deret, & ex ipsa Secundini epistola
gumenta ad eam refellendam elicit.
argumentum, quod ipsi ex numero
sillo sumebant, respondet, quamvis
lorum numerus major esset, tamen
ro committi magna crimina. Itaq
c. 26. subjungit, timete, ne ideo paucos M
nichæos invenire sit, nam & paucitat
vestram jactatis, quod hominum
que immanem impietatem abom
tur.

Sub idem tempus S. Augustinus
psit opus, quod nobis hodie non supe
est, contra Catholicum, nomine Hi
rum, qui Tribunitiæ Dignitatis fuer
& in Clericos irritatus, vehementissim
invehebatur in illum morem, qui tu
Carthagine inducebatur, ut ad Altar
Psalmi sive ante Oblationem, sive dura
te Communione decantarentur. Hod
Psalmorum Antiphonæ tantum ca
nuntur.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXII.

S. INNOCENTIUS I. PAPA.
ARCADIUS IN ORIENTE, HONORIUS IN OCCIDENTE, IMPERATORES.

§. I.

S. Joannes Chryſoſtomus Cucuſæ.

Sæculum V. A. C. 404.

Sanctum Chryſoſtomum Exilium multo quam antea illuſtriorem reddidit, quippe omni virtutum genere clarescebat. Acceptas ab amicis, & ab Olympiade pecunias redimendis ex Iſaurorum poteſtate captivis impendebat, quos ſuis reddebat. Pauperibus tempore famis, quæ Regionem illam tunc preſſit, ſuccurrebat. Pecunia non indigentes conſolaba-

Soz. VIII. c. 7. Pall. Dial. p. 36.

Sæculum V. A. C. 404.

solabatur, & erudiebat. Ita omnium animos in Armenia, & circumjacentibus Regionibus sibi conciliavit. Multi urbe Antiochena, atque ex reliqua Par Syriæ & Ciliciæ ad eum invisebant. Sæpe pecunias sibi missas accipere recusabat, quod ex Epistola ad Matronam cui nomen Carteria, & ex alia ad Diogenem Virum nobilem data cognoscimus. Excusat, quod donum non recipiat, affirmans, sibi jam pecuniis opus non esse, si vero postea indigeret, earum se Benevolentia libere usurum. Nihilominus postquam hanc ultimam Epistolam scripsisset, vehementer instante Aphraate, quem a Diogene fuisse missum verosimile est, liberaliter sibi data recepit ea conditione, *ut Fidelibus juvandis impenderentur in Phœnice*, quo ipse Aphraates, ut in vinea Domini laboraret, abiturus erat.

ep. 138. *al.* 230. *ep.* 57. *al.* 50.

ep. 58. *al.* 51.

Nam S. Chrysostomo, ut ut Exuli, nascentes illæ Ecclesiæ curæ erant. Cum ipsi fuisset relatum, ibi Persecutionem recruduisse, & Gentilium furore multos Monachos vulneratos, aut cæsos, ad Rufinum Presbyterum dedit Epistolam, obtestans, ut celeriter illo iret, quod nullatenus dubitaret, fore, ut ipso præsente, tumultus componeretur. Rogat, ut semper sibi, quid agat, scriberet, etiam in itinere constitutus. Promittit sua ex parte

Sup. XXII. §. 42. *Ep.* 191. *al.* 126. *ad Ruf.*

parte omne possibile auxilium per se, & per alios ferendum, datis si necesse fuerit usque Constantinopolim litteris. Tum subjungit: *Quod pertinet ad SS. Martyrum Reliquias, ne te hæc res sollicitum teneat; primum enim dimisi Terentium Presbyterum ad piissimum Otreum Episcopum Arabissanum, qui plurimas habet, & certissime authenticas, has tibi post paucos dies in Phœniciam transmittam. Opus accelera, ut ædificia Ecclesiarum, quibus tectum necdum est impositum, ante hyemem perficiantur.* Credere pronum est, Reliquias in consecratione Altarium novarum Ecclesiarum fuisse adhibendas. (*) Ad Presbyterum Gerontium

Sæculum V. A.C. 404.

(*) Optimum testimonium de SS. Reliquiis in Ecclesiis, & Altaribus asservatis! Interpres Protestans ad hunc locum in Parte IV. pag. 95. in materia de Cultu Sanctorum insanire non desinit. Dicit, adjecta Nota, quod antiquitus Reliquiæ non fuerint supra terram aperte expositæ. Quid deinde? modus non mutat rei substantiam. Sufficit, quod de cultu latriæ iis exhibendo nemo cogitet. Addit, primis temporibus totum Reliquiarum cultum in eo fuisse absolutum, quod non insepultæ jacere permitterentur. Ergo æqualis honor furibus, & latronibus fuisset habitus, quorum corpora etiam sepeliebantur, iis solis exceptis, quæ sublime, seu in patibulo putrescere jubebantur. Rursus:

S. Au-

Sæculum V. A. C. 404.

tium quoque scribit, excitatque, promptissime illo se conferat, promittens, nihil ei sive ad ædificia, sive ad ostentationem fratrum defuturum, hæc enim a se Constantio Presbytero commissa esse. Nicolaum Presbyterum rogat ut Gerontii profectionem urgeat, & Joannem Presbyterum eidem socium det, ut sic illam Ecclesiam titubantem plurimi Boni operarii firmarent. Joannes Presbyter hoc iter omnino suscepit, & S. Chrysostomus ad Simeonem, & Marinum Presbyteros & Monachos Apamienses scripsit, exhortans, ut ei adjungerent aliquot bonos Operarios, qui eum in Phœniciam comitarentur.

Ep. 55. *al.* 54. *Ep.* 169. *al.* 53. *Ep.* 186. *al.* 123.

Scripsit etiam S. Joannes ad Presbyteros, & Monachos, qui his Gentilium erudiendis in Phœnicia operam dabant. (*) Ne inter Persecutiones animo caderent & ex illa Regione fugerent, pollicetur, ipsos nec alimentorum, nec vestitus penuria laboraturos. *Nemo igitur,* inquit,

S. Augustinus illos tanquam Idolorum Popas traducit, qui Sepulchrorum, & Sanctorum imagines adorabant. Optime scripsit S. Augustinus. Nemo unquam talia adoravit, & Catholicus fuit.

(*) Ecce Monachos! conversione Ethnicorum occupatos; ergo non erant homines, Deo, & proximo inutiles, ut Protestans calumniatur.

inquit, *vobis timorem incutiat, quippe meliora ſperandi cauſam habemus, ſicut ex deſcriptis Venerabilis Presbyteri Conſtantii litteris videbitis.* Ante oculos ponit fortitudinem Apoſtolorum, præ- *Act.* 16. 25. ſertim S. Pauli, in carcere, & vinculis prædicantis, & Carceris cuſtodem convertentis. Hortatur, ut conſtantes eſſent, & impavidi, mittere ſe ad eos Joannem Presbyterum, qui eos conſoletur, & moneat, ut ſibi ſcribant, atque omnes ſuas neceſſitates aperiant.

S. Chryſoſtomus Gothiæ quoque Eccleſiarum curam non deponebat, de quibus ad Diaconum Theodulum ſcribit in hunc modum: *Quantumvis gravis incumbat tempeſtas, & maximus ſit furor hominum, qui Eccleſias Gothiæ perditas volunt, vos nihilominus, quæ in veſtra poteſtate ſunt, facite! etſi nihil aliud lucraremini, quod tamen non credo, vos parata bonæ Voluntatis Merces ſemper apud Deum manet. Ergo, Care Frater mi! in periculis, & laboribus magno animo eſto! Imprimis ora! & nunquam ceſſa a Deo ardentiſſimis precibus poſtulare, ut Pacem Eccleſiæ ſuæ reddat. Interim nulli labori parce, quod jam monui, ut in noto tibi negotio moræ naſcantur ex moris.* Hæc S. Chryſoſtomi verba haud dubie accipienda ſunt de Ordinatione illius Epiſcopi, cujus ad S. Olym- *Ep.* 113. *al.* 206.

piadem

Sæculum V. A. C. 404.

piadem ſcribens, mentionem fecerat. Hac de re etiam ad Monachos Gothos qui in Monaſterio Promoti Conſtantinopoli degebant, ſcripſit.

Sup. l. XIX. n. 42. Ep. 163 al. 207.

Ep. 113. al. 210. Theod. ep. 119. 121. al. 119. 212. Theoph. ep. 198. al. 203. Salluſt.

Ubi ad S. Joannis Chryſoſtomi notitiam delatum, Presbyteros duos Sabaſtium, & Theophilum, quos Conſtantinopoli reliquerat, parum fervoris ponere, ut populus fidelis, qui S. Joanni adhærebat, firmaretur; Saluſtium non ſemel pius quam quinquies usque ad Menſem Octobrem ad populum dixiſſe, Theophilum vero nunquam, indoluit S. Joannes datisque ad utrumque, atque ad Theodorum Saluſtii amicum, Præfecti Miniſtrum, eundem, ut conjectura eſt, qui ipſum Cucuſam deduxerat, litteris vehementer inertiam exprobrabat; *Calumnia eſt*, inquit, *diluite! ſi verum, emendate! perpendite, quam ſtrictum Dei Judicium tanta ſocordia veſtra meretur. Iniqua hæc tempora Divitias ſpirituales colligendi occaſionem præbent. Ne igitur verecunderis*, dicit ad Theophilum, *bona opera tua mihi perſcribere, nihil enim aliud facies, quam quod mihi imperanti obedientiam præſtabis.* (*)

§. II.

(*) Interpres Proteſtans, qui Bona opera in ſenſu Catholicorum dari negat, hic ultimas tres conſtructiones S. Chryſoſtomi, quia Bonorum operum & mercedis mentio fit, omiſit. Egregium profecto ſuæ Doctrinæ Defenſorem!

Sæculum V.
A. C. 405.

§. II.

S. Chryſoſtomi Ærumnæ.

Perfrigida ſemper in Armenia hyems, & anno 404. ſolito magis horrida, S. Chryſoſtomum natum Antiochiæ, ubi majorem vitæ partem exegerat, & a longo tempore ægrotantem, maximopere afflixit. Hac de re in Epiſtola ad S. Olympiadem ſub initium anni 405. data conqueritur in hunc modum: *E mortis faucibus ereptus tibi ſcribo. Hinc gaudeo, hos, quos miſiſti, ſerius adveniſſe; ſi enim cum extremis malis conflictantem inveniſſent, fallere te neutiquam potuiſſem, & meliora de mea valetudine nunciare. Hyems ſolido rigidior mihi ſtomachi dolores auxit, fuitque his ultimis duobus menſibus valetudinis meæ conditio morte pejor, cum mihi tantillum vitæ ad id ſolum videretur conceſſum, ut tot mala ſentirem. Tempus matutinum, meridianum, omnia mihi nox erant. Totos dies in lecto hærebam, & adhibebam fruſtra mille artes, quibus frigus arcerem. Fruſtra ignis excitabatur, ita ut pene fumo ſuffocarer; cubiculo incluſus pedem efferre non audebam, plurimis ſtragulis cooperiebar; nihilominus acerbe cruciabar. Vomitus pene continui, dolores capitis, ciborum faſtidium, noctes illæ immenſæ, & inſomnes torquebant. Ne te vero* ep. 5. al. 6.

Sæculum V. A. C. 405.

diutius ſuſpenſam teneam, & condolentem malis meis, jam melius habeo. Nam quam ver advenit, & mutatus eſt ſponte ceſſarunt cruciatus; tamen adhuc dum neceſſarium eſt, ut arcto cibo & ſtomacho parcam, quo facilius alimenta digerat.

In alia Epiſtola dicit: *Cum ſcire pias, an valeam. Scito, liberatum quidem a gravi illo morbo, ſed ſuper incommoda. Bonos habeo Medicos, pharmaca nobis deſunt, & alia ad corp viribus exhauſtum rurſus reſtaurand neceſſaria. Imo jam famem, peſtem venturam prævidemus, & ne ex om malorum genere aliquod deſit, contin latronum incurſionibus viæ omnes ſtantur. Ideo rogo, ne ultra quempia huc ad me mittas; timeo enim, ne ca ſa ſimus, ut homo juguletur, & quantu me funeſtus caſus affligeret, facile intel gis.* Similia dicit S. Chryſoſtomus in Epiſtola ad Diaconum, cui nomen Theodotus, data. *Non modicum mihi erat ſolatium*, inquit, *quod ex hac ſolitudine non te ſcribendi facultatem ſemper haberem; ſed etiam hoc Iſaurorum inſultus me privarunt, nam redeunte Vere & ipſi ad novas prædas prodire, late diffundi, & omnes vias obſidere cœperunt. Jam nobiles fœminæ captæ, jam viri aliqui occiſi.* Et inferius: *Poſtquam hyeme, quæ prætériit,*

S. Chryſoſtomus ad Olympiadem.

Ep. 107. *al.* 140.

riit, multa tuli, aliquantulum melius habeo, quamvis intemperie moleſter, nam hic etiamnum ſumma hyems durat. Spero autem, me favente æſtatis calore integras vires recepturum. Nihil mihi æque ac frigus nocet, & nihil ita ac calor juvat. Sæculum V. A. C. 405.

In alia Epiſtola ad eundem Theodotum dicit: *Non audeo te, ut huc venias, invitare. Maxima ſunt Armeniæ mala. Quocunque vadas, humani ſanguinis rivi, projecta cadavera, ædium ſolo æquatarum rudera, urbium, quas prædones vaſtarunt, ruinæ occurrunt. Sperabamus in hac arce, ubi quaſi in horrido carcere includimur, tutos nos futuros, ſed neque hic tranquillitas; nam*, ut in alia dicit Epiſtola, *Iſauri munitas etiam arces invadunt.* ep. 104. al. 68. ep. 67. al. 131.

Arx iſta eſt Arabiſſana, quod ex eadem epiſtola, & etiam ex alia apparet, in qua dicit: *Poſtquam periculum pauliſper remotum, Arabiſſam confugimus, ubi Arcem cæteris munitiorem invenimus, nam in urbe non manemus. Quotidie mors nobis in januis eſt, quippe Iſauri igne, ferroque omnia vaſtant. Timemus futuram famem, propter multitudinem hominum, in loco tam anguſto commorantium.* ep. 70. al. 69.

Et in alia Epiſtola ad Polybium: *Iſaurorum metus omnes in fugam vertit. Fruſtra urbes in urbibus quæres, neminem præter muros, & tecta videbis,* ep. 183. al. 127.

Sæculum V. A C. 405.

debis, in valle, & Sylvas migrarunt ves. Leonibus, & Leopardis similes meniæ Incolæ jam non nisi in Defe securi sunt. Quotidie Sedem muta Nomadum, & Scytharum more: S infantes parvuli, qui noctu præcipiti ga per intolerabile frigus asportan mortui in nivibus relinquuntur.

Ep. 102. *al.* 61. 108. *al.* 141. 105. *al.* 186. 111. *al.* 102.

Continua pericula S. Chrysostom permoverunt, ut Lectorem juvenem, nomen Theodotus, ad suos dimitter hunc apud se habebat, ut eum erudir & ad veram Pietatem mores efforma Præterea juvenis iste oculis labora tam magni caloris, quam frigoris imp tientibus. Ergo ad Patrem dimisit, rum Consularem, cui etiam nomen Th dotus, simulque dona, quæ ab ipso acc perat, reddidit. Filium Diacono Theodoto commendavit, ut eum in Spiritualibus regeret; ad ipsum etiam juvenem scripsit, ut consolaretur, hortatur quoque ut oculos curaret, & quantum posset Lectioni S. Scripturæ vacaret. *Jam strenue litteram disce*, inquit, *tum aliquando sensum tibi explicabo.*

Postquam S. Joannes uno anno Cucusæ fuisset, Adversarii ejus effecerunt, ut Arabissam migrare cogeretur; conjicere est, id ita accipiendum, quod ab exitu anni 405. ipsi ab una urbe ad alteram commeandi facultas adempta fuerit. Ce-

terum

terum vicinæ erant hæ urbes, & Arabissa magis ad Septentrionem posita. Sæculum V. A. C. 405.

§. III.

Delegati ex Occidente in Causa S. Chrysostomi.

Interim S. Joannis Chrysostomi amici Romæ causam ejus non segniter agebant. Demetrius Episcopus Pessinuntensis illuc secundo profectus est, postquam Orientem peragrasset, & Ecclesiæ Romanæ Communionem cum S. Chrysostomo, exhibitis S. Innocentii Papæ Epistolis vulgasset. (*) Demetrius Epistolas Episcoporum Cariæ, qui S. Chrysostomi Communionem amplectebantur, afferebat, atque Presbyterorum Antiochenorum, qui Exemplum Romanorum sequebantur, & de Porphyrii Electione contra Canones facta querebantur. Romæ deinde advenerunt Presbyter Domitianus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Oeconomus, & Presbyter aliquis Nisibitanus nomine Vallagas, seu Vologesus, qui Ecclesiarum Mesopotamiæ querelas exposuerunt. Hi duo Presbyteri Romam attulerunt Acta Optati Præfecti Constantinopolitani, in quibus legebatur, *Pall. p. 27.* *Pall. p. 28.*

(*) En Notam certissimam, quis ab initio Sæculi V. Catholicus, Hæreticusve habitus fuerit, nempe cum Ecclesia Romana Communionem?

Sæculum V. A. C. 405.

Fœminas nobiles, ex familia Consular. & Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconissas, quales erant Olympiades, & Pentadia, publice ad Præfectum adduci jussas, ut communicare cum Arsacio cogerentur, aut ducentas auri libras Fiscopendere. Ascetæ quoque & Virgines Romæ erant, qui laniata latera, & flagellorum notas in humeris ostendebant.

His S. Innocentius Papa vehementer commotus ad Imperatorem Honorium litteras dedit, in quibus singulatim omnia, quæ in acceptis a se Epistolis continebantur, referebat. Jussit Imperator convocari Concilium, & quæ in eo decreta fuissent, ad se deferri. Convenerunt Episcopi Italiæ, rogaruntque Honorium Imperatorem, ut ad Imperatorem Arcadium Fratrem suum scriberet, juberet ille, Concilium Thessalonicæ celebrari, ubi Episcopi Orientis, & Occidentis commode interesse nt, Synodum omni exceptione majorem non numero, sed Suffragantium Patrum meritis constituerent, & Judicium a quo appellari non possit, pronunciarent. Honorius accepta hac Epistola, Litteras dedit ad Papam; Episcopos quinque cum duobus Presbyteris, & Diacono uno Roma mitteret, ad Arcadium Fratrem suum Epistolam delaturos, quam ipse scripsit in hæc verba:

p. 29.

Tertia

Sæculum V. A. C. 405.

Tertia jam vice ad Clementiam Tuam scribo, rogans, ut ea, quæ contra Joannem Episcopum Constantinopolitanum factioſe acta sunt, rescindantur, verum Epistolæ meæ effectu caruisse videntur. Iterum igitur opera istorum Episcoporum, & Presbyterorum Epistolam Tibi mitto. Valde sollicitum me tenet Ecclesiæ Pax, a qua Imperii nostri quies dependet. Placeat Tibi præcipere, ut Episcopi Orientis Thessalonicæ congregentur; nam Occidentales nostri viros constantiæ adversus fraudes, & nequitiam inconcussæ selectos, Episcopos quinque, Presbyteros duos, & Diaconum unum Magnæ Ecclesiæ Romanæ miserunt. Omnem eis honorem exhibeas, ut, si ipsis veritas demonstretur, Episcopum Joannem jure ejectum fuisse, mihi persuadeant, ipsius Communioni renunciare, aut me doceant, a Communione Orientalium recedendum, si inique egisse convincantur. Quid Occidentales de Joannis Episcopi causa sentiant, cognosces ex his duabus Epistolis, quas inter omnes alias ab Episcopis ad me datas elegi nempe Epistolam Episcopi Romani, & Episcopi Aquilejensis. Si has legeris, quid omnes dicant, intelliges. Præprimis autem rogo Te, ut Theophilum Alexandrinum ad Concilium se conferre, etiam invitum, cogas, hunc enim malorum istorum omnium Auctorem ferunt. p. 30.

Sæculum V. A. C. 405.

Quamvis Epistola de quinque Epi-
copis loquatur, non plures tamen qu
quatuor hac Legatione functos legim
scilicet Emilium Episcopum Benever
num, Gaudentium Brixiensem, Cyri
p. 32. gium, & Marianum, quorum Cathed
nescimus; hos comitabantur Presbyt
Valentinianus, & Bonifacius; Hi Epis
las Imperatoris Honorii, Innocentii P
p. 31. pæ, Chromatii Aquilejensis, Venerii M
diolanensis, aliorumque Episcoporum
taliæ, & mandata Concilii totius Occ
dentis ferebant. Iter Constantinopol
ingressi sunt, vecturis, quas Honori
ministrari jubebat, usi; socios se jun
runt quatuor Orientales Episcopi, in P
triam redeuntes, Cyriacus, Demetri
Palladius, & Eulysius. Delegati in ma
datis habebant, Joannem compelli no
debere, ut in judicio se sisteret, ante
quam Ecclesiæ suæ, & Communioni fuis
set redditus, ut nulla ei remaneret cau
sa, cur ad Concilium venire recusaret.

§. IV.

Epistola Decretalis ad S. Exuperium.

c. 1. Sub idem tempus, cum S. Exuperius
Episcopus Tolosanus S. Innocentium
Sup. L. XVIII. §. 34. 35. Papam de variis Disciplinæ articulis con-
suluisset, data Epistola Decretali respon-
dit.

Sæculum V. A. C. 405.

dit. Quod ad Continentiam Clericorum pertinet, Decretalem S. Siricii ante annos viginti datam allegat, & jubet, ut Diaconi, & Presbyteri, qui hanc Legem ignorantes ad uxores suas accesserint, in Gradu suo permaneant, ea conditione, ut ex eo tempore contineant se, & ad altiorem ordinem ascendere non possint. Illi vero, ad quorum notitiam hæc Decretalis perveniisset, deponantur. In illos, qui post acceptum Baptismum Continentiam nunquam servarunt, & in mortis periculo Communionem petunt, S. Innocentius dicit, veteris Disciplinæ majorem fuisse rigorem, & talibus Pœnitentiam quidem, non vero Communionem concessam, id est, ipsis Pœnitentiam fuisse injunctam, tumque Dei Misericordiæ relictos, & non collatam fuisse Absolutionem. (*) *Hodie autem*, inquit S. Innocentius, *utraque conceditur*. (**) Hujus

Decr. Siric. c. 7.

Decr. Innoc. c. 2.

v. Sup. Lib. VII. §. 3. ex Cypr. ad Anton.

(*) Ex hoc loco satis refellitur insignis Theologia Interpretis Protestantis, in sua Præfatione dicentis; peccatores in veteri Ecclesia pœnitentiam publicam subiisse, non ut Deo, sed communitati satisfacerent.

(**) Bene hic notat Anonymus I. ex Innocentii verbis inferri posse, non nisi tempore persecutionum, id est, tribus primis Sæculis, absolutionem Sacramentalem quibusdam peccatoribus

Sæculum V. A. C. 405.

jus Moderationis rationem reddit; *Nempe inter frequentes Persecutiones timendum erat, ne ob facilitatem reos ad Communionem recipiendi, & certissimæ Re-*

con-

---

ribus fuisse denegatam, atque ex eo sequi, non esse verosimile, quod Fleurius verum sensum Summi Pontificis assecutus fuerit, dum Lib. XXI. §. LI. ad Decretalem Innocentii ad S. Victricium dicere videtur, Mulieri, vivo marito, & Virgini postquam Sacrum velamen accepisset, nubentibus, absolutionem Sacramentalem etiam in articulo mortis fuisse denegatam. Superest, ut videamus, an tribus primis seculis, nempe persecutionum tempore, aliquis pœnitens absolutionis secretæ Beneficio fuerit privatus. In Concilio Tridentino Sess. XIV. cap. V. dicitur, nullum unquam casum pro articulo mortis fuisse reservatum. Inde inferendum; multo minus Secretam absolutionem fuisse prohibitam. Concilium Nicænum ex Oriente, & Occidente congregatum cap. XI. II. generatim testatur, legem fuisse antiquam, & Canonicam, ut nemini in articulo mortis Viaticum, maxime necessarium, negetur. Ergo S. Innocentii verba exponi necesse est, & dupliciter explicari possunt; primo si dicas, non de usu universæ Ecclesiæ, sed quarumdam Ecclesiarum particularium fuisse locutum. Secundo si sub vocabulis reconciliationis, & Communionis, quibus utitur S. Pontifex, plena pœnitentis restitutio in omnia jura, & prærogativas Fidelium, non vero absolutio Sacramentalis intelligatur.

vide Notam XVIII. Lib. XXI.

conciliationis fiduciam Fideles non ſatis a lapſu abſterrerentur. Poſtquam autem Eccleſiæ Pax reddita, magis ad Divinam Miſericordiam reſpiciendum fuit, ne Novatianorum duritiam imitari videremur. Notatu dignum, majorem fuiſſe Perſecutionum tempore rigorem Diſciplinæ, eamque abſolute pro temporum diverſitate mutari poſſe. Sæculum V. A. C. 405.

Aliqui dubitabant, an Chriſtianis poſt acceptum Baptiſmum Judicia criminalia exercere, imo an ſupplices Libellos tradere liceret, & petere, ut pœna capitali in reos animadverteretur. S. Innocentius reſpondet; Cum Poteſtas Publica ad vindictam criminum gladium portans a Deo ſit inſtituta, licere Chriſtianis ejus rigorem implorare, imo & exercere. S. Ambroſius hac ſuper re interrogatus idem reſponderat. S. Innocentius Papa adulteros eſſe affirmat, qui poſt divortium aliud Matrimonium ineunt, eosque, quibuscum contrahunt, ita ut Pars utraque a Communione Fidelium ſit excludenda. Nempe Divortia Legibus Civilibus erant permiſſa. Animadvertit Pontifex, viros ob peccatum adulterii rarius ſubire Pœnitentiam, quam Mulieres; id non inde fiebat, quaſi Religio Chriſtiana hoc crimen non æque in uno ac in altero Conjuge condemnaret, ſed quod uxores raro Maritos ſuos accuſarent, &

c. 3.

c. 5.

Ambr. ep. 25. 26.

Sup. L. XVIII. §. 57 *Decr. Innoc.* *c.* 6.

c. 4.

Sæculum V. A. C. 405.

c. 7.

& Ecclesia occulta crimina non puni
Epistolæ suæ Decretali subjungit P
Librorum Sacrorum Catalogum, qual
hodieque habemus, atque aliquos Libr
Apocryphos, & damnatos indicat. H
Decretalis decimo Kalendas Martii Si
licone & Anthemio Consulibus, id e
20. Febr. anno 405. data.

S. Exuperius, ad quem hæc Decr
talis dirigitur, inter Illustrissimos Gall
rum Episcopos fulgebat. Idem esse cr
ditur, quem S. Paulinus tanquam Pre
byterum EcclesiæBurdegalensis nomin
S. Hieronymus ejus charitatem dilu
dat, dicens, quod, cum esset Episcop
jejunaret ipse, ut alios nutrire posset. *
lo nemo ditior*, inquit, *qui Corpus D
mini in corbe viminea, & Sanguinem e
jus in poculo vitreo portat.* Vult dice
re, S. Episcopum Vasa sacra vendidisse
ut pauperibus subveniret. Laudat e
tiam, quod Ecclesiam Simoniæ vitio pur
gasset, atque ejus Meritis (*) datum es
se existimat, ut Barbaris omnia popu
lantibus urbs Tolosa intacta remanserit.

Paul. ep. 21. al. 12. ad Amand.

Hier. ad Ruff. ep. 4. c. 10. in fine.

Ep. 2. ad Agaruch. c. 6

Sub

(*) Ecce eximium initio Sæc. V. S. Hieronymi contra contumaciam Protestantis Nostri Interpretis testimonium! Ecclesiam JEsu Christi credidisse, dari etiam merita hominis, quæ JEsu Christi Meritis unita aliquid possent a Deo impetrare.

Sæculum V. A. C. 405.

Sub idem tempus S. Exuperius in Orientem misit Sisinnium Monachum cum pecuniis, ut Monachorum Palæstinæ, & Ægypti inopiam sublevaret. (*) Sisinnius S. Hieronymo reddidit Epistolam S. Exuperii, Minerii, & Alexandri, Monachorum, & aliorum piorum virorum, qui aliquas Scripturæ Quæstiones sibi explicari rogabant. Opportuna occasione usus S. Hieronymus, S. Exuperio misit Commentarium suum in Zachariam Prophetam, quem eodem tempore, Arcadio, & Anicio Probo Consulibus, id est, anno 406. conscripsit. Commentarium in Malachiam cum longa Epistola de Judicio

Præf. in Lib. Zach. Præf. in L. 2. Præf. in 3. Lib. in Amos. ep. 152

(*) Hic Interpres Protestans in S. Exsuperium & S. Hieronymum stolide ludit, in sua Nota pag. 102. part. 4. quod S. Exsuperius eleemosinas ad Monachos in Palæstinam transmiserit, cum melius civibus suis, paupertate tunc pressis, subvenisset, qui in eadem pagina verba illa S. Hieronymi: Nemo opulentior est, quam qui Domini Corpus in corbe, & sanguinem in vitro portat, nequiter omisit; quia nempe inde eruitur, sicut etiam ex sequentibus, S. Exsuperium non solum exteris, sed etiam popularibus opem tulisse, atque etiam S. Corpus, & Sanguinem Christi, sicut hodieque in Ecclesia Catholica, fuisse extra Missam asservatum. Utinam siluisset homo iste, ut potuisset sapiens reputari, & Protestantes, ipsius Versionem legentes, non deciperentur!

Sæculum IV. A. C. 405.

dicio extremo, & Resurrectione, Mi-
rio quoque, & Alexandro misit.

§. V.

Vigilantius. Errores ejus.

Sanctus Hieronymus ejusdem Sisin-
Monachi opera Tractatum suum co-
tra Vigilantium Ripario, & Desider-
in Vigil. c. 2. Gennad. de Script. Presbyteris, rogatus transmisit. Vig-
lantius Natione Gallus ex Civitate Co-
venensi migravit in Hispaniam, ibique
primum vini mercator, deinde Presby-
ter Ecclesiæ Barcenonensis fuit. Con-
cere licet, ibi eum notum factum fuis-
Paul. ep. 1. al. 5. Sup. l. XIX. n. 56. S. Paulino, qui in suis Epistolis de e
tanquam amico mentionem facit, qua
Hier. ep. 13. ad Paul. in Vigil. c. 4. Ep. 75. & 53. etiam in Palæstinam proficiscentem
S. Hieronymo per litteras commendavit,
illuc quippe Vigilantius se contulit, &
aliquamdiu Jerosolymæ moratus est. Illo
quo terra contremuit anno 394. ibi erat.
Inde in Ægyptum, & in alias Regiones
divertit, cœpitque errores docere. Ipsum
S. Hieronymum aggressus est, accusans,
quod Origenista esset, quia eum Orige-
ep. 75. nis Libros legentem viderat. S. Hiero-
nymus hac de causa circa annum 397.
ad eum scripsit, rationem reddens, ideo
tantum Origenem se legere, ut, quæ bo-
na ejus libris inessent, disceret, monet-
que Vigilantium, e re sua facturum, si

vel

vel Fidei veritatem doceri se pateretur, vel sileret. Sæculum V. A. C. 405.

Post septem ferme annos, & circa annum 404; Riparius Presbyter ad S.Hieronymum perscripsit, Vigilantium rursus de Doctrina Fidei scriptitare, eum Reliquiis Martyrum, & Vigiliis in Ecclesiis agi solitis adversari. S. Hieronymus ei summatim respondit, subjungens, si sibi Vigilantii Liber mitteretur, fusius responsurum. Hunc ergo Librum miserunt. Sisinnio, quem S. Exuperius miserat, Presbyteri Riparius, & Desiderius etiam Vigilantii librum deferendum dederunt, quo perlecto S. Hieronymus respondit dictione vehementi in Tractatu, quem una nocte dictavit, quod Sisinnius profectionem in Ægyptum accelerare cogeretur. *in Vigil. c. 4.* *ep. 53. ad Ripar.* *in Vigil. c. 2.*

S. Hieronymus in eo refutat omnes errores Vigilantii, quem Joviniani Hæretici Successorem appellat, quia is quoque Professionem Continentiæ damnaverat. Vigilantius Honorem Reliquiis Martyrum exhibitum rejiciebat, illosque, qui eas colerent, Cinerarios, & Idololatras vocabat. (*) In Meridie Cereos ad Martyres honorandos accendere, ipsi Paga-

(*) Ecce! hæc ipsissima sunt, quæ Interpres Protestans in suis Notis nobis Catholicis objicit. Bonum! quod hæ objectiones Vigilantii, Hæretici, calumniis ita similes sint, ut ova ovis.

Sæculum V. A. C. 405. Pagana ſuperſtitio erat. Dicebat, p
mortem inter vivos & mortuos ora
nis Communionem eſſe non poſſe, T
tum Libri Apocryphi Eſdræ allegans.
4. *Eſd.* 7. 45. Dicebat etiam, Miracula, quæ ad
pulchra Martyrum fiebant, ſolum
delium Gratia fieri. (**) Vigilias q

(*) Interim notandum, Vigilantium ab uni
ſa JEſu Chriſti Eccleſia pro Hæretico fuiſſe
bitum. Libri IV. Eſdræ verba hæc ſunt: *T
enim nemo poterit ſalvare eum, qui perii
que demergere, qui vicit.* Hæc de Cæ
Inferno intellecta veriſſima ſunt, at comm
ctrinam Catholicam nihil probant.

(**) Id pro illo ſaltem tempore poſſet ex
cari in ſenſu bono juxta illud S. Grego
gni homil. 10. in Evangel. ex S. Paulo: *Infi
les vero, quia uti ratione neſciebant, ad cog
ſcendum Dominum non per vocem, ſed per
gna perducuntur. Unde etiam per Paulum
citur; Prophetiæ Fidelibus datæ ſunt, non
fidelibus, Signa autem Infidelibus non Fid
bus. Quia & illis Prophetiæ tanquam Fid
bus non Infidelibus, & iſtis Signa tanquam
fidelibus, non Fidelibus data ſunt.* Ceter
hoc Vigilantii Teſtimonium contra Proteſtan
plurimum valet, ſive Deus ea patraverit Mir
cula ad demonſtrandam Religionis Catholic
Veritatem, ſive ut oſtenderet, quam gratum
ſit, Sanctis ſuis Honorem exhiberi, vel denique
ut manifeſtaret, preces Hominum ad Sanctos
Cœlites, & Sanctorum in Cœlo ad ſe pro vir
Clientibus directas, eſſe utiliſſimas.

que publicas in Ecclesiis, excepta sola Nocte Paschali, damnabat, volebatque, ut *Alleluja* illa sola die cantaretur. Reprehendebat consuetudinem, quod aliqui Eleemosinas Jerosolymam mitterent, aut Paternam Hæreditatem venderent, ut pecunias inter pauperes distribuerent, dicens, præstare Patrimonium servare, & reditus inopibus communicare. Generatim vitam Monasticam damnabat, quod ipsius opinione hoc vitæ Genus proximis esset inutile. Hi Vigilantii errores fuere, quibus non nulli etiam ex Episcopis infecti. Illud imprimis placebat, quod continentia damnaretur, obtendebant enim, Præceptum istud fornicandi causam esse. Nullum, nisi uxorem haberet, ordinabant Diaconum. Conjectura est, Vigilantii Sectatores ansam dedisse, ut Hispaniæ Episcopi S. Siricium Papam, & Episcopi Galliæ S. Innocentium consulerent. Sæculum V. A. C. 405.

§. VI.

S. Hieronymi Liber contra Vigilantium.

Sanctus Hieronymus ad hunc Articulum respondet: *Male ergo faciunt Ecclesiæ Orientis, Ægypti, & Sedes Apostolica, quæ Clericos ordinant Virgines, aut continentes, aut qui, si uxores habeant,*

Sæculum V. A. C. 405.

c. 2.

maritali licentia uti desinunt? (*) Qu
ad Honorem Martyribus habendum
ctat, respondet: *Quis enim, o infam
Caput! aliquando Martyres adorac
quis Hominem putavit Deum?* (**)
subjunxit: *Dolet Martyrum Reliq
pretioso operiri velamine, & non pro
in sterquilinium.* † *Ergo Sacrileg
mus, quando Apostolorum Basilicas ing
dimur? Sacrilegus fuit Constantius
Imperator, qui sanctas Reliquias Andr
Lucæ, & Timothei, transtulit Cons
tinopolim, apud quas Dæmones rugi
Sacrilegus dicendus est & nunc Augu
Arcadius, qui ossa Beati Samuelis
post tempore de Judæa transtulit in T
ciam? omnes Episcopi non solum S
legi, sed & fatui judicandi, qui rem
lissimam, & Cineres dissolutos in Serv
& Vase aureo portaverunt? Stulti om
nium Ecclesiarum populi, qui occurrer
sanctis Reliquiis, & tanta lætitia qu
præsentem viventemque Prophetam cer
rem*

† Sunt ipsa S. Hieronymi verba Edit. ex offic. Christoph. Plantin.

†† In S. Hieronymo legitur Constantinus. Videatur Card. Gotti. de Ver. Eccl. c. 2. de Miraculis.

(*) Ex hoc loco S. Hieronymi putidum Pro
testantis Interpretis mendacium refellitur, no
esse morem in Ecclesia antiquum, ut Clerici i
Continentia vivant.

(**) Mirum sane, quod Interpretem Pro
stantem, hæc legentem, & in germanicum tra
ferentem, non puduerit, nihilominus Eccles
Catholicam Idololatriæ arguere! nempe no
amore veritatis, sed lucelli spe scripsit.

rent, ſuſceperunt, ut de Palæſtina usque Chalcedonem jungerentur populorum examina, & in Chriſti Laude una voce reſonarent? videlicet adorabant Samuelem, & non Chriſtum, cujus Samuel & Levita, & Prophetes fuit? Et vero Prophetæ Samuelis Reliquiæ Attico Epiſcopo, Menſe Artemiſio, decimo quarto Kalendas Junii Arcadio & Probo Conſulibus id eſt 19. Maji anno 406. allatæ ſunt. Ante eas Imperator Arcadius, Anthemius Præfectus Prætorio & anni ſuperioris Conſul, Æmilianus Urbis Præfectus totusque Senatus procedebant. Sacræ Reliquiæ ad tempus in magna Eccleſia depoſitæ, & deinde in Eccleſiam honori Prophetæ prope *Hebdomon* ædificatam translatæ.

Sæculum V. A. C. 406.

Chro. Paſch. p. 308.

Theod. lect. Lib. 2. ad fin.

Ut probet, Sanctos pro nobis orare, (*) S. Hieronymus dicit: *Si Apoſtoli & Martyres adhuc in Corpore conſtituti poſſunt orare pro cæteris, quanto magis poſt Coronas, Victorias, & Triumphos? an poſtquam cum Chriſto eſſe cœperint,*

in Vigil. c. 3.

(*) Hoc loco nihil fortius, ad probandum, Sanctos in Cælo pro nobis intercedere. Interpres Proteſtans verba Fleurii *pour montrer.* reddidit: Indem ferner *Hieronymus* zeigen wollte. Quod Lectores ita accipere poſſunt: voluit, ſed non potuit.

Sæculum V. A. C. 406.

perint, minus valebunt? (*) Et inferius: *Cereos autem non clara Luce accendimus, sic*

(*) Mota est his annis Quæstio! Quomodo Beatissima Virgo, & Sancti in Cælo orent. Theologus nostræ viciniæ in sua Theologia Mariana defendit; Orationem Beatorum non tantum Communem esse, sed etiam pro quibusdam speciatim a Sanctis offerri. Hæc opinio quidem ad populi sensum magis est accommodata, sed contraria ex S. Thomæ principiis sequi videtur. Nam certa & constans est Doctrina; perfectiorem esse orationem communem, quam peculiarem, nempe illam, quæ in eo sensu communis sit, ut non tantum ad omnes effuse, sed etiam expresse ad singulos non minore tamen erga unum, quam erga alterum affectu, si Divinæ Voluntati placuerit, se extendat. Quis ergo dubitet, hoc modo potius, quam alio Sanctos in Cælo pro nobis orare, cum is Beatorum statum magis deceat, & nobis æque, imo eo ipso quia perfectior, etiam utilior sit. Et Auctor Theologiæ Marianæ non negat, sed dicit, quod oratio communis sit quidem melior, non sit tamen efficacior. At concipi nequit, quomodo oratio melior, non sit etiam efficacior, cum respectu nostri major vel minor Bonitas Orationis a sola efficacia cognosci possit. Affertur deinde Textus Joan. 17. *Non pro mundo rogo, sed pro iis, quos dedisti mihi.* Tales Textus explicandi sunt de JEsu Christo orante, tempore quo Viator fuit, nam, quamvis esset Com-

ſicut fruſtra calumniaris. Quod ſi ali- Sæculum V.
qui propter imperitiam, vel ſimplicita- A. C. 406.
Cc 3 *tem*

Comprehenſor, tamen multa egit, ut Viator. Vel ſi Textus loquantur de Oratione Chriſti in Cælo, non in eo ſenſu accipiendi ſunt, quod Chriſtus pro Petro v. g. & non pro altero, aut ferventius pro Petro, quam pro altero oret, ſed quod ipſius Oratio vel ex Divinæ Voluntatis Placito, vel ob majorem Petri quam cæterorum in terra orantis fervorem, Petro, & non alteri ſit efficaciter profutura. Hæc manifeſte S. Doctoris mens eſt 2. 2. q. 83. art. II. ad 4. *Contingit tamen quandoque quod imploratio inferioris Sancti efficacior ſit; vel quia devotius implioratur, vel quia Deus vult ejus Sanctitatem declarare.* Ecce S. Doctor efficaciam Orationis alicujus Sancti nullatenus inde deducit, quod pro Cliente ſpeciatim oret, ſed quod Oratio Sancti, quæ perpetua eſt, & pro ſingulis hominibus æque communis, vel Dei beneplacito vel ob Clientis in terris poſiti, & ardentius quam cæteri orantis, fervorem ei potius quam alteri applicetur. Hinc etiam illud abſurdum non ſequitur, quod, ſi Beatiſſima Virgo pro omnibus æqualiter oraret, omnes homines æqualem Orationis effectum ſortiri deberent; nam licet Beatiſſima Virgo pro omnibus, & ſimul ſingulis, quos habet ſibi præſentiſſimos, Oratione communi oret, tamen ut efficacia Orationis applicetur, requiritur vel Dei inſcrutabilis voluntas, vel Clientis ſupplicatio. Confirmatur etiam hæc opinio

Sæculum V A. C. 406.

tem Sæcularium hominum, vel certe Re gioſarum Fœminarum hoc pro Hom Mart

opinio exinde, quod Beati, etiamſi res hu Sæculi non amplius cognoſcerent, nihilom Charitate, qua nobis junguntur, ut loquitur C dinalis Gotti, pro nobis orarent; atque hu ctum argumentum eſt JEſu Chriſti præcep formulam orandi communem, non ſingulare *Pater noſter &c.* Matth. 5. nobis præſcribe ſi enim alius orandi modus fuiſſet efficacior, lum utique docuiſſet. Nec iſta opinio cultum in Beatiſſimam Virginem minuet, ſi libus inculcetur, illis Deiparæ Virginis præ quæ perpetuæ ſunt, & communes, magis, & cæteris certiſſime, ſaltem ſecundum Provi tiam Dei ordinariam, profuturas, ſi cæteri ventius Ipſius opem imploraverint.

An Sancti in Cælo Oratione formali pro bis orent, vix operæ pretium eſt, ut moveat quæſtio. At Principiis Theologicis magis co hæret dicere, quod non Oratione formali, ſed charitate, qua etiam in proximum flagrant, orant id eſt Charitate, quæ ſua virtute, & eminenti Oratio eſt. Beati Cælicolæ preces Clientum ſuorum ſecundum Doctrinam S. Doctoris, quam explicat clariſſimus Mezquer, p. 102. ab initio ſuæ Beatitudinis ſimul absque Succeſſione vi dent, atque actu Charitatis non interrupto in Deum, & in proximum feruntur; Actus autem Amoris cæterarum virtutum actus aliqua virtute eminenti complectitur; nihil ergo eſt, quod per- ſuadeat,

Martyrum faciunt, quid inde perdis? ſecundum Fidem ſuam habent Mercedem, ſicut illa Mulier, quæ JEſum Chriſtum ungebat, quamvis unguento non indigeret. Nam & absque Martyrum Reliquiis per totas Orientis Eccleſias, quando legendum eſt Evangelium, accenduntur luminaria jam Sole rutilante ad ſignum Lætitiæ demonſtrandum. Male facit ergo Romanus Epiſcopus, qui ſuper Mortuorum Hominum Petri & Pauli oſſa ſecundum nos veneranda, ſecundum te vilem pulviſculum, offert Domino Sacrificia, & Tumulos eorum Chriſti arbitratur Altaria, & non ſolum unius Urbis ſed totius Orbis errant Epiſcopi? (*) Tum Auctorem hujus Hæreſeos Eunomium dicit.

Sæculum V. A. C. 406.

ſuadeat, actum Orationis formalis eſſe adſtruendum. Mentio de Vigilantio Hæretico hic invidioſe ingeritur, qui non modum, ſed rei ſummam negabat, &, ut loquitur S. Hieronymus, SS. Martyrum Reliquias cupiebat projici in ſterquilinium. Ceterum cum S. Auguſtino dicamus: *Res hæc altior eſt, quam ut a me poſſit attingi.* Lib. de cura pro mortuis.

(*) Hic ſubjungit S. Hieronymus: *Epiſcopi, qui Cauponem Vigilantium contemnentes &c.* Obſervo moderationem Fleurii, qui ex hac Lucubratione tantum ea excerpſit, quæ ad ſtabiliendam Doctrinam Catholicam contra Proteſtantes faciunt, omiſſis iis, quibus ipſe Vigilantius haud perfunctorie vapulat.

Sæculum V. A.C. 406.

De Vigiliis in Ecclesiis S. Hieron
mus dicit, eas propter errorem, aut c
c. 4. pam quorumdam juvenum, viliſſimaru
que mulierum non eſſe reſpuendas, n
velis, inquit, *etiam Vigiliam Paſchæ a*
leri. Tum ad Signa, & virtutes, qua
Baſilicis Martyrum ſæpe fiebant, tran
& ait: *quando iratus fuero, & aliq*
mali in animo meo cogitavero, & me
Eturnum Phantasma deluſerit, Baſilic
Martyrum intrare non audeo. Rid
forſan, & Mulierculavum deliramen
c. 5. *ſubſannes*. Uſum deinde defendit a tem
pore Apoſtolorum inter Chriſtianos, i
& Judæos ſervatum, ut Fratribus ſui
c. 6. Palæſtinam Eleemoſinas mitterent. T
dem Inſtitutum Monaſticum tuetur;
eſſe timendum, ne Miniſtri Eccleſiæ
ſint, etiamſi aliqui vivant in ſolitudi
ſicut nemo timeret, ne Genus Hum
num intereat, ſi aliquæ Virgines fuerin
Monachus autem, inquit, *non Docto*
ſed plangentis habet officium, qui vel
vel Mundum lugeat, & Domini pavid
præſtoletur Adventum. Sciens fragilitatem
ſuam, & in ſola fuga ſperans Victoriam
occaſiones devitat. (*) Hæc ſunt, qua
S. Hie

(*) Talia de Monachorum inſtituto Fleuria
diligentiſſime excerpit; interim hoc S. Hieron
mi dictum ſine exceptione accipi non poteſt, ne
aliud

S. Hieronymus contra Vigilantium unius noctis lucubratione dictavit. Vigilantii Hæresis ætatem non tulit, nec ad eam condemnandam Concilii Auctoritate opus fuit, adeo Ecclesiæ universæ Traditioni adversabatur. (*) Sæculum V. A. C. 406.

aliud verbo, aliud exemplo, atque tot editis libris docere videri possit. Absit vero, ut quis hanc Regulam de non docendo ad ipsos SS. Patres, qui Monachi fuere, aut alios Scriptores Monachos, qui per tot Sæcula rem Catholicam promoverunt, auxerunt, defenderunt, extensam velit!

(*) Hic Interpres Protestans in sua Nota se ipsum S. Hieronymi Judicem constituit; infelicem fuisse dicit in suis controversiæ Libris, præsertim vero in iis: Was er wider den Vigilantius zusammen geschmieret hat. Nempe urit hominem, quod S. Hieronymus Vigilantium talia, quæ hodie Protestantes, dicentem, erroris convincat. Tum Quæstionis substantiam declinat, refert Vigilantii verba, & Erasmi Crisin in S. Hieronymum: *utinam argumentis duntaxat egisset, & a conviciis temperasset! nam Vigilias nocturnas non placuisse Ecclesiasticis viris vel illud satis arguit, quod horum Auctoritate sublatæ sunt.* Nunc quid ex his omnibus sequitur? posito enim, quod S. Hieronymus, ut fervido erat ingenio, temperantius potuisset scribere, posito etiam circa cultum SS. Reliquiarum aliquos abusus jam tunc irrepsisse, quos cum defuncto Eminentissimo

Sæculum V. A. C. 406.

§. VII.

Donatiſtarum Crudelitas.

Legati Concilii Carthaginenſis, qu
26. Junii anno 404. celebratum,
Sup. XXI. §. 53. Regiam Imperatoris Honorii perven
Aug. ad Bonif. ep. 185. al. 50. c. 7. tes, ut potentiſſimum Tutamen con
Donatiſtas poſcerent, mirati ſunt, j
ſibi plura conceſſiſſe Auguſtum, quam
petituri erant. Quippe jufſerat prom
gari Legem, qua omnes Donatiſtæ
pendendam auri mulctam, Epiſcopi a
tem eorum, & Miniſtri ad Exilium da
nabantur. Crudelitas, qua in Catho
cos ſævierant, huic Legi edendæ ans
dederat. Servus Epiſcopus Tubu
canus reſtitutionem cujusdam loc
Aug. III. cont. Creſc. c. 43. Donatiſtis occupati, Judicio poſtulab
Jamque utriusque Partis Mandatarii Pr
conſulis Sententiam in dies expectaban
cum

tiſſimo Archiepiſcopo Viennenſi ſublatos omnes optamus, veritas tamen inconcuſſa ſtat, a S. Hieronymo propugnata, Vigilantium, Intercessionem, & invocationem SS. per JEſu Chriſti merita negantem, fuiſſe Hæreticum ab Eccleſia Catholica ante duodecim Sæcula damnatum, & Dominum noſtrum Interpretem Proteſtantem, dum Fleurii verba reddidit: So ſehr war ſie (Doctrina Vigilantii) der *Tradition* der allgemeinen Chriſtlichen Kirche zuwider, ſuo ſe calamo jugulare. pag. 105.

cum ecce Donatiſtæ derepente in Epiſcopi Civitatem irrumpunt armati. Ipſe præcipitata fuga ægre ſalutem invenit, at Parentem ejus Presbyterum Senio gravem captum tam barbare mulctarunt, ut paucos intra dies Spiritum reddiderit. Cum etiam Donatiſtæ Eccleſiam Ditionis, quæ Calviana dicebatur, occupaſſent, Maximianus Epiſcopus Catholicus Bagajanus ejusdem Reſtitutionem in Judicio obtinuerat. Adſunt Donatiſtæ, Epiſcopum in eadem Eccleſia ad Altare Sacris facientem invadunt. Is, ut irruentium furori ſe ſubduceret, ſub Altare irrepſit; illi Altare, quod ligneum fuit, confringunt, atque arreptis tabulis, fuſtibus, & armis variis virum Sanctum feriunt; locus totus ejus cruore reſperſus. Plurimum cruoris fluebat ex vulnere, quod ictus pugione prope inguen receperat, cumque pronum in terra ſemi nudum, & ſemi mortuum raptarent, cœnum & pulvis plagæ adhærens ſanguinis fluxum cohibuit. Tandem Donatiſtis recedentibus Catholici exanime, ut credebant, corpus canentes Pſalmos aſportant. Redeunt Donatiſtæ furioſe indignantes, corpus Catholicis, quos facile, quia ipſi numero ſuperiores, fugant, & verberibus mulctant, eripiunt, multis ictibus fodiunt, & occiſum putantes noctu ex alta turri præcipitant. Cecidit in ſubjectum fimetum, jam

Sæculum V. A. C. 406.

Sæculum V. A. C. 406.

jam in pulveres redactum, ubi anim
pos, & cum morte luctans jacuit.
pauper illic transiens, cum alvi nec
tas eum subsistere coegisset, subito
poris humani aspectu exhorruit; v
uxorem, lucernam habentem, quæ
pter honestatem aliquot passus abe
Tum cognoscit jacentem Episcopum
uxore operam jungente in domum
detulit; sive eum Misericordia, sive
celli spes moverit, volens eum Catho
vel vivum vel mortuum reddere.

Maximianus hoc modo morti ere
& cura diligenter adhibita sanatus i
liam, & Honorii Imperatoris Aulam
latus est, ubi Servum Tubursicanum
venit, & quosdam alios, paria fac
a Donatistis passos. Hic sine vitæ p
culo ad suos redire non licebat. Præ
mis Maximiani sors omnes move
quippe occisus credebatur, & profe
cicatrices immanes, quas in corpore
rebat, demonstrabant, non sine causa m
tuis fuisse annumeratum. Hujus rei f
ma mare transvolaverat, omnesque Ci
cumcellionum, & Donatistarum crude
tati non sine horrori indignabantur.

§. VIII.

Leges contra Donatistas latæ.

L. 38. Cod. Th. de Har.

Itaque Imperator Honorius Edictum d
tum Ravennæ, quam urbem in Sedem
Regiam

Regiam elegerat, pridie Idus Febr. Stilicone,&Anthemio Consulibus, id est,duodecima Febr. an. 405. promulgari jussit in hunc modum: *Ultra jam non audiantur nomina Manichæorum, & Donatistarum, quos hodieque furere ad nos delatum est. Una ubique sit Religio nempe Catholica.* (*) *Si quis Cæremonias prohibitas adhibeat, pœnas Legibus præcedentibus, & Lege nuper a Nobis lata statutas non effugiet. Si populus turmatim alicubi convenerit, Seditionis Auctor gravius punietur.* Hoc Edictum Lex Concordiæ appellatum, quod ad omnes Populos in Catholica Religione uniendos tenderet.(**) Eadem die editum est Rescriptum prolixum, directum ad Adrianum Præfectum Prætorio Italiæ, cujus Jurisdictio in Africam extendebatur. In eo prohibebatur, ne

Sæculum V. A. C. 406.

L. 4. Cod. Theod. de sanct. Bapt. iter. L. 5. eod.

(*) Hic Protestans Loco vocis: *Catholique*, posuit: die rechtglaubige Kirche. forte, ut argumentum eluderet, solam Catholicam semper fuisse orthodoxam. pag. 107.

(*) Ecce! iterum Protestans eadem pag. cum ponere debuisset: *ad uniendos in Religione Catholica omnes populos*, pro voce Catholica posuit: zu einer Religion. quantum lectores hujus versionis etiam Protestantes decipiuntur! Sed Bonum! quod nemo ignoret, solas illas Ecclesias, quæ cum Romana communicabant, per XV. Sæcula dictas fuisse Catholicas & Orthodoxas.

Sæculum V. A.C. 406.

ne quis hominem rebaptizaret, adjec pœna, ut rebaptizantium Bona, & locus, in quo id Sacrilegii fuisset adm sum, Fisco addicerentur, Judices, qui gem hanc exequi neglexissent, viginti brarum auri mulctam pendere coger tur. Paulo post hæc, scilicet quinta tii ejusdem anni dato speciatim Rescri ad Diotimum Africæ Proconsulem jus est, in sua Provincia Edictum Concor 12. Febr. datum promulgare.

L. 1. Cod. Th. de Relig.

Ergo Legatis Concilii Carthagine in Aula Imperatoris Honorii adveni bus, cum res ita se haberet, nihil e quod ultra peterent. His Legibus Africam delatis multi Donatistæ ad Matris Ecclesiæ redierunt, illi præpr qui jam diu Catholici esse cupiebant, opportunam quærebant occasionem, furiosorum quorumdam manus, & P pinquorum iram effugerent. Alios ingressu veræ Ecclesiæ deterrebant C lumniæ, quibus audiendis adsueverant, & de quorum veritate vel falsitate quam

Aug. ad Bonif. ep. 185. al. 50. c. 7. n. 25. ep. 93. ad Vincent. al. 48. c. 5. n. 18. c. 13. n. 12.

Donatistæ.

(*) Similibus mendaciis, & calumniis, v. g. nos honorem, soli Deo debitum, Creaturæ exhibere, aut multa docere, quibus Sacra Scriptura refragatur, multa millia innocentium animarum inter Protestantes, qui in veritatem non inquirunt, vel inquirere non possunt, seducuntur, & a vera Religione avertuntur.

diu vixiſſent, nunquam fuiſſent ſolliciti, niſi intentatæ a Legibus pœnæ inquirere coegiſſent. Multi in errore permanebant Patrum ſuorum errore ſeducti, & nunquam Hæreſis ſuæ originem ſcrutati fuerant, ubi vero hæc ſerio pependere cœperunt, cum in ſua Religione nihil invenirent dignum, cur tantas pœnas ſuſtinerent, facillime adducti ſunt, ut Catholici fierent. Iſtorum Auctoritatem & exemplum multi alii ſecuti ſunt, quibus ob ruditatem facultas non erat judicandi, an Donatiſtarum vel Catholicorum cauſa melior eſſet. Igitur populis turmatim ad Matrem Eccleſiam revertentibus, quos ſumma lætitia recipiebat, tantum pervicaciſſimi in errore perſeverarunt, atque etiam ex his aliqui, cum primo ſenſum ſuum diſſimulantes Catholicorum Communionem fuiſſent amplexi, deinde ipſa Orthodoxorum conſuetudine, & percepta Doctrina converſi ſunt. Sæculum V. A.C. 406. c. 3.

Interim eodem anno 405. decimo Kalendas Sept. id eſt, 23. Aug. Concilium Carthagine celebratum, in quo decretum, ut datis epiſtolis omnes Judices Provinciarum Africæ rogarentur, ea quæ in Edicto Reconciliationis jubebantur, executioni mandare, quod in ſola urbe Carthaginenſi factum fuerat, atque ut duo Clerici Eccleſiæ Carthaginenſis ad Regiam *Cod. Can.* n. 94.

Sæculum V. A.C. 406.

Regiam cum Episcoporum Litteris mi
terentur, qui totius Africæ Nomine Gr
tias Imperatori agerent, quod Donatis
extirpasset. In hoc etiam Concilio re
tatæ sunt epistolæ S. Innocentii Pap
quibus monebat, ne Episcopi levibus
causis mare trajicerent. Id ipsum de
de a Concilio sub finem ejusdem a
405. seu octava Dec. præceptura. I
rum aliud Rescriptum Imperatoris
Diotimum Africæ Proconsulem datu
quo pœnas in Donatistas decretas exe
jubebatur; idque Legationis a Concil
illius anni missæ effectus fuisse credit

L. 39. Cod. Theod. de Hæret.

Brevi post hæc tempore S. Augustin
scripsit contra Donatistam Laicum Gra
maticum, cui nomen Cresconius; is
in librum S. Augustini contra initium
stolæ Petiliani incidisset, Responsum
pserat, ad ipsum S. Augustinum dir
ctum. S. Augustinus editis tribus Libr
respondit, tumque advertens, solum a
gumentum ab eorum Schismate inte
Maximianum, & Primianum petitum om
nibus, quæ objiciebant, diluendis sufficer
re, scripsit etiam Librum quartum. Pri
mo Eloquentiæ, & Dialecticæ usum con
tra Calumnias Cresconii tuetur, dicen
tis, has Artes a Christianis non esse ad
hibendas. S. Augustinus probat Eloquen
tiæ, & Dialecticæ vim illis, qui veritat
tem defendunt, non esse pertimescen
dam.

dam. Licitum esse, illos, qui falluntur, arguere, imo & aggredi, & vehementer increpare, prout Charitas postulaverit. Hæc Apostolorum & ipsius JEsu Christi exemplis firmat. Sæculum V. A.C. 406.

§. IX.

Arsacii obitus. Atticus Episcopus Constantinopolitanus.

Arsacius Senex non ultra sexdecim Menses Sedem Constantinopolitanam tenuit, atque exacto vitæ anno octogesimo primo undecima Nov. Stilicone & Anthemio Consulibus nempe anno 405. e vivis abiit. Sedes Defuncti aliquamdiu propter eam ambientium artes vacavit. Tandem anno sequenti 406. Arcadio sexto & Anicio Probo Consulibus, quarto post Arsacii obitum Mense, id est, circa decimam Martii Atticus Presbyter Episcopus electus est. Is Sebaste in Armenia natus, juvenis vitam Monasticam duxerat, habueratque Magistros Eustathii Sebasteni Discipulos, qui Hæresin Macedonianorum sequebantur, cum autem ad virilem perveniisset ætatem ad Ecclesiam Catholicam rediit. Non multæ litteræ, sed maturi judicii vis eum commendabat. Rebus gerendis erat aptissimus, sive quid occulte machinari, sive fortuna cœptis adversante pedem retrahere vel-

Pall. p. 94.

Socr. VI. c. 20.

Sup. XXI. §. 39.

Soz. VII. c. 27.

Sæculum V. A. C. 406.

let. Suavi agendi modo plurimos sibi conciliavit amicos, nam leniſſima in familiares conſuetudine, omnium animis ingenio commodum ſe præbebat. Mediocris erat de ejus Eloquentia opinio, & quando dicebat ad populum, non erant qui ſtilo ſermonem notarent. Quamvis Scientiarum ignarus haberetur, tamen ubi vacabat, optimos Scriptores profanos legebat, & de iis tam appoſite ſuum edebat judicium, ut doctiſſimi mirarentur.

Atticus præ cœteris omnibus factiosus Auctor fuerat, S. Joannem Chryſoſtomum

Pall. p. 95. Sede ſua dejiciendum. Itaque dolens nec Orientis Epiſcopos, nec populum Conſtantinopolitanum ſecum communicare velle, ab Imperatore obtinuit ſcripta, quibus communicare cogerentur. In Reſcripto ad Epiſcopos pertinens præcipiebatur: *Si quis Epiſcoporum cum Theophilo, Porphyrio, & Attico communicare detrectet, Eccleſia ejiciatur, & Bonis ſuis privetur.* Illi, quibus Divitiæ affluebant, iisque cor appoſuerant, etiam inviti cum Attico communicarunt. Pauperes & in Fide infirmi, auro ſe corrumpi paſſi ſunt. Non defuere tamen, qui bonis, Patria, commodis terrenis omnibus generoſe contemptis, ut Perſecutionem

p. 96. declinarent, fuga ſe ſubducerent. Alii Romam iverunt, alii ad Mentes aut in Monaſteria ſe receperunt. Edicta contra

Laicos

Laicos imperabant; Illos, qui Dignitate aliqua potirentur, ea exuendos esse, Ministros, aut Duces militares officio privandos, reliquos de plebe, & opifices ad pendendam gravem mulctam damnandos, & proscribendos. His minis non obstantibus populus S. Joanni Chrysostomo fidelis, spreta Attici communione, in campis sub Jove inter plurima incommoda ad orandum conveniebat. Sæculum V. A.C. 406.

§. X.

Legati ex Occidente male habentur.

Interim Papæ, & Episcoporum Italiæ, Legati in itinere Constantinopolim constituti Thessalonicam divertere volebant, quippe Epistolas Anysio Episcopo reddendas habebant. Is cum cœteris Episcopis Macedoniæ zelosissime bonæ Causæ favebat, ut ex Epistolis S. Chrysomi discimus. Verum cum præter Græciæ littora vehuntur, Athenas appulsuri, a Tribuno Militum correpti, traduntur in manus Centurionis, Thessalonicæ appropinquare prohibentur, & duas naves conscendere compelluntur. Valido vento a Meridie exorto intra triduum Mare Ægeum, & Hellesponti freta trajiciunt, nemine cibum porrigente. Die tertia, hora duodecima nempe sub crepusculum in urbis Constantinopolitanæ conspectum ad Victoris domum, quam ruri habebat, *Sup. p. 3. Pall. p. 31. Ep. 26. al. 162. ad Anys. Ep. 27. al. 163. ad Anys. p. 32.*

Sæculum V. A. C. 406. perveniunt. Ibi a Portus Custodibus detenti, & viam relegere coacti, nesciquo jubente id fieret. Tum in Arce maritima Thraciæ, quæ Athyra dicebatur, inclusi. In eo loco pessimi habiti Romani in cubiculum unum, Cyriacus & cœteri Græci in alia separatim missi ne unus quidem Servulus Episcopis ad obsequia necessaria relictus.

Epistolas, quas ferebant, reddere jussi, responderunt: *quomodo, Legati cum simus, in alterius quam in Imperatoris manus Epistolas Imperatoris Fratris ejus, & Episcoporum reddere possumus?* Hastigatur, quamvis Notarius Patricius, & alii inde quidam alii instarent, non dederunt. Tandem adest Tribunus, cui nomen Valerianus, Patria Cappadox, qui Episcopo Mariano epistolas tanta vi e manibus extorsit, ut ejus pollicem fregerit, nempe epistolas Imperatoris Honorii, Sigillo munitas, aliasque. Altera die venerunt vel ab Aula, vel ab Attico missi, id enim rescire non potuerunt, qui Episcopis Nummorum argenteorum tria millia offerebant, rogabantque, ut cum Attico communicarent, & de Joannis Causa tollerent. At inexpugnabilis fuit virorum constantia, idque solum orabant Cœlestem Numen, ut, si ad Pacem reducendam nihil possent efficere, saltem ad Ecclesias suas securis remeare liceret. Hoc ipsum Deus

Deus variis oſtentis ipſis revelaverat, at- Sæculum V.
que inter alios Paulo Epiſcopi Emilii Dia- A. C. 406.
cono, viro mitiſſimo, & prudentiſſimo; ei enim, cum adhuc navi veheretur, conſpicuus factus eſt S. Apoſtolus Paulus, dicens: *videte, quomodo caute ambuletis,* *Eph.* 5, 15.
non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes, ſunt enim dies mali. Idem Valerianus venit, captivos, ex Arce Athyrana properato egredi juſſos, navigio infirmo cum viginti militibus ex diverſis cohortibus delectis imponit. Imo ferunt, navis gubernatorem ab ipſo pecunia corruptum, ut hos *p.* 34.
vectores in profundum pelagi demergeret. Multa ſtadia provecti, cum jam jam carina ſolveretur, Lapſacum appulſi ſunt. Ibi in aliud navigium recepti, exinde die vigeſima in portum Calabriæ Hydruntinum invehuntur, ignari, ubi terrarum S. Chryſoſtomus eſſet, aut quid Cyriaco, aliisque Epiſcopis Orientalibus, qui ex Italia in Orientem profectionis ſocii fuerant, factum.

§. XI.

Epiſcoporum Orientalium ærumnæ.

Fama ferebat, cœteros ex Oriente Epis- *Pall. p.* 194.
copos vivos in maris undas fuiſſe projectos; poſtea reſcitum in barbaras Regiones deportatos, ubi a mancipiis publicis cuſtodiebantur. Cyriacus Emeſenus Palmyram Arcem Perſiæ octoginta

Sæculum V. A.C. 406.

milliaria ultra Emesum positam missu
Eulysius Bostrensis in Arabia in Arce
trium dierum itinere remotiorem, qu
Misphas dicebatur, Saracenis proximan
migrare jussus. Palladius Syenem, Blem
myorum, seu Æthiopum, Patriæ vicinan
Demetrius in Oasin prope Mazicam r
legati. Milites Prætoriani istorum Epi
p. 198. coporum Duces ablatas iisdem pecunia
quas in itinere necessariæ sustentation
impendendas domo attulerant, inter s
partiti, macilentis asinis impositos duorum
dierum iter uno conficere cogebant. Ad
diversoria sero venientes, rursus ant
quam illucesceret, profectionem urg
bant; hinc pauciſſimos etiam cibos, q
Episcopi capiebant, stomachus retin
non valebat. Præterea militari insolen
tia verbis obscœnis graves erant Præs
libus. Palladii famulum abegerunt,
ipsumque Episcopum coegerunt, ut supe
lectilem scriptoriam projiceret. Ad Ec
clesias divertere non sinebant, sed vel
cauponas prostibulis plenas, vel Samari
tanorum, Judæorumve Synagogas in
Hospitium sibi deligebant. Cum hæc
molestissime acciderent, dixit Episcopo
rum aliquis: *Quid vero de his Diversoriis conquerimur? cum nostro arbitrio non intremus, nec omnino hanc rem, ejus*
p. 200. *non deceat, evitare possimus? an non intelligitis, Dei Gloriam in his, quæ patimur*

mur, promoveri? Quot infelicibus mu- Sæculum V.
lierculis, Dei oblitis, aut talibus, quæ eum A.C. 406.
nunquam noverunt, noſtra præſentia Numinis memoriam reduxit, & ad eum timendum excitavit. S. Paulus cum ſimi- 2. *Cor.* 2, 15.
lia ſufferret, dicebat: *JEſu Chriſti bonus odor ſumus.* Et, *Spectaculum facti ſumus* 1. *Cor.* 4, 9.
Angelis, & Hominibus.

Epiſcopi illi, qui cum Theophilo communicabant, per ſuas Diœceſes transeuntibus non modo nulla exhibebant humanitatis officia, ſed Milites largitionibus incitabant, ut quam promptiſſime ex urbibus ſuis abſtraherent. Tam barbare præ cœteris omnibus cum Hoſpitibus egerunt Epiſcopus Tarſenſis, Antiochenus, Ancyranus, quo nullus ferocior fuit, & Peluſiacus. Prætorianos minis terrebant, & ſollicitabant donis, ne Epiſcopos in Domibus Laicorum illorum, qui id maxime cupiebant, hoſpitio excipi permitterent. At vero Epiſcopi ſecundæ Cap- *p.* 201.
padociæ tantorum Exulum commiſeratione eousque movebantur, ut lacrymis non temperarent. Inter hos præprimis
lugebant Theodorus Tyaneus, Bospho- *p.* 202.
rus Colonienſis, qui annos quadraginta octo Epiſcopatum gerebat, & Serapion Oſtracinenſis annorum quadraginta quinque Epiſcopus. Bosphorus hic idem eſt, qui Concilio univerſali Conſtantinopolitano anno 381. interfuit, S. Baſilii amici- *Sup. XVIII* §. 1.
tia

Sæculum V. A.C. 406.

tia clarissimus. Serapion inter Discipulos S. Chrysostomi fide in Magistrum præcipuus, ab ipso Episcopus Heracleensis Thracia ordinatus, diu in quodam Monasterio Gothorum, id forte Monasterium Promoti Constantinopoli fuerit, delitescerat; is mille calumniis oneratus, coram Judicibus protractus, virgis cæsus, exciatus, & dentibus excussis in Patriam suam, quæ erat Ægyptus, proscriptus. Senex aliquis, cui nomen Hilarius, qui ab annis octodecim pane non vescebatur, fustibus verberatus non quidem jubente Judice, sed furentibus Clericis, ad extremas Ponti oras relegatus. Brison Palladii frater, Ecclesia sua sponte relicta ad agrum, quem possidebat, se recepit, eo que illo tempore, quo Palladius edito in Dialogo istam Persecutionem litteris mandabat, suis manibus arabat. Elpidius Episcopus Laodicenus in Syria & Papus in superiore cujusdam domus cubiculo se absconderant; orationi vacabant, & jam tunc anni tres effluxerant, ex quo per domesticam scalam non descendissent. Heraclides Episcopus Ephesinus ab annis quatuor Nicomediæ in vinculis distinebatur. Silvanus Episcopus Troade degebat, piscando panem lucrans. De quibusdam aliis, quid ipsis actum fuisset, nemo sciebat. Aliqui cum Attico communicarunt, & ad Ecclesias Thraciæ translati sunt.

Sup. XXI. §. 21. Chrys. ep. 13. al. 14. ad Olymp. Pall. p. 195.

Schismatici Orthodoxos persequuntur.

p. 196.

Quod

Quod ad Presbyteros spectat, alii in Arabiam, alii in Palæstinam relegati sunt, Tygrius Confessor in Mesopotamiam. Philippus in Ponto, loco exilii sui brevi postea extinctus est. Theophilus in Paphlagonia erat. Joannes Ethrii filius Cæsareæ Monasterium condidit. Stephanum, quem Satellites in Arabiam deducebant, Isauri Custodum suorum manibus ereptum, in monte Tauro Libertati restituerunt. Salustius in Cretam delatus fuerat. Philippus Monachus & Presbyter scholis præerat in Campania. Sophronius Diaconus in Thebaide captivus gemebat. Paulum Diaconum Oeconomi Adjutorem Africa habebat. Alius Paulus Diaconus Anastasiæ* versabatur Jerosolymis. Helladius Presbyter Palatii in modicum, cujus Dominus erat, prædium in Bithynia confugerat. Alii Constantinopoli latebant, alii in Patriam redierant. Stephanus Monachus, qui litteras Romam detulerat, ideo Constantinopoli captus, verberibus affectus, & decem mensibus in carcere inclusus. Tum invitatur, ut Attici Communionem amplecteretur, cumque id constanter abnueret, unguibus latera ejus, & pectus lacerata; sed sanatus, post Menses decem Pelusium in exilium mittitur. Aliquis militum, qui in cohortibus Principis lateri adsuetis merebatur, cum fuisset de-

Sæculum V. A.C. 406.

Sup. XXI. §. 35.

* nempe Ecclesiæ.

Pall. 197.

Sæculum V. A.C. 406. latus, quod S. Chryſoſtomum amaret, ſtibus cæditur, crudeliter laniatur, & tram Arabiæ proſcribitur.

§. XII.

Epiſtolæ S. Chryſoſtomi Roman datæ.

Ep. 40. *al.* 182. Poſtquam S. Joannes Chryſoſtomus loco exilii ſui percepiſſet, quæ in cidente acta fuiſſent, &
Ep. 224. *al.* 155. aliique Epiſcopi ipſius cauſa adlabe rent, multas ad eos dedit Epiſtolas,
Ep. 54. *al.* 149. Gratias ageret. Speciatim ſcripſit Ve
Ep. 50. *al.* 184. nerio Mediolanenſi, Chromatio Aquil jenſi, S. Gaudentio Brixienſi, Aurelio
Ep. 75. 76. thaginenſi, Heſychio Salonenſi; gen
&c. al. 152. tim vero Epiſcopis, qui ex Occidente
Ep. 187. *al.* 161. nerant, & Romanis Presbyteris. Dire ſis ad eos ſcripſit temporibus, prout o caſio Presbyteros illo profecturos offer bat, qui Litteras deferrent. In iis Epiſtolis laudat charitatem Epiſcoporum, qui ſui cauſa tam longam, & ærumnoſam pro fectionem ſuſcepiſſent. Gratias dicit, & hortatur, ut cauſam ſuam, quæ cum Bono totius Eccleſiæ eſſet connexa, ſtre
Ep. 91. *al.* 87. *Eulog.* nue defenderent. At S. Joannes mini mam ærumnarum, quas illi Epiſcopi ſere
Ep. 126. *al.* 88. *Joann. ep.* 95. *al.* 183. bant, ſciebat partem. Scripſit quoque Eulogio Cæſarienſi, dicitque, cœteros omnes Palæſtinæ Epiſcopos ipſius ſequen

tes

Sæculum V. A. C. 406.

tes vestigia Ecclesiæ Defensionem in se suscipere. Epistolam dedit ad Joannem Jerosolymitanum, cujus Pietatem, & Fortitudinem magnis laudibus extollit. Tandem & alteram Epistolam ad S. Innocentium (*) Papam dedit, in qua memorat, jam tertium sui exilii annum volvi, videlicet 406. Diuturnum silentium sicut & apud alios excusat locorum distantia, & impedimentis viarum, quas Isauri infestarent. Subjungit, se hanc epistolam Joanni Presbytero, & Paulo Diacono ferendam tradere. In alia epistolæ parte gratias agit, & excitat, ut suæ causæ semper faveat, & minus secundo Successu non deterreatur. Rursus ad tres Matronas Romanas nobilissimas litteras dedit, Probam, Julianam, & Italicam. Proba Faltonia erat Anicii Probi viri celeberrimi vidua, & Juliana nurus ejus, Olybrii vidua, & Demetriadis Mater. S. Chrysostomus Probæ Joannem Presbyterum, &

Hesych. Ep. 123. *Gr. al.* p. 623.

Ep. 125. *al.* 169. *ad Jul.*

Sup. XIX. §. 60. *Ep.* 188. *al.* 168.

(*) Protestans in sua versione vocem Sanctus omittit. Si quis Catholicus Protestantis cujusdam libros verteret (nescio an illis aliquando id honoris, quod ipsi Catholicorum operibus sæpissime dant, sit obventurum) & v. g. mentio Lutheri occurreret, deberet vertere: der seelige Luther, der seelige *Doctor*, der theure Mann. si fideliter vellet vertere. Sed quid Interpreti nostro, & fidelitati?

Sæculum V. A.C. 406. & Paulum Diaconum commendat. Eidem etiam commendat Episcopis Occidentis, tanquam viros ubique persecutionem patientes, & nullibi terrarum curos. In epistola ad Italicam dicit, cere, ut fæminæ æque ac viri pro Ecclesiæ causa decertent.

Ep. 84.

Ep. 124.

S. Chrysostomus ex Arce Arabissi ad S. Olympiadem etiam scripsit, quo vere anni 406. factum fuisse, conjic est. *Ne te*, inquit, *hyemis rigor, stom chi mei infirmitas, aut Isaurorum perf la sollicitam torqueant! habuimus hoc an hyemem, qualis in Armenia esse solet, debet; sed mihi parum nocuit, quia mi eorum, quæ ad arcendum frigus apta omisi. Ignem nunquam non aleban nes rimas cubiculi obstruxi, tegebar pu bus calorem foventibus, & domo nunqu egressus sum. Incommoda mihi sunt equidem, sed fero libenter, ut valetudi consulam, dum enim intra limina me co tineo, non multum lædor, si autem exi necesse est, & aeris frigidi rigorem susti nere, non modice affligor.* Et inferius *ne nimium doleas, quod hic tempus hyemal transigere cogar, nam longe melius habe quam anno præterito. Tu quoque valeve si tibi valetudinis tuæ major cura fuisse* In his longius excurrit, & ostendit, quan ti æstimare sanitatis Bonum quemque oporteat, tum subjungit: *si mea absen-*

Ep. 16. *al.* 4.

tia

tia te affligit, brevi finem spera. Nec istud dico, ut tibi qualecunque solatium suggeram, sed certe scio, ita futurum, alias enim jam diu tot malis succubuissem. Interea in tam debili corpore ea fruor valetudine, ut & ipsi Armeni mirentur. Nec tempestas perfrigida, nec solitudo, nec annonæ inopia, aut familiarium absentia, nec Medicorum ignorantia, nec balnei, quo frequentissime uti solebam, privatio, nec fastidium cubiculi, in quo semper velut in carcere hærendum, nec defectus corporis motus, cui adsueveram, nec ignis, & fumi continua molestia, nec quod semper hostis vel adsit, vel venturus timeatur, hæc omnia, inquam, huc usque prosternere me non potuere, sed quia valetudinem meam curo diligenter, melius quam Constantinopoli habeo.

Sæculum V. A.C. 406.

§. XIII.

S. Chrysostomi obitus.

Cum ad Inimicos S. Chrysostomi fama deferret, quanta obsequia Ecclesiæ præstaret, illius Regionis Infideles convertendo, & quantis Encomiis S. viri virtutes Antiochiæ celebrarentur, eum in remotissimum exilii locum mittere statuerunt. Nempe a Severiano Gabalensi, Porphyrio Antiocheno & quibusdam aliis Syriæ Episcopis S. Chrysostomus etiam Exul timebatur, quamvis ipsi opimis Ecclesiæ

Pall. p. 97.

p. 98.

Sæculum V. A.C. 407.

cleſiæ Reditibus potirentur, & Sa
poteſtatem ſibi haberent obnoxiam.
tis igitur ad Aulam Cæſaream Epiſ
ab Imperatore Arcadio Reſcriptum
nuerunt priore pejus, ut Pytiuntam
cum deſertum in Regione Tzanen
& Ponti Euxini littore ſitum, celer
deportaretur. Diuturna fuit Profe
& poſt trimeſtre necdum viæ termi
attigerat, quamvis duo Milites Prae
Præfecti, qui virum Sanctum cuſto
bant, vehementiſſime inſtarent, ut
peraret, dicentes, id ſe in mandatis
bere. Unus eorum minus crudelis
p. 99. ei obſequioſum quaſi clanculo exhibe
alterius vero immanis erat feroc
quippe ſibi blandientibus & mul
bus, ut S. Epiſcopo parceret, iraſcebat
Ipſo urgente S. Joannes per imbres
ximos hoſpitio exire, & in viam ſe
cogebatur, ita ut incidentes pluviæ
que ad corpus penetrarent. Dum ſud
erat Cœlum, miles Solis ardores
bat, etſi ſciret, S. virum, cui calvum
caput, inde multum vexari. Ne quid
breviſſimo temporis intervallo eum
rari ſinebat in urbibus, aut oppidis,
erant balnea, eam Epiſcopo refocillat
nem invidens.

Ubi prope urbem Comanam fuer
intrare per militem non licuit, ſed diver
tendum fuit in Eccleſia quinque ſexve mil
liaria

liaria ab urbe distante, & S. Basilisco Episcopo Comano, qui Martyrii Coronam Nicomediæ sub Maximino Daja unacum S. Luciano Antiocheno acceperat, dedicata. Cum itaque in ædibus ad illam Ecclesiam pertinentibus hospitarentur, S. Basiliscus noctu S. Chrysostomo conspicuum se dedit, dicens: *bono animo sis, Frater mi Joannes! crastina dies nos conjunget.* Ferebant etiam, S. Basiliscum illius Ecclesiæ Presbytero id ipsum prædixisse in hæc verba: *Fratri meo Joanni locum para, quia appropinquat.* S. Chrysostomus huic Revelationi fidem habuit, & altera die Prætorianos rogavit, ut ibi usque ad horam quintam, id est, undecimam matutinam manerent; sed impetrare non potuit. Ergo itineri se dant; at postquam triginta ferme stadia, seu Leucam unam, & dimidiam processissent, cum S. Viri vires penitus deficerent, ad illam Ecclesiam, unde exierant, redeundum fuit. Illo delatus depositis vestibus alias albas, etiamque alba calceamenta induit, eratque adhucdum jejunus. Pauca, quæ ipsi supererant, inter adstantes distribuit, tum Sacrorum Symbolorum Domini Nostri Communione, id est, Evchariſtia accepta, coram omnibus ultimas preces fudit, & illa verba, quæ ipsi erant familiaria, subjunxit: *Deus laudetur in omnibus;* ultimus ipse respondit: *Amen!*

Sæculum V. A.C. 407.

Sup. IX. §. 38.

S. Chrysostomus moritur. *p.* 100.

p. 101.

Sæculum V. A. C. 407.

Amen! pedes deinde extendit, & ani-
mam exhalavit. Cum Defuncti exequiæ
actæ ſunt, tanta multitudo Virginum,
Monachorum ex Syria, Cilicia, Ponto,
Armenia confluxit, ut condixiſſe videre-
tur. Feſtum diem celebrarunt eo ma-
quo Martyribus honor haberi ſolet.
S. Chryſoſtomi Corpus penes S. Baſilium
Reliquias in eadem Eccleſia ſepultum.

Soz. VIII. c. ult.
Socr. VI. c. 21.

Dies qua obiit, & tumulatus eſt, fuit
decima quarta Sept. ſeu decimo quinto
Kalendas Octobr. Honorio ſeptimo, &
Theodoſio ſecundo Conſulibus, nempe
anno 407. annos vitæ numerabat ferme
ſexaginta; Eccleſiam Conſtantinopolita-
nam annos ſex usque ad tempus Exilii
ſui, & univerſim annos novem, & men-
ſes octo rexerat. Diſcordiam & motus
Eccleſiarum Orientalis, & Occidentalis
mors ejus non compoſuit, ſed quamvis
Orientales S. Chryſoſtomi memoriæ ho-
mam non reddiderunt, Eccleſia Romana,
quam totus Occidens ſequebatur, dimo-
veri non potuit a propoſito non commu-
nicandi cum Orientalibus, præſertim
cum Theophilo Alexandrino, † donec
Concilium aliquod Oecumenicum Eccle-
ſiæ malis mederetur. (*)

v. Valeſ.
Sup. XX. §. 15.
Lib. XIX. 41.
Pall. p. 215.
† vide Num. XLVI. hujus Libri.

§. XIV.

(*) Hic in Nota adjecta dicit Proteſtans: daß mit ſeiner Verfolgung die groſſe Spaltung zwiſchen

Sæculum V.
A.C. 407.

§. XIV.

Concilium Carthaginense.

Id ipsum causa fuisse videtur conditi Canonis in Concilio Generali Africæ, Carthagine eodem anno 407. 16. Junii celebrato, in quo ad S. Innocentium Papam scribere decreverunt, ut inter Ecclesiam Romanam, & Ecclesiam Alexandrinam Pax reduceretur. (*) Aurelius huic Concilio præerat; in eo ante alia statim Decretum Concilii Hipponensis abrogatum, verisimiliter illius, quod anno 393. congregatum, & in quo statutum fuerat, singulis annis Concilium Generale Africæ convocare. In isto Concilio c. 101.

zwischen der Morgen- und Abendländischen Kirche vorgegangen, die auch nicht wieder geheylet worden. Non attendit Protestans hoc ipso in loco Fleurium dicere, Romanam Ecclesiam & totum Occidentem tamdiu perseverasse in proposito, cum Episcopis Orientis non communicandi, donec S. Joannis Chrysostomi Memoriæ honorem restituissent; id vero factum, ut inferius videbimus Lib. XXIII. §. XXVII. dum Atticus, Episcopus Constantinopolitanus S. Joannis Nomen Dypticis inseruit. Plura alia posteriora Communionis signa inter Ecclesiam Romanam, & Constantinopolitanam occurrent.

(*) Argumentum Auctoritatis Pontificiæ in Ecclesias transmarinas.

Sæculum V. A. C. 407.

lio decreverunt, ut Concilium Gen
rale, ne Episcopi sine utilitate fatigare
tur, tunc solum convocaretur, qu
do id communis Causa totius Africæ
poscceret, & in illo loco, ubi magis ex
dire videretur. Cœteræ Causæ in
Provinciis, ubi natæ essent, judican
tur. De Appellationibus statutum,
Appellans, altera Parte consentiente,
dices deligeret, a quibus ulterius app
lare non liceret. (*) Si quis ab Impe
tore Judices Laicos sibi deposceret, D
c. 104. nitate sua privetur; illud vero non p
hibetur, si quis ab Imperatore peter
c. 97. lit, ut ab Episcopis judicetur.

Vincentius, & Fortunatus a Conci
ad Imperatorem delegati. His mand
tum, ut Nomine omnium Provinciar
Africæ Defensores ex ordine Scholastic
rum, id est, Causidicorum, qui in hac
Arte essent exercitati, sibi dari peterent
atqu

(*) Hic bene notat Anonymus I. his Fleu
verbis verum Canonis sensum non reddi, cuj
verba ita sonant: a Judicibus autem, quos com
munis consensus elegerit, non liceat provocari
Quandoque bonus dormitat Homerus. Dicit
etiam hic idem Anonymus, aliquos Canones hic
a Fleurio citari, ac si ejusdem Concilii essent, in
terim vero ex citationibus in margine illarum
Collectionum a se deprehendi, in diversis Con
ciliis fuisse conditos, atque non nullos Concilio
Milevitano originem suam debere.

atque ut iisdem Judicum Conclavia ingredi toties liceret, quoties causarum Ecclesiæ necessitas id postularet. Item decretum, ut ab Imperatore peterent, Legem edi, ne post Divortium conjugibus alias nuptias inire liceret. Præceptum etiam, ut, si quis ad Regiam ire vellet, id in Litteris formatis, quas ad Ecclesiam Romanam directas acciperet, indicari peteret, ut Romæ alia ipsi daretur epistola, quam in Aula Cæsarea exhiberet.(*) Si cui, Romæ versanti, causa emergeret, ob quam ad Regiam proficisci necessarium esset, hanc Papæ indicaret, & ab eo

Sæculum V. A. C. 407.

c. 102. Concilium Carthaginense. c. 106.

(*) Hic in sua Nota dicit Protestans: Die *Litteræ*, oder *epistolæ formatæ*, waren ein wichtiges Stück von der alten Kirchenzucht, und ein kräftiges Mittel, die Auctorität der Bischöffe zu befestigen, und die Gemeinden in der Ordnung zu erhalten. Bene! Hæc communicatio inter Fideles, id est, Romano-Catholicos, in quatuor totius orbis partibus hodieque retinetur, nulla Christianorum Communitas, ubicunque terrarum habitet, pro Orthodoxa habetur, nisi Communionis cum Ecclesia Romana litteras exhibeat. Jam Protestantis nostri est ostendere, quæ Communio sit Protestantibus in Hollandia cum Transsylvanis, vel Würtenbergensibus in Suevia cum Suecis, nisi in hoc uno, quod omnes contra Fidem Romanam, quam S. Paulus laudavit, protestentur; at profecto hoc signum etiam cum omnibus non Catholicis commune habent!

Sæculum V. A. C. 407.

litteras acciperet. Scilicet illa tempestate Imperatores Occidentis ut plurimum Ravennæ, aut alibi, raro autem Romæ morabantur.

Rursus decretum, ut novi Episcopus non nisi a Concilio Provinciali, Episcopi Diœcesani consensu erigerentur.

c. 98.

Conceditur Ecclesiis integris Donatistarum, qui se converterunt, ut inconsultis Synodo Episcopos suos servent, nisi forte, ipsorum Episcopo mortuo, alteri Diœcesi jungi malint. Verumtamen illis solum Donatistis Sedes suas retinendi facultas datur, qui se ante promulgatum

c. 99.

Concordiæ Edictum, id est, Legem 12. Febr. anno 405. editam, converterint. Ad Altare non aliæ Præfationes, aut preces dicantur, nisi tales, quas viri sanctissimi collegerint, & Synodus ratas habuerit.

c. 103.

§. XV.

Leges Honorii pro Ecclesia.

L. 18. Cod. Theod. de Episc.

Honorius Imperator Ecclesiarum Africæ Legatis, quæ ad Defensores pertinentia petebant, concessit, id enim ex Lege ad Porphyrium Africæ Proconsulem directa, & Romæ decimo septimo Kalendas Dec. cum Consulatum septimo gereret, & Theodosius secundo, seu 15. Nov. anno 407. data liquet. In ea confirmantur Privilegia, jam antea per Le-

ges

ges Ecclesiis, & Clericis concessa; præ- Sæculum V.
cipitur, ut Gratiæ, quas Imperator A. C. 407.
Ecclesiis indulgeret, ad Judices deferan- c. 106.
tur, & Causidicorum opera executioni dentur. Ab eodem Concilio Africæ de- *L. 41. C. Th. de Hær.*
legatis iterum mandatum, ut contra Donatistas agerent; hinc Lex eadem, vel alia, die eadem data, & ad eundem Porphyrium directa, præcipit, ut omnes Hæretici, nominatim Donatistæ, & Manichæi, qui bona fide resipiscerent, ab omnibus pœnis, quibus vi Legum subjicerentur, liberi essent. Donatistæ, & Manichæi hic præ aliis nominantur, quod Sectæ istæ præ omnibus aliis in Africa dominarentur. Octavo Kalendas Martii anno 407. seu 22. Febr. Honorius aliam rursus Legem ediderat, ad Senatorem Prætorio Præfectum directam. Se- *L. 40. l. Th. de Hær.*
verissimæ pœnæ in Manichæos, & Priscillianistas decernebantur; Bona eorum universa Fisco adscribebantur, quamcunque Donationem accipere, vel facere prohibebantur, etiam post eorum mortem inquiri jubebatur, in eos quoque, qui ipsorum Conventicula celassent, graves mulctæ statuebantur.

Eodem anno 407. 15. Nov. eadem die, qua leges præcedentes, lata est lex ad Curtium in Italia Prætorio Præfectum directa, quæ jam prius editas contra Paganos confirmat. Templorum Reditus

Sæculum V. A. C. 407.

auferri jubentur; Idola, & Aræ de-
ciantur, templa aliis Sacris destinentur
Cæremoniæ profanæ tollantur. Hæc
Lex anno sequenti 408. quinta Junii,
tiam Carthagine promulgata. Abhinc
tamen quadriennio Honorius, cum sex-
Consul esset, nempe anno 404. Gentili-
bus Ludos Sæculares celebrandi licen-
tiam dederat, & Romæ etiam populum
Gladiatorum spectaculis adesse tolera-
bat.

L. 19. Cod. Theod. de Pag. v. Sirm. App. C. Th. Claud. de sexto Consul. Prud. in Symm. lib. 2.

Legem 15. Nov. anno 407. datam
ferendi ansam præbuit Radagaisus pro-
fligatus. Is Paganus erat, gente Scytha,
qui anno superiore cum 20. millium Go-
thorum exercitu Italiam ingressus, Ro-
mam capturus videbatur. Tum ma-
Gentiles concurrere, & magna audacia
jactare; hostem adveniisse, cui Dii pu-
gnarent, jam urbem Romam suo inter-
tu deserti Deorum cultus pœnas daturam.
Questibus omnia implentes, Sacrificia
reduci postulabant. Tota Civitate au-
diebatur fremitus blasphemantium JEsu
Christi nomen, tanquam funestam pre-
sentis calamitatis causam. Interim Hun-
norum Gothorumque copiæ adventan-
tes Romanis saluti fuere, dispersus Rada-
gaisi exercitus, pars maxima in Apenni-
ni angustiis periit. Ipse Ductor Rada-
gaisus captus, occisusque. Christiani hanc

Oros. VII. c. 37. Marcel. Chr. an. 406.

Aug. V. Civi. c. 23. Serm. 105. al. 29. de Verb. Dom. c. 10.

hanc Victoriam manifestæ Numinis Tutelæ in acceptis retulerunt.

Non minus in ferali Comitis Stiliconis exitu Christiani agnoscebant Vindicis Dei manum.

Stilico, cujus in Occidente sub Honorio, segniter imperante, immensa erat potentia, accusatus est, quod Barbaros, jam tum fines Imperii infestantes, ipse vocasset; præterea Regni cupiditate impulsum, velle filium suum Eucherium, dejecto Honorio Genero, ad Imperium evehere, dicebant; erat autem filius Gentilis, atque ut sibi Gentilium animos conciliaret, se, si Regno potiretur, templa Deorum restauraturum, & Ecclesias Christianorum destructurum, pollicebatur. Conjuratione detecta Stilico decimo Kalendas Sept. Basso, & Philippo Consulibus, id est, 23. Aug. anno 408. occisus est. Paulo post filius ad Patrem ire jussus. *Oros. VII. c. 38. Zosim. l. 5. p. 81. &c. Marc. Chr. an. 408.*

§. XVI.

Barbari in Galliis.

Stiliconem suspectum fecerant Vandali, & Alani, qui jam ab anno 406. superato Rheno in Gallias irrumpebant. His juncti Quadi, Sarmatæ, Gepidæ, Heruli, Saxones, & Alemanni, terras omnes, quas Rhenus, & Oceanus alluunt, atque *Hist. persec. Vandal Hier. ad Ageruck.*

Sæculum V. A. C. 408.

hinc Alpibus inde Pyrenæis cingunt vastabant. Moguntia capta, & eve multa hominum millia in Ecclesia cidata. Wormatia longo tempore sessa, cum deditionem feciſſet, ab hos bus direpta. Rhemi, Ambianum, Att batum, Teruana, Tornacum, Spira, gentina seu Strasburgum in censum vitatum Germanicarum transierunt. quitania, Novempopulania, agri Lug nensis, & Narbonensis, omnia, pa urbibus exceptis, in cineres reda

ad Heliod. Nempe in hunc modum de his S. Hie nymus scribit, & præ omnibus aliis bis Tolosæ ruinam dolet. Ingemit et fœminas nobiles, & Virgines Deo sa a Barbaris illusas, Episcopos vincul tos, Presbyteros, & Clericos interfe Ecclesias solo æquatas, equos Altari

de gubern. lib. 6. alligatos, Reliquias tumulis effossas. *sce oculis vidi*, inquit Salvianus Pres ter, *in urbibus jacere interemptorum triusque sexus corpora nuda a cani & avibus admorsa, quorum pestilenti dore superstites inficiebantur.*

Mart. Rom. 14. Dec. Cum hi Barbari adhucdum Idolis ser virent, multis Christianis Martyrii oc casio fuerunt. Ecclesia 14. Dec. hon rat S. Nicasium, Archiepiscopum Rh mensem, atque Virginem Eutropiam so rorem ejus, Florentium Diaconum, & Jucundum Lectorem, sub Ecclesiæ porta

a Van-

a Vandalis vita privatos. S. Diogenes Attrebatensis eodem tempore passus fuisse creditur. Urbs Trevirensis quater direpta, & ejusdem Episcopus Valentinus interfectus. Vesuntini Antidium Episcopum, quem a Vandalis Martyrio affectum credunt, 17ma Junii venerantur. Semontii in Burgundia SS. Florentinus, & Hilarius 27. Sept. honore Martyribus exhiberi solito coluntur. Antissiodori S. Fraternus eadem die, qua Episcopus consecratus, Martyrii Palmam adeptus est. Lingonenses S. Desiderium Episcopum, S. Valerium Archidiaconum ejus, & S. Prudentium invocant. Plures alii Martyres in diversis Galliarum locis celebrantur.

Sæculum V. A. C. 408.

Mart. Rom. 27. Sept.

Mart. Rom. 23. Maji.

Stilicone sublato, maxima Auctoritas fuit in Olympio, Viro Christiano, & zelosissimo, qui Magister Officiorum creatus est. Hunc S. Augustinus inter amicos numerabat, eique haud diu postea id exigente Ecclesiarum necessitate scripsit. Quippe Pagani, & Hæretici in Africa, comperta Stiliconis nece, dicebant, ipsum solum Auctorem fuisse illarum Legum, quæ contra ipsos emanaverant, nec eam rem ad Notitiam Imperatoris venisse. Ejusmodi sermonibus populus contra Catholicos excitabatur. Multi Episcopi in Italiam fuga se proripere coacti, & Cæsaris Tutelam implorare. Itaque S. Au-

ep. 27. al. 129. n. 2.

Sæculum V. A. C. 408.

guſtinus Olympium rogat, ut horum piſcoporum conatus adjuvet, & ſedi nem in Africa motam comprimat. I rim quam celerrime poſſet, illius P vinciæ incolis demonſtraret, propen Eccleſiam animo Imperatorem eſſe. piſcopi illi, de quibus S. Auguſtinus m tionem facit, Reſtitutus, & Flore fuiſſe creduntur, a Concilio 13. Oct

ap. Dion. exig.n.206.

ejusdem anni 408. adverſus Paganos Hæreticos Carthagine celebrato dele ti, illo tempore, ut in excerptis Conc legitur, quo Severus, & Macarius m ti, & Epiſcopi Evodius, Theaſius, & ctor propter ipſos peſſime habiti fu

Ibid.

Eodem anno decimo ſexto Kale Julii, id eſt, decima ſexta Junii, Epi Carthagine in Synodum convene in qua Fortunatianus delectus, ut Leg tionem contra Paganos, & Hæreticos o iret. At conjicere eſt, quod audito Sc liconis interitu hominum iſtorum inſo lentia creſcens Epiſcopos coegerit po menſes quatuor rurſus congregari, & D legatos mittere. Primæ Legationis cau ſam forte cædes Calamæ peracta de derint.

§. XVII.

Seditio Calamenſis.

Aug.ep.91. al. 202. ad Neſtar.n.8.

Nunquam alias inſolentius quam hoc anno 408. Feſta ſua celebraverant Pago

Pagani Calamenſes. Integræ ſaltantium cohortes per plateam ante Eccleſiæ fores tumultuoſe proceſſerunt, quod ne quidem Juliani Apoſtatæ temporibus factum; cumque Clerici tantam licentiam vellent reprimere, Gentiles lapidibus injectis Eccleſiam infeſtarunt. Elapſo ferme octiduo, Epiſcopus miſit, qui Leges contra Idololatras ultimo editas, etſi ſatis notæ eſſent, præſertim illam, quæ 24. Nov. anno 407. emanaverat, Civibus indicarent, eamque exequi paravit; tunc iterum Eccleſia lapidibus impetita. Sequenti die Chriſtiani a Judicibus petierunt, ſibi Scripto dari, quid dicerent, ut ſeditioſos metu pœnarum cohibere poſſent; ſed nulla habita Juſtitiæ ratione repulſi ſunt. Eadem die de Cælo grando cecidit, quam Dei ira ad perterrendos Gentiles immiſiſſe videri poterat. Ubi vero grando ceſſavit, tertia vice redeunt, Eccleſiam lapidibus verberant, & tandem ignes ſubjiciunt. Chriſtianorum unum in via ſibi occurrentem interficiunt. Fugerunt cœteri, aut quas poterant, latebras quæſierunt. Epiſcopus ægre in cavum ſe abdidit, unde audiebat clamores quærentium ſe, ut occiderent, & indignantes, quod Epiſcopo vivo fruſtra in alios ſæviiſſent. Ab hora decima, id eſt, hora quarta pomeridiana usque in multum noctis tumultus duravit, nemine

Sæculum V. A. C. 408.

Sup. n. 15.

Sæculum V. A. C. 408.

nemine eorum, quibus in Civitate blica erat Auctoritas, ad coercendos ditioſos quidquam movente.

S. Auguſtinus non diu poſt has bas Calamam venit, ut Chriſtianos ſolaretur, & animos contineret, ne pararent. Ipſi Pagani S. Epiſcopum dere avebant, quos ille monebat, ipſis faciendum, ut ſe a præſenti tim liberarent, imo & æternam ſalutem gitarent. Quia vero diſcutere tim non poterant, quemdam ex ſuis, cui men Nectarius, virum ætate venera lem, & litteris clarum, rogarunt, S. Auguſtinum ſcriberet. Is igitur

Ap. Aug. ep. 90. *al.* 201.

ad S. Auguſtinum Epiſtola initio amore Patriæ permotum ſe, ut ſcrib atque etiam ſcire, Epiſcoporum eſſe per hominibus benefacere. Hic hab mus teſtimonium omnino notatu dign a Gentili. Rogat deinde, ut ſaltem noxios a reis ſepararet. Ceterum co ne damnum reparandum promittit, hil aliud petens, quam ut a pœna exim rentur.

S. Auguſtini Epiſtolæ.

Ep. 91.

n. 3.

S. Auguſtinus reſpondens, amore quo ferebatur in Patriam, laudat. T docet, nullam Religionem Societati Ho manæ magis favere, aut ad cujuscunq Civitatis utilitatem, & Gloriam plur conferre, quam Chriſtianam, quæ frug litatem, temperantiam, Fidem conjug lem,

lem, bonos mores præciperet; econtra Reipublicæ nihil nocentius esse morum pravitate, quam Idololatria foveret, & falsorum Deorum firmarent exempla. Deinde ad Seditionem Calamensem transiens, fatetur, nihil magis ac lenitatem decere Episcopos. *Maxima cura conamur avertere*, inquit, *ne quis graviori rigore, non a nobis modo, sed etiam a quocunque alio nobis Auctoribus puniatur.* Affirmat autem, post istam Calamensium seditionem necessarium esse ut exemplum aliis statueretur. Nihilominus consentit, reis vitam esse concedendam, & incolumitatem, & sufficientia, quibus ea conservetur, verum subtrahenda ipsis esse superflua, ne futuro etiam tempore similia possent flagitia admittere. Itaque tota tanti criminis pœna ad id denique redigebatur, ut rei aliqua bonorum suorum parte privarentur. *Quod spectat ad damna*, inquit, *quæ Christiani passi sunt, hæc pœnarum peccatis suis debitarum loco suscipiunt, aut ea ab aliorum Christianorum Charitate resarciuntur. Nihil nisi animas etiam vitæ nostræ periculo quærimus.* Exinde nihil litterarum per octo ferme menses Nectarius ad S. Augustinum dedit, quod forte speraret, fore, ut Stilicone peremto Res Paganorum restitueretur. Tandem novos conatus adhibuit, & rursus ad

Sæculum V. A. C. 408.

n. 7.

n. 9.

Sæculum V. A C. 408.

Ap. Aug. ep. 103. al. 253.

ad S. Augustinum scribens, magnis la-
bus Virum extollit, Conversionis
spem facit non nullam; at omnibus C
mæ Civibus factorum impunitatem
cabatur. S. Augustini constantia m
ri non potuit, quin vellet, ut rei p
rentur. Simul autem, quam mite
nium Ecclesiæ sit, demonstrat; *Non*
timus, inquit, *ut vita priventur, aut*
queantur, aut quamcunque pœnam
poris subeant, nec ad eam paupertatem
ditiosos cogimus, ut ipsis necessaria de
sed cupimus eripere divitias, quæ
peccandi occasio sunt; volumus, ut
suis argenteis priventur, quoniam
pulentia insolescunt, Christianorum
sias succendunt, pauperum hæredum
furenti plebi prodant, & sanguinem
centem fundunt. Et inferius: *Id*
mihi saltem tribues, si petam, ut superf
exuantur illi, quibus vacat necessaria
stra incendere, & diripere. Id, inquam
concede, ut inimicis nostris pro malis
bis illatis Beneficium reddamus, a perp
trandis criminibus, quæ ipsis nocent, pro
hibeamus, dum iisdem talia auferimus
quarum jactura non nocet. Ex ista Ep
stola conjicere licet, Possidium Calam
Episcopum, postquam Ecclesia ejus Eth
nicorum vim tulisset, iter in Italiam su
scepisse, haud dubie, ut se Legatis duc
rum

Ep. 104. n. 5.

n. 6.

n. 1.

rum Conciliorum anni 408. jungeret, & Justitiam peteret. Sæculum V. A. C. 408.

§. XVIII.

Leges Ecclesiæ faventes.

Legati ex Africa, quod petebant, ab Honorio obtinuerunt; id ex pluribus Legibus cognoscimus, sub finem anni 408. Basso, & Philippo Coss. datis, quibus Leges præcedentes contra Donatistas, Manichæos, Priscillianistas, Paganos, & Cæli Cultores confirmabantur, jubebantur executioni mandari, omnes Hæreticorum conventicula prohibebantur. Item prohibetur, ne Religionis Catholicæ hostes in Palatio Cæsareo aliquo munere ornarentur. Cæli Cultores, seu Cæli adoratores, quorum hic occurrit mentio, novam Hæresin profitebantur, quæ ex Judæorum Cæremoniis, & Gentilium superstitione credebatur compacta, saltem novum hujus Sectæ erat nomen. Baptismum sicut Donatistæ pervertebant. Hujus nominis Hæreticos præprimis in Africa reperire erat. Anno sequenti 409. Honorius edidit Constitutionem, ut Cæli Cultores iisdem pœnis, quibus Hæretici, & Apostatæ, subjicerentur. Judæorum causa extat Lex Theodosii 29. Maji hujus anni 408. data; in ea Provinciarum Præfectis præcipitur, ut Judæos in

L. 43. C. Th. de Hær.

L. 45. eod.

L. 42. eod.

L. 19. C. Th. de Jud. & ibi Gothofr.

L. 18. eod.

Sæculum V. A. C. 408.

in Festo, quo Redemptionis suæ, Esther ris opera impetratæ, memoriam cele brabant, Crucem comburere prohibe rent. Nempe sub hac specie, quasi si mulacrum Amani, & Patibuli ejus, flam mis traderent, Religioni Christianæ illu debant.

Esth. 9. 21.

Arcadii Imperatoris obitus.

Socr. VI. c. 1 Soz. IX. c. 8. Marc. Chr. an. 408.

Interea Theodosius Regnum auspicatus erat, fatis functo Parente ejus Arcadio; qui prima die ejusdem Mensis Maji, Basso, & Philippo Coss. id est anno 408. obierat. Arcadius ab obitu Parentis sui Theodosii regnaverat annos tredecim, & annum vitæ numerabat trigesimum primum, levi ingenio Princeps semperque aut uxori, aut spadonibus parere adsuetus. (*) Filius ejus Theodo-

sius

(*) In Nota hic adjecta Protestans dicit: Die Blödsinnigkeit *Arcadii* hat dem Staat, und der Kirche so grossen Schaden gethan, als wenn er ein Bösewicht gewesen wäre. Quomodo Ecclesiæ nocuit? nempe S. Joannem Chrysostomum exulare jussit, Orthodoxos persecutus est, unde Schisma inter Ecclesiam Constantinopolitanam, & Romanam ortum. Ergo Commentatorem nostrum Protestantem magis oportebat dicere, quod Arcadius, saltem data occasione, Ecclesiæ Constantinopolitanæ profuisset, dum causa fuit, ut se saltem aliqui a Communione Ecclesiæ Romanæ separarent. Sed sæpissime nescit, quid dicat, & hic Catholicorum Reflexiones descripsit.

Sæculum V. A. C. 409.

sius octennis, jam antea Augusti Titulo decoratus, in Oriente Imperium capessivit, juventutem ejus regente Anthemio, Viro illa ætate sapientissimo, qui amicis suis accensebat S. Aphraatem, & S. Chrysostomum, is enim eidem susceptum Consulatum anno 405. datis litteris gratulatus fuerat. Theodosio juniori, nam isto nomine magis notus est, tres erant sorores Pulcheria, Arcadia & Marina, quæ ob servatam Virginitatem celebrantur. Sequenti tempore Pulcheria educandarum sororum & Imperatoris fratris sui curam in se suscepit, quamvis duos non plures annos quam ipse numeraret; at Virginis prudentia, & virtus ætatem superabant.

Th. Philot. c. 8. Chryss. ep. 25.

S. Pulcheria.

Duas præterea Honorii Leges habemus anno 409. datas, quæ Pietatem spirant. Una Captivis favet, præcipitque, ut Judices singulis Dominicis eos educi jubeant, & interrogent, an necessaria non desint, cibos suppeditari imperent, si indigeant, & ad Balnea datis custodibus deduci. Episcopis mandatur, ut Legem hanc effectui dari diligenter curent. Lege altera Christiani vicinorum locorum curam gerere jubebantur, ne captivi Romani domum remeantes, detinerentur, aut in via male haberentur.

L. ult. C. Th. de custod. reor. l. 9. C. Just. de Episc. aud. l. 11. eod.

Lex Honorii contra Donatistas, & Judæos seu Cæli Cultores nominatim ad

L. 44. C. Th. de hær.

Sæculum V. A.C. 409.

Donatum Proconſulem Africæ directu
Ei igitur S. Auguſtinus amicitia jam an
tea junctus hac ſuper re ſcripſit, rogan
inſtantiſſime, ut reorum vitæ parceret
Conſidera, inquit, *ſolis Viris Eccleſiaſti*
cis curæ eſſe, ut Eccleſiarum Neceſſitates
ad Tuum Tribunal deferant, ſi ergo re
vitam ademeris, nobis ſimul libertatem
accuſandi eripies, quod ubi hoſtes noſtr
intellexerint, licentius profecto in nos ir
rent, ſcientes, in iis nos deprehenſos an
guſtiis, ut, nos ipſos jugulari, humaniſ
me pati cogamur, ne Adverſarios noſtro
vitam amittendi periculo exponamus, a
a nobis delatos gladio plexeris. Epiſt
lam claudit his verbis: *Quantum*
grande ſit malum, a quo homines abſ
bere cupias, & magnum Bonum, quod
amplectantur perſuadere velis, res impo
tuno labore plena magis, quam utilis eri
ſi vi illata cogas, & non potius docen
allicias, & permoveas.

Ep. 100. *al.* 127.

§. XIX.

Alaricus Romam obſidet.

STilicone ſublato, Gothi in Romanorum Exercitibus militantes mulctari cœperunt, quod proditionis conſcii fuiſſent. In variis Civitatibus uxores eorum, & liberi occiſi, Bona direpta. Ergo adverſus Romanos tanquam fœdifragos coeunt, Ducem ſecuti Alaricum, inter cœte-

Zoſ. lib. 5. *p.* 8. 2.

ros potentissimum, qui sub Theodosio Magno contra Eugenium Tyrannum pugnaverat, illis Dignitatibus, quæ inter Romanos præcipuæ erant, Insignis. Tunc quoque Honorio pacis conditiones obtulit; cumque nihil obtineret, in urbem Romam movit. In eo itinere sanctus Monachus ei occurrisse narratur, qui irritatum a cœptis abstrahere nitebatur, animo ejus ingerens, quantæ calamitatis causa futurus esset, & Alaricus respondisse: *Non meo arbitrio Romam peto, sed aliquis me urget, & angit quotidie, dicens: Vade, & urbem depopulare.* Ubi illo pervenit tam arcte eam, etiam qua mare respicit, obsedit, ut Civitas deficiente commeatu jam fame, & peste vexari cœperit. Multi Servi, præsertim Barbari, transfugæ Alarici castra auxerunt. In hac trepidatione Senatoribus Paganis visum, nihil magis necessarium, quam ut in Capitolio, & aliis Templis Diis Sacrificia offerrentur; quippe Aruspices Thusci, a Pompejano Romæ Præfecto vocati, spondebant, Tonitruorum fragore, & accitis e Cælo fulminibus, Barbaros ab urbe arceri posse, idque se Narniæ, Thusciæ urbe, quam Alaricus, cum Romam contenderet, non ceperat, præstitisse jactabant. Zosimus dicit, ut id securius fieret, ad Innocentium Papam delatum fuisse consilium,

Sæculum V. A. C. 409.

Socr. VII. c. 10. Soz. IX. c. 6.

Lib. 5. p. 816.

Sæculum IV. A. C. 409.

Romæ Idolis sacrificandi, & Papam, cum Patriæ Salutem suæ opinioni præferret, permisisse, ut secreto sacrificaretur. Id credat, cui hujus Scriptoris Gentilis fides sufficiet. Quod vero subjungit magis vero simile est. Thuscis affirmantibus, Sacrificia Civitati nihil profutura, nisi publice fierent, Senatores Capitolium ascendunt, ibique, & in foris publicis, Sacris, ut propositum erat, operari incipiunt; at nemo de populo facinoris particeps fieri ausus. Missis ergo Thuscis, de modo, quo Alarici animum mitigarent, Romani cogitarunt.

P. 817.

Romæ Obsidio.

Placuit utrique Parti inire pacta, & constituerunt, ut quinquies mille libræ aureæ, tricies mille libræ argenteæ, quater mille tunicæ sericæ, ter mille pelles purpura tinctæ, ter mille libræ piperis Alarico darentur. Ut tanta auri argentique vis conferretur, cum ærarium publicum deficeret, privatorum opes æstimatæ, his quoque non sufficientibus, Idolorum ornamenta, & ipsa Idola aurea, & argentea tradenda fuere, quod factum Zosimus tanquam Impietatem omnium maximam deflet, & omnium malorum urbi imminentium originem. Inter alia Virtutis simulacrum argenteum conflatum. *Inde*, inquit, *quidquid Romanæ Fortitudinis, quidquid Virtutis supererat, deletum; sicut illi, qui Rerum divinarum*

narum peritiſunt, prædixerant. Acceptis donis Alaricus obſidionem ſolvit, promittentibus Romanis, ſe effecturos, ut inter ipſum & Imperatorem Pacis fœdera peragerentur. Hæc anno 409. Honorio octavo, & Theodoſio tertio Coſſ. acciderunt. Sæculum V. A. C. 409. p. 818.

Itaque Innocentius Papa ad Imperatorem Honorium, Ravennæ tunc temporis degentem, Legatus advenit. Veroſimile eſt in hac Legatione S. Innocentium obtinuiſſe Legem contra Mathematicos ſeu Aſtrologos, quo nomine ſæpe etiam Aruſpices, & Harioli indicabantur, editam. In hac Lege ipſis præcipitur, ut præſentibus Epiſcopis libros ſuos flammis traderent, & errores abjurarent, qui id facere detrectarent, Roma, & ex omnibus Civitatibus ſub pœna proſcriptionis exirent. Lex iſta 25. Jan. anno 409. data. Alaricus, ut propior Imperatori eſſet, & facilius procederent fœdera, usque Ariminum venit. Illo etiam Jovius in Italia Prætorio Præfectus ſe contulit, de Pace cum Barbaro acturus; at viro huic prudentia deerat, itaque Pacem abrupit, quam non æquis modo, ſed etiam utilibus conditionibus reducere potuiſſet. *Soz. IX. c. 7.* *L. 12. Cod. Th. de Math. l. 10. Cod. Juſt. de Epiſc. aud.*

Sæculum V. A. C. 409.

§. XX.

Attalus Imperator.

Tunc vero Alaricus admoto Exercitu Romam ſecundo obſidet, & Portuum poteſtatem redacto, Romanos cogit, ut Attalum Urbis Præfectum Imperatorem proclamarent, virum Idololatriæ amantem, qui Hariolorum pollicitationibus ſe totum credebat. Is, quamvis Alaricus aliud ſuaderet, Ducem, nomine Conſtantem, in Africam miſit, nec tamen vires dedit, vaſtiſſimæ Provinciæ ſubigendæ pares. Ipſe iter Ravennam ingreditur, vatum ſuorum promiſſis deceptus. Honorius perterritus, mittit Purpuratorum præcipuos, qui ſuo nomine venienti declararent, conſentire ſe, ut eum in Imperio Collegam haberet. Verum Attalus, rejecta hac conditione, renunciari jubet, ut ſibi Inſulam, vel alium locum deligeret, quo ſe abdicato Imperio reciperet. Jam naves paratæ ſtabant in anchoris, quibus exceptus Honorius ad Nepotem Theodoſium confugeret, cum ecce ſpe citius miſſa ex Oriente adſunt auxilia. Simul Attalo litteræ redduntur, quibus nunciabatur, Conſtantem ab Heracliano, qui Africam ſub Honorii auſpicio tuebatur, victum, atque eodem Heracliano jubente Portus omnes tam arcte cuſtodiri, ut nihil annonæ Romam deferri

Attalus Imperator.

ferri posset, hinc, incolas fame premi. Itaque Romam redit, cumque & tunc rem pessime gereret, Alaricus non sine consensu Honorii ei Purpuram, qua non integro anno fulsit, eripi jussit. Pagani & Ariani depositum Attalum vehementer dolebant. Quippe Pagani, cum scirent ipsum Deorum cultui favere, cujus Religionis amorem ab infantia hausisset, sperabant, aperte Deorum Cultum professurum, Templa reparaturum, Festa, & Sacrificia reducturum. Ariani sperabant, se ab ipso amissas Ecclesias, sicut Constantio, & Valente Imperatoribus factum, recuperaturos, quod Attalus a Sigesario Gothorum Episcopo baptizatus fuisset, id enim eundem Alarico, & toti Gothorum Nationi acceptissimum reddiderat. Attalus in annum 410. Consulem designaverat Tertullum Gentilem, cujus Nomen ex Fastis deletum.

Sæculum V. A. C. 410.

§. XXI.

Roma capta, & expilata.

Interim Alaricus versus Alpes processerat, jamque sexaginta stadia seu Leucas tres ab urbe Ravenna castra metatus, de Pace, & fœderis conditionibus cum Honorio agebat, cum Sarus, alius Gothorum Dux, & Romanorum socius, timens, ne junctæ Alarici, & Romanorum

Sæculum V. A. C. 410.

vires sibi nocerent, nam ipse Alarico suspectus esse meruerat, cum trecentis viris in Alarici milites irrumpit, incautos vincit, & quosdam cædit. Alaricus perfidia commotus viam relegit, Romam tertio oppugnat, & Civium proditione adjutus nono Kalendas Sept. anno ab urbis Fundatione 1164. Varno solo Consule, id est, 24. Aug. anno J. C. 410. cepit; captam a suis diripi non prohibuit, id tamen S. Petri Reverentiæ dedit, ut Ecclesiam ejus in Vaticano illuc confugientibus Asylum esse juberet, qua indulgentia illud saltem effectum, ne urbs tota deleretur, nam cum amplissima esset Ecclesia junctis magnis ædibus ad eam pertinentibus, is locus tantæ populorum multitudini saluti fuit, ut deinde nova propagine Romam replerent.

Hist. Misc. Lib. 13. in fin. Prosp. Chr. 411. Marcel. 410.

In hac vastatione multa Palatia, aliæque ædes publicæ flammis consumptæ, magnus occisorum numerus fuit, multæ fœminæ, atque etiam Virgines Deo sacræ violatæ. Quædam fœmina nupta & Catholica præstantissima specie, in manus alicujus Gothi juvenis Ariani incidit, quæ cum contumeliam offerenti reluctaretur, miles evaginato gladio, ut mulierem terreret, collum leviter perstringit, sanguinemque elicit. Illa constanter caput, si juvenis amputare vellet, porrexit. Tunc vero Barbarus fœminæ vir-

Sozom. IX. c. 10.

virtute motus eam ad Ecclesiam S. Petri ipse deducit, custodibus commendat, datisque sex aureis, quibus interea alimenta pararentur, monuit ut integerrimam mulierem Marito redderent. Sæculum V. A. C. 410.

Alius ex Gothorum primoribus Christianus, cum in ædibus Ecclesiæ junctis Virginem Deo consecratam, & ætate provectam deprehendisset, honeste petiit, ut aurum, & argentum, quod haberet, expromeret; illa sibi constans respondit, magnam auri argentique vim sibi esse, quam ipsi vellet ostendere, simul militis oculis exponit tantas divitias, ut Barbarus tot vasorum, quorum ne quidem nomina noverat, numerum, pondus, & artem satis mirari non posset. *Hæc sunt*, inquit illa, *S. Petri Apostoli vasa, rape, si audes; aliquando facti rationem reddere cogeris. Cum ea defendere vi non valeam, diutius occultare nolo.* Vasorum Deo sacrorum reverentia cupiditatem in milite compressit, atque rem ad Alaricum deferri jussit, qui illico imperavit, ut vasa omnia, sicut erant, ad Basilicam S. Petri deportarentur, simulque Virgo sacra dato militum præsidio, & omnes, qui se jungerent, Christiani illo deducerentur. Domus illa ab Ecclesia S. Petri multum distabat, hinc per totam ferme Civitatem transeundum erat; itaque Vasorum istorum translatio *Oros. VII. c. 39.* Roma capta.

Sæculum V. A. C. 410.

magnifica pompa peracta omnibus ingne spectaculum fuit. Singula a singulis sine velamine capite portabantur, militibus custodiæ causa nudato ense latera stipantibus, atque Romanis Barbarique hymnos ad Dei Laudes concinentibus. Multi Christiani undique convexere, multi etiam Paganorum Christianos se esse favente hac occasione simularunt, & quo plures Romani coibant, ut salutem quærerent, eo majori ardore Barbari confugientes ad se cingebant, ut defenderent.

Barbari S. Marcellæ domum ingressi, aurum exigebant, utque occultas opes produceret; respondit, nullas sibi esse opes, & in paupertatis argumentum, quam vili vestitu tegeretur, ostendit. Non fecit fidem militibus, qui sanctam fœminam flagris, & fustibus verberarunt; illa pedibus eorum prostrata inter lacrymas & singultus rogabat, ne Filiam suam Principiam a latere Matris avellerent; timebat enim, ne filia opprobrium, de qua ipsa ob ætatem erat secura, pati cogeretur. Tandem commota sunt Barbarorum viscera, & ambas deduxerunt ad Ecclesiam S. Pauli; quoniam jusserat Alaricus, ut illa æque ac Ecclesia S. Petri confugientibus Asylum esset. S. Marcella Gratias agebat Deo, quod filiæ pudicitiam custodiisset, & se ipsam a depræda-

Hier. ep. 16. ad Princip. c. 6.

tione

tione Barbarorum per paupertatem voluntariam liberaſſet. Paucos poſt dies ſancta fœmina inter filiæ brachia animam efflavit. Sub idem tempus Pammachius vir illuſtris rebus humanis ereptus eſt. Diaconus, cui nomen Dionyſius, Medicinæ peritus, quam gratuito ægrotantibus adhibebat, a Gothis abſtractus, Barbarorum amorem & venerationem ita ſibi conciliavit, ut Magiſtri loco colerent. Sæculum V. A. C. 410. *Epit. ap. Baron. an.* 410.

Tanta calamitas multos Chriſtianorum Roma exegit. Numinis Bonitati adſcriptum, quod paulo ante S. Innocentius Papa urbe exceſſiſſet, apud Imperatorem Honorium Legatione functurus; nam illo tempore Ravennæ fuit. Barbari eos, qui volebant, ſinebant Roma exire, cuſtodes etiam dabant, & pro mercede modica res ſuas abvehentes juvabant. Non ultra triduum militi licuit in urbe prædari, tum Alaricus ſexto, ex quo venerat, die abiit, nullo relicto Præſidio. Campaniam petiit, ubi ejus miles Nolam diripuit. In illo periculo S. Paulinus orabat in hunc modum: *Domine! ne propter aurum, vel argentum me torqueant homines, Tu enim ſcis, ubi omnia bona mea ſint.* Quippe omnia in pauperes diſperſerat. Alaricus tota illa Italiæ Parte vaſtata, anno ſequenti e vivis abſceſſit Coſentiæ, cum in Siciliam navigare pararet. *Hier. Præf. Lib.* 1. *in Ezech.* *Oroſ. VII. c.* 39. *Id. c.* 41. *Oroſ. VII. c.* 39. *Marcel. Chr.* 438. *Hiſt. Miſc. Lib.* 13.

§. XXII.

Sæculum V. A. C. 410.

§. XXII.

Romani in diversa sparguntur.

Ex his, qui Urbis ruinæ cervices subtraxere, multi in vicinas Thusciæ insulas, alii in Siciliam & in Africam se receperunt. Alii Orientem, Ægyptum, Palæstinam petierunt. Aliquos S. Hieronymus Bethlehemi excepit, cumque his charitatis officiis occuparetur, & in tanta calamitate animum turbaret tristitia, non parum a labore litterario retardabatur. Sola, quam litteris daret, manu supererat, & oculorum aciem senio hebescentem Hebraicæ litteræ admodum fatigabant. Conscripto in Isaiam Commentario, quod opus, ut Eustochii precibus satisfaceret, susceperat, eadem permoverat, ut etiam in Ezechielem, & deinde in Jeremiam commentaretur. Verum sanctum vehementer afflixerat allatum nuncium de Romanæ urbis intra brevissimum temporis spatium bina obsidione, & fame tanta, ut aliqui carnes humanas devorarent. Ubi Romam rescivit captam, simulque Pammachii, & Marcellæ obitus nunciaretur, immensum auctus est dolor; cum vero postea apud se videret homines sanguine illustres utriusque sexus, profugos, subito casu ad mendicitatem redactos, paulo ante opulentissimos, nunc nudos, vulneratos, & necdum

Rutil. itin. Lib. 1. Hier. Præf. in 1. in 3. 7. lib. in Ezech.

Ep. 16. ad Princip. c. 5.

necdum tutos a crudelitate illorum, qui adhucdum divites esse suspicabantur, tot malorum agmine obrutus lacrymis non temperabat, atque, ut poterat, miseris succurrebat. Appropinquare finem mundi ominabatur, atque interim Vindicis Dei manum, & prædictos a Prophetis eventus videbat; nam sæpe dixerat, Romam adhucdum Deorum cultui addictam, & vitiis cœno inquinatam, esse illam Babylonem, & Mulierem prostitutam Apocalypticam, atque seditionem a S. Paulo prædictam ante Adventum Anti-Christi, esse Imperii Romani casum, quem Apostolus clarius designare noluisset, ne causa Persecutionis esset.

Sæculum V. A. C. 410.

Pag. in Ezech. ep. 17. ad Marcell. c. 7. in Isaia. XLVII. L. 2. in Jovin. in fine. Ep. 15. ad Algas. q. ult.

Eodem tempore Barbari Orientis Provincias Syriam, Phœnicen, Palæstinam, Arabiam, Ægyptum fœde vastabant. S. Hieronymus dicit, se ipsum non sine periculo eorum manus effugisse. S. Nilus Arabum, qui venatione, & rapinis victum quærebant, latrocinia in Deserto Sina peracta ita narrat. S. Nilus cum Filio de monte descenderat, Monachos, qui ad Rubum habitabant, id est, verisimiliter in loco, ubi Moyses Rubum ardentem vidit, pro more suo invisurus. Decima quarta Jan. summo mane, cum Officium Divinum egissent, magna vociferatione irruunt Barbari, & omne Monachorum in hyemem collatam

Nil. Narr. 2. p. 27. Boll. 14 Jan. p. 958.

Sæculum V. A. C. 410.

S. Nilus.

tam penum, nempe ſylveſtres, & exſiccatos arborum fructus, rapiunt. Hos Monachorum, quos Eccleſia exire coegerant, humeris imponunt, ut quo juberentur, deferrent. Senum corporibus veſtimenta detrahunt, & nudos recta linea conſtituunt jugulandos. Initium fecerunt in Presbytero Theodulo, cui caput amputarunt; ipſe non reluctabatur, ſed Signo Crucis ſe muniens dixit: *Benedictus Deus!* tum alium Senem Theodulii ſocium, & juvenem, qui ſenibus ſerviebat, interficiunt, aliisque manu ſignum dant, ut fugerent. S. Nilus filium a ſe avelli non ferebat, quem abducebant captivum; at Filius Patri oculorum nictu ſuadebat, ut cum cœteris auffugeret. Ergo in montem nititur converſis ſemper ad filium oculis, & ipſum quamdiu potuit Patrem reſpicientem.

p. 50.

p. 60.

Ubi Monachi Montis culmen tenuerunt, cum de funeſto caſu colloquerentur, venit ſervus Magdonis, qui in urbe Pharan huic Deſerto proxima Senatoria Dignitate potiebatur. Hoc mancipium ex Barbarorum caſtris auffugerat, necdum timore diſcuſſo anhelum. Interrogatur, quomodo fugere potuiſſet. Tum ad S. Nilum converſus dixit: *Barbari ſumpta Cœna colloquentes dicebant, nos, me nempe, & Filium tuum, ſequenti die, ubi illuxiſſet, Sideri, quod ipſi adorant, eſſe immo-*

Sæculum V. A.C. 410.

immolandos (adorabant autem Venerem) *erigunt aram, imponunt ligna, nobis, quid ageretur, insciis, nam sermonis barbari ignari sumus; at ecce! captivorum aliquis, qui linguam eorum callebat, clam omnibus ad me: crastina tempore matutino vos duo Veneri cadetis victimæ. Quod compereram, filio tuo manifestavi, scilicet, nisi fugeremus, nos altera die homines non futuros. Timuit, ne in fuga deprehenderetur, & apud se constituit manere, divinæ Providentiæ confisus. Ego vero videns Barbaros vino, & somno sepultos, primum noctis beneficio usus, & humi repens paulatim ab eorum castris me surripui, tum collectis omnibus viribus in cursus effusus sum.* Post hæc & alia ab Arabibus crudeliter facta narrabat, atque etiam necem juvenis cujusdam Eremicolæ, qui vitæ jacturam contempserat, malens mori, quam locum, ubi alii Monachi laterent prodere, aut corpus suum nudum Barbarorum oculis objicere.

Cum immanem incursionem urbis *Pharan* incolæ cognovissent, illius Civitatis Senatus rem tantam fileri non debere existimavit, sed misit, qui Barbarorum illorum Principi, quid peccatum esset, nunciarent. Interim Monachi ad sepeliendos fratres convenientes post dies quinque occisorum corpora viderunt

p. 87.

S. Nili & Filii ejus Historia.

Sæculum V. A. C. 410.

runt integra, nullum gravem odorem exhalantia, non horrida aspectu, & a feris intacta. Eorum Nomina litteris commiserunt, ut inter Martyres honorarentur. Ecclesia hodieque ipsorum Memoriam 14. Jan. celebrat. Monachi deinde *Pharan* se conferunt, ut scirent quid Arabum Princeps responderet ipsis urbem ingredientibus, redibant ad eo legati cum ipsius Epistolis, in quibus mandabat, ut qui damnum passi essent, ad se venirent, quippe omnia redditurum. Scilicet quæstum ex commercio cum Romanis amittere metuebat. Ergo ex *Pharan* Legati mittuntur ad renovandam pacem; hos captivorum propinqui, & ipse S. Nilus, comitabantur. Duodecim dierum itinere confecto in castra perveniunt Arabum Ducis, quem sui *Amman*, seu *Iman* appellabant; Ille Legatorum postulatis satisfecit.

p. 60. *Mart. Rom.* 14. *Jan.*

p. 97.

p. 97.

Aliqui S. Nilo dicebant, filium ejus vivere, & in urbe Eluza mancipium esse. Itaque iter ingressus est, ut illo iret. In via fuere, qui Patri referrent, illius urbis Episcopum filium ejus emisse, & Clericum ordinasse, jamque virtutis ejus apud omnes maximam esse opinionem. S. Nilus illuc perveniens, filium prior cognovit, & linguente se animo concidit. Filius Patrem amplexu stringens Spiri-

Spiritus revocavit. Tum quæ sibi acci- Sæculum V.
dissent, Parenti narravit in hunc modum: A. C. 410.

In illo rerum articulo, quo Magadonis servus auffugit, omnia ad nos immolandum ara, gladius, poculum, libamina, thus parata erant. Barbari altera die illucescente nobis jugula solvere constituerant. Pronus in terram prostratus, tacite orabam illo fervore, quo in extremis periculis solemus, Domine! ne patiaris sanguinem meum malignis spiritibus offerri, & corpus meum Impudicitiæ Dæmoni victimam cadere. Redde me Parenti meo, qui in te sperat! dum in his precibus persevero, surgunt Barbari, attoniti, quod tempus Sacrificio aptum jam præteriisset, nam ortus sol erat. Interrogant me, quid altero captivo factum? dixi, id me nescire. Ipsi acquieverunt, nec ullum indignationis signum dederunt. Tunc animus mihi crevit, & Deo adjuvante constanter repuli cogere volentes, ut carnes immundas manducarem, & cum mulierculis delectarer. Postquam in Regionem habitatam pervenimus, venalem me fecerunt, cumque emptor nullus pluris quam duobus aureis me æstimaret, sæpius ex foro reductum, tandem in aditu, qua oppidum ingressuris subeundum erat, collocant me nudum, suspenso ad collum gladio, quo significabatur, nisi pretio redimerer, illico me interfecturos. Manus extendebam

p. 110. S. Nili Filius captivus.

p. 117.

Sæculum V. A. C. 410. *ad obvios quosque obsecrans, ut Barbaris darent, quantum peterent, & pollicebatur pretium a me emptori restituendum, & insuper illis serviturum. Tandem aliqui misericordia moti emerunt.*

Urbis Eluzæ Episcopus Patrem & Filium omnibus charitatis Christianæ officiis prosecutus, aliquamdiu apud se retinuit, ut fatigatos foveret; imo ut S. Nili Pietatem & Virtutes præmiaretur, etiam repugnantem Presbyterum ordinavit. Discedentibus ea præbuit, quæ ad profectionem valde longam erant necessaria. Reliqua de S. Nili vita ignorantur, nisi quod illo tempore esset quinquagenarius. Post hæc annis adhuc dum quadraginta usque ad Imperatoris Marciani Regnum superstes fuisse creditur. De ipsius operibus supersunt nobis aliqui Tractatus pii, atque mille, sexaginta & una Epistolæ, pleræque breves, stilo acri, & conciso scriptæ.

p. 123.

v. Chronol. Suar. p. 692.

Lib. 1. ep. 44. De Evchariſtia disserit in hunc modum: *Post invocationem terribilem, & postquam Spiritus adorandus, & vivificans descendit,* (*) *quod supra Sacram Mensam*

(*) Interpres Protestans vocem: *terribilis*, permutavit cum voce germanica **feyerlich**, cui nullatenus illa vis inest, quæ voci: *terribilis*, a Fleurio redditæ. Nimirum homini Protestanti, veram JEsu Christi corporis præsentiam in Evcharistia

Mensam positum est, jam non amplius simplex panis est, & vinum vulgare, sed JEsu Christi Dei Nostri Corpus, & Sanguis pretiosus, ab omni macula emundans illos, qui magno timore, & vehementi desiderio accedunt. In alia Epistola dicit; S. Joannem Chrysostomum sæpe Angelos in Ecclesia, præsertim tempore Sacrificii incruenti, vidisse. Eos, quamprimum Sacerdos offerre inciperet, summa Reverentia Altare circumdare, donec Mysterium terribile completum esset, tum per totam Ecclesiam diffusos, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos in Dispensatione Corporis, & Sanguinis pretiosi adjuvare. In alia Epistola S. Nilus nimium rigorem reprehendit cujusdam Presbyteri, qui nihili faciebat Confessionem publicam Pœnitentis, nisi deinde multa opera, quæ carnem affligunt, sequerentur. *Tu vero*, inquit, *ad unam tantum Scripturæ partem attendis, nempe ad eam, quæ iram*

Sæculum V. A. C. 410.

II. Ep. 294.

S. Nili opera.

III. Ep. 43.

charistia neganti, nihil in hoc Mysterio terribile videtur. Transeat! num ideo autem verba Fleurii, & S. Nili corrumpere licebat? Ceterum ex his S. Nili verbis, & quæ sequuntur contra Protestantem nostrum, qui id ignorare velle videtur, liquet, aliud fuisse Corporis Christi Consecrationem, & aliud distributionem. Liquet etiam, quid Sæculi V. initio de hoc Sacramento Fideles crediderint; nam quis in sensu sano hæc Verba de simplici Symbolo explicet?

Sæculum V. A. C. 410.

Dei annunciat, & non ad Misericordiam, omnibus ferme paginis occurrentem. Illi, qui possunt, utilissime bona opera, qualia sunt jejunia, vigiliæ, Cilicium, cineres, & largæ eleemosinæ, Pœnitentiæ suæ argumenta exhibent, at non est rejicienda simplex confessio illorum, quibus vel vires, vel occasio omnia hæc opera faciendi desunt. Si sinceram esse Pœnitentiam certo sciamus, sufficit. Opuscula S. Nili omnia de Vita Ascetica, id est de Perfectione Christiana agunt. In primo fortiter teporem arguit, qui in Monasteria irrepebat. Inter cœteros Tractatus de octo vitiis capitalibus celeberrimus est.

Sed ad incursiones Barbarorum redeundum. Cum etiam in Ægypto grassarentur, Monachi Scetienses Solitudinem suam relinquere coacti sunt; hinc Arsenius non sine lacrymis dicebat: *Mundus Romam, Monachi Scetim amiserunt.* Aliqui Monachi in illis Ægypti Desertis interfecti, quod testatum facit S. Augustinus, publicam illorum temporum calamitatem, atque Barbarorum in Italia, Gallia, Hispania latrocinia deplorans. De his ad Presbyterum, cui nomen Victorianus, scribens, docet, quid Gentilibus, si Christianis hæc mala objicerent, respondendum, quo Spiritu hæc a Christianis ferenda, imo & Exemplo Sanctorum Virorum

Rosw. 20. p. 564. Ep. III. al. 122. ad Victorianum.

rorum in utilitatem & profectum suum vertenda essent. Sæculum V. A. C. 410.

Illustres Proæ fugi.

Inter illos, qui fugientes Alarici arma in Africam navigaverunt, Illustrissimæ fœminæ fuere Proba cum Juliana Nura sua, & Demetriade Nepte, atque ex alia familia, Albina, Pinianus Gener ejus, & Melania junior filia. Haud diu postea S. Augustinus ad Probam dedit longam epistolam, & modum docuit, qua ratione in Divitiis suis, & in medio Familiæ suæ ut vere vidua vitam institueret. Præcipue de oratione agit. Albina & familia ipsius, cum Romæ interitum augurarentur, venditis bonis, haud diu antequam obsideretur, egressi sunt. Melania senior Albinæ socrus, & Filius ejus Publicola cum ipsis discessere. Rufinus etiam Aquilejensis comitem se dedit, & secutus est eos in Siciliam, ubi Homilias Origenis in Librum Numerorum transtulit, illo tempore, quo Gothi Rhegium incenderunt. Rufinus in Sicilia paulo post vita excessit. Albina, Melania filia ejus, & Pinianus Gener in Africam trajecerunt, Carthaginem, & inde Tagastam profecti, ut Episcopum Alypium inviserent. Melania Senior Jerosolymam cum Nepote Publicola reversa, ibi quadragesimo, postquam advenisset, die vita defuncta est. S. Augustinus Tagastam ire non potuit, quamvis Albinam, Pinianum,

Hier. ep. 8. ad Demetr. c. 3. Sup. l. XIX. §. ult. Pall. Laus. 118. al. 33. ep. 130. al. 121.

Præf. ad Ursac. ap. Vales. not. ad Eus. VI. 38.

Hier. Præf. I. in Ezech. vit. Mel. ap. Metaph. 31. Jan.

Aug. ep. 124. al. 237.

Sæculum V. A.C. 41[illegible].

& juniorem Melaniam videre ardentiſſime cuperet, nam Salus populi, & Gregis ſui eum Hippone retinuit; quæ ſi cauſa abfuiſſet, non eum pluviæ, non hyemis rigor, quem etiam in Africa poſitus, non ſine magna moleſtia ferebat, ab illa profectione retardaſſent.

§. XXIII.

Pinianus Hippone tumultus occaſio.

Elapſo aliquo tempore Albina & Familia ejus Hipponem venerunt, ut ad S. Auguſtinum diverterent. Ecce vero, cum in Eccleſia eſſent, Hipponenſes Piniano manus injicere, & magno clamore a S. Auguſtino poſtulare, ut ipſum hujus Eccleſiæ Presbyterum ordinaret. S. Auguſtino reſpondente, ſe non ordinaturum invitum, populus clamores geminabat. Pinianus, & Melania Sponſa ejus, qui jam diu continentiam ſervabant, dicebant, populum lucelli ſpe moveri, nempe ut opes, quas profuſe diſtribuebant, ſuæ Eccleſiæ, & Civitatis Hipponenſis pauperibus acquirerent.

Ep. 126. *al.* 125.

S. Auguſtinus, cum tumultus creſceret, in medium procedens dixit populo: *ſi eum vultis habere Presbyterum contra fidem, quam promiſi, me non habebitis Epiſcopum.* Tum relicta multitudine ad Sedem ſuam regreſſus eſt. Hæc verba populum ſubita ſeveritate ſuſpenſum paululum continuit;

nuit;

nuit; brevi autem multo magis exarsit, volens S. Augustinum cogere, ut datam Fidem frangeret, aut Pinianum ab alio Episcopo ordinari permitteret. S. Augustinus ad eos, qui loquentem percipere poterant, id est, ad urbis Primores, quippe gradus Sanctuarii ascenderant, dicebat: *fidem datam frangere non possum, nec Pinianus ab alio Episcopo in Ecclesia mihi commissa ordinari sine meo consensu. Si id fieri sinerem, perinde datum promissum fallerem. Si invitum ordinari cogatis, quid istud vobis proderit? certe post ordinationem discedet.* Nihilominus populi multitudo, stans ad Sanctuarii gradus, a proposito dimoveri non poterat; horribili vociferatione in S. Alypium præsentem invehebantur, quod putarent, eum sibi, & Tagastanæ Ecclesiæ Pinianum retinere velle, ut ipsius divitiis potiretur. (*) S. Augustinus metuebat, ne deteriora sequerentur, si perditi homines in tanta multitudine latentes prædandi cupiditate vim inferre tentarent. Ambiguus consilii, Ecclesia exire cupiebat, ne se præsente profanaretur, rursusque occurrebat, si abiret, timendum, ne augeretur tumultus, cum eo magis

Sæculum V. A. C. 410.

(*) Hæc legenti, facile occurret, cur sequentibus Sæculis vox populi ab Electione Episcoporum exclusa.

Sæculum V. A.C. 410.

magis irritatus populus Episcopi sui reverentia non contineretur. Et iterum si per cuneos populi cum Alypio exitum quæreret, periculum esse, ne quis temerarius viro manum injiceret; & nefas fore Episcopum Hospitem furentis populi licentiæ tradere.

Piniani juramentum.

S. Augustino inter has cogitationes suspenso, adest aliquis a Piniano missus, dicens, velle ipsum coram populo jurare, se, si invitus ordinaretur, certissime ex Africa soluturum. Credebat nempe fore, ut populus a cœpto desisteret, si inde nihil sperare posset, quam ut ipse ex Africa pelleretur. Persuasissimum enim omnibus erat, nunquam juramentum violaturum. At S. Augustinus, timens, ne hujusmodi juramentum multo magis populi animos incenderet, de eo siluit, & ad Pinianum, qui ipsum vocabat ad se, ivit. Dum in via est, rursus quisquam a Piniano missus renunciat, eum mansurum, si ordines Clericales suscipere non cogeretur. Tunc S. Augustinus cœpit meliora sperare, & nihil respondens, cito ad Alypium se contulit, retulitque, quid Pinianus sibi nunciari jussisset. S. Alypius, ne Piniani Familiam offenderet, dixit: *nolo, hac super re a me consilium peti.* S. Augustinus ad populum rediit, & imperato silentio, retulit, quid Pinianus juramento se promissurum diceret. Cum ipsum

ipsum Presbyterum ordinari vehementer cuperent, displicuit juramentum, sed postquam brevi morula deliberassent, petierunt, ut suæ promissioni adderet, si aliquando Clericum se ordinari consentiret, in nulla alia Ecclesia, quam Hipponensi id fieret. S. Augustinus rem detulit ad Pinianum, qui consentire non dubitavit, idque populo aperuit. Is promisso contentus, juramentum exigebat. Sæculum V. A. C. 410.

S. Augustinus ad Pinianum rediit, qui in loco separato custodiebatur, eumque invenit dubitantem, quibus verbis juramentum conciperet, quia supervenire poterat necessitas ex Africa fugiendi, ut si hostes hanc Provinciam invaderent. S. Melania uxor ejus inter conditiones apponi volebat, si aer in Africa inficeretur. S. Augustinus timebat, ne omnis adjecta conditio suspecta esset plebi, utque id experirentur, Diaconum jubent formulam juramenti a Piniano scriptam elata voce recitare. Annuebat populus, at cum verba illa deinde de superveniente Necessitate legerentur, iterum exclamare, & tumultuari, quod crederet, talia addi, ut deciperetur. Hoc videns Pinianus verba illa deleri jussit, moxque tumultus populi in gaudium, & plausus versus est. Tum Pinianus ad populum procedens, quæ Diaconus ipsius Nomine dixerat, & juramentum, quod recitave-

Sæculum V. A. C. 410.

rat, confirmavit. Petierunt, ut subscri-beret, & subscripsit. Ex Primoribus illi qui optabant, ut Episcopi quoque subscri-berent; cumque S. Augustinus jam pri-mas litteras duxisset, ne faceret, S. Me-lania vetuit. Mirabatur S. Augustinus quod tunc demum repugnaret, quasi ve-ro, si non subscriberet, juramentum irri-mare posset. Tamen in Fœminæ gratiam non absolvit scripturam, & nemo institit, ut faceret. Altera die Pinianus Hippo-ne egressus Tagastam rediit, quod motum excitavit in populo; acquievit vero, cum intellexisset, esse rediturum.

§. XXIV.

S. Augustini Epistolæ de juramento Piniano.

Verum Albina Piniani Socrus, quam tu-multus tempore Hippone non fuisse credibile est, querebatur, vim Genero suo illatam, Hipponenses eum Presbyterum sibi non petituros fuisse, nisi esset dives, juramentum vi, & mortis metu extor-tum nullius roboris esse posse. S. Augu-
ep. 125. al. 224. stinus hac super re Alypio scripsit, rogans, ut hanc suspicionem Albinæ, & Liberis ejus, id est, Piniano Genero, & Melaniæ filiæ ejus, eximeret. *Quoniam*, inquit, *licet de populo tantum querulentur, per-spicaciores tamen facile intelligunt easdem suspicio-*

suspiciones etiam in Clericos cadere, & præprimis in Episcopos, qui Bonorum Ecclesiæ Domini esse putantur. Ceterum solius Conscientiæ nostræ testimonio contentos esse non oportet. Sed si vel unica Charitatis scintilla in nobis est, bona opera nostra non solum coram Deo, verum etiam coram hominibus exhibeamus. Cum Pinianus animo dubius hæreret, an teneretur juramento, quo se ideo tantum obstrinxerat, ut populi Hipponensis vim effugeret, S. Augustinus de obligatione juramenti sequentes tradit Regulas. Fidelis Dei Servus certæ mortis periculum potius subeat, quam rem malam jurejurando promittat, quia quod juravit, sine scelere adimplere non posset. Qui vero rem licitam ob metum mali incerti promisit, sicut Pinianus, huic potius promisso standum, quam ut certum admittat perjurium. Juramentum servandum est non secundum rigorem verborum, quibus prolatum est, sed secundum mentem illius, cui aliquid promittitur, si ea juranti cognita sit. Itaque Piniani absentia juramento ejus non adversabatur, quamdiu voluntatem redeundi habebat.

Sæculum V. A.C. 410.

n. 4.

S. Augustinus data ad Albinam quoque Epistola, non exprobrat suspicionem de se haustam, sed purgat se, eamque consolatur. Exacte narrat omnia, quæ Hippone cum Piniano acta erant. Tum

Ep. 126.

suspicio-

Sæculum V. A. C. 410.

suspicionem avaritiæ a populo Hipponensi amolitur, dum Pinianum sibi retinere voluit. *Non eos*, inquit, *auri quod possidetis, cupiditas impulit, sed divitiarum contemptus, quem in vobis perspexerunt, placuit.* n. 7. *Causa, cur me amaverunt, fuit, quod scirent, me, quo liberius Deo servirem, exigua Patrimonii mei Bona reliquisse, nec ea Ecclesiæ Tagastanæ, in qua natus sum, inviderunt, sed cum illa me mox ordinasset, ipsi, ubi potuerunt, Clericis adscribi voluerunt. Quanto magis admirari eos oportuit Charissimum nostrum Pinianum, qui ingentes divitias, malorum omnium irritamenta, vilipendit? multi sunt, qui existimant, me dum Episcopatum suscepi, non Sæculi Divitias abjecisse, sed auxisse; meum Patrimonium vix partem Bonorum hujus Ecclesiæ vigesimam exæquat. Pinianus vero, in quacunque Ecclesia, præsertim Africæ, Episcopatum gerat, pauper erit, si quæ Episcopus habebit, cum divitiis in Sæculo possessis conferas.* n. 8. *Ergo suspicio avaritiæ tantum in Clericos, & præcipue in Episcopum cadere potest; nos enim Fideles Bonorum Ecclesiasticorum Dominos arbitrantur.* n. 9. *Ego vero Deum testor, quod me istud Administrationis genus non modo non delectet, ut aliqui credunt, sed mihi gravissimo oneri sit, & ad hoc jugum ferendum nihil aliud me valeat permovere, quam timor Dei, &*

Chari-

Charitas, qua fratres nostros complecti te- Sæculum V.
nemur, ita ut optarem ab Episcopatu libe- A. C. 410.
rari posse, si Episcopo hoc liceret. Sub-
jungit, de Apostolis mentionem faciens, *n.* 10.
non possumus sicut Apostoli manibus nostris laborare, ut victum quæramus, & si posse-mus, plurima, quæ nobis Episcopale munus facienda imponit, & ab Apostolis facta non arbitror, id prohiberent. Deinde materiam de juramento vi extorto tractat, de qua in Epistola ad Alypium data disseruerat, dicitque, fas non esse dubitare, quin adimpleri debeat, & quidem in sensu illorum, in quorum favorem juratum.

§. XXV.

S. Augustini animus ab avaritia alienus.

Sanctus Augustinus in alia quoque causa, quam alieno ab auri cupiditate esset animo, probaverat, quod aliquot abhinc annis contigisse creditur. Cum Thiavani cives Donatistarum Schismati renunciassent, necesse fuit ipsis dare Presbyterum, qui in Spiritualibus regeret; idque muneris obtigit Honorato, quem e Monasterio Tagastano evocaverunt. Mos erat, ut qui in Monasteria susciperentur, nihil haberent antiquius, quam se ab omnibus bonis suis abdicare, eaque vel pauperibus, vel ipsi Monasterio donare.

Si

Sæculum V. A. C. 410.

Si quis adveniret, qui necdum Bona alienare posset, nihilominus suscipiebatur, si modo, dum posset, ea sincere dimissurus crederetur. Ad Honoratum spectabat iste casus, qui Bona sua possidebat, cum Ecclesiæ Thiavanæ Presbyter ordinatus est. Jam quæstio oriebatur, cujusnam hæc Bona futura essent. Thiavani ea sibi deberi affirmabant, illorum tempore consuetudine nixi, Clericorum Bona illi Ecclesiæ acquiri, in qua ordinarentur. Alypius Episcopus Tagastanus arbitrabatur, Honorati Patrimonium Monasterio Tagastano esse reddendum, timebat enim, ne si Ecclesiæ Thiavanæ tribueretur tanquam res, de qua Honoratus in arbitrio posset decernere, id pessimo exemplo futurum esset Monasteria ingressuris, ut Bonis suis renunciare differrent. S. Augustinus existimabat, Honorati Hereditatem Ecclesiæ Thiavanæ esse debitam. S. Alypius litis materiam dividendam putavit, unamque partem Monasterio Tagastano, & alteram Thiavanæ Ecclesiæ dandam, ea conditione, ut S. Augustinus relictæ partis valorem Monasterio Tagastano aliunde compensari curaret. In hoc Pactum S. Augustinus consensit.

Aug. ep. 83. n. 4.

Exinde omnibus mature pensatis S. Augustinus S. Alypio scripsit, hanc Divisionem sibi non probari. *Si ipsis totum ad-*

D. ep. 83. al. 239.

judica-

Sæculum V. A.C 410.

judicaremus, inquit, *crederent, id nobis æquum, & justum visum fuisse; si transigere velimus, auri amorem omnibus aliis rationibus prætulisse videbimur, & idem sequetur malum. Illi, quos ad Conversionem vocabimus, Monasterium ingredientes mediam Bonorum suorum Partem servabunt.* Inde infert, omnem Honorati Hæreditatem Ecclesiæ Thiavanæ pro more adscribendam, ut scandalum, & avaritiæ suspicio præsertim nuper Ecclesiæ reconliatis tollatur. *Rem istam*, inquit, *narravi Confratri nostro Episcopo Samsucio, valde miranti, quod hæc nobis sedisset Sententia; vel eo solo nos a tali pacto abstrahi oportuisse affirmabat, quod speciem saltem pudendæ avaritiæ, & non modo Episcopis, sed quocunque homine indignæ præseferat.* (*) Nihilo minus S. Augustinus mediam partem, quam promiserat, Monasterio Tagastano dare non renuit. Sub illud tempus amicorum aliquis, cui nomen Constantinus, S. Augustino, cum simul ruri essent, librum Petiliani Episcopi Donatistæ dedit, instanter rogans, ut responderet. Titulus Libro præfixus erat: *de Baptismo unico.* Et propositum, ostendere, ipsos solos verum Baptismum habere.

II. Retr. c. 34. de uno Bapt. c. 1 to. 9. p. 527

(*) Hæc Interpres Germanus ita obscure transtulit, ut intelligi non satis possint. Multos alios minoris momenti errores prætereo.

Sæculum V. A. C. 410.

bere. Hunc S. Auguſtinus edito libro, cui eundem etiam poſuit Titulum: de *Baptismo unico* refutavit, nihil aliud vero affert, quam quæ in aliis ejus Libris de hac Materia leguntur.

§. XXVI.

Leges contra Donatiſtas.

Donatiſtæ Legem obtinuerant, qua Religionem eorum profiteri licebat. Hanc ab Honorio impetraſſe creduntur illo tempore, quo Conſtantinus, a Tyranno Attalo, miſſus in Africa timebatur, nempe circa medium anni 409. cum Lex iſta non nihil addidiſſet audaciæ, immani crudelitate ſæviebant. Domos diripiebant, penum peſſumdabant, vinum, aliasque liquores effundebant, ignem Tectis ſubjiciebant. Si quis ex Clericis Catholicorum in eorum manus incidiſſet, poſtquam enormia vulnera inflixiſſent, calcem, & acetum captorum oculis ingerebant. Quadam die S. Auguſtino relatum, quod in uno loco homines quadraginta octo rebaptizaverint, ingentium tormentorum metu coactos. Unus ex eorum Presbyteris, cui nomen Reſtitutus, Victoriæ habitans in Ditione Hipponenſi, liberrima voluntate, antequam Leges id præcipientes emanaſſent, Catholicis ſe junxit. Ecce adſunt Clerici Donatiſtarum, & Circumcelliones, Presbyterum e domo

Sup. §. 20.

Aug. ep. III. al. 122. ad Victori.

Ep. 88. al. 68. ad Janu. n. 6. cont. Creſc. III. c. 48.

Ep. 105. al. 166. ad Dom. n. 3.

mo sua luce meridiana rapiunt, & in proximum oppidum trahunt. Ibi miser populo inspectante, & obsistere non audente, furiosorum arbitrio verberatur, in lutosa piscina volutatur, atque ut ridendi etiam occasionem haberent, matta juncina vestitur. Postquam satis lusissent, in quemdam locum, ad quem Catholici accedere non audebant, deducunt, & virum non nisi vi adhibita coacti post duodecim demum dies reddiderunt. Nihilominus post breve tempus ab iisdem occisus est. Alteri Sacerdoti, cui nomen Innocens, uno digito abscisso etiam oculum eruerunt. Sæculum V. A.C. 410. *Aug. ep. 133. al. 159. ad Marcell.*

Ut his malis remedium ferrent, Episcopi Catholici Carthagine decimo octavo Kalendas Julii post octavum Honorii Consulatum, & Theodosii tertium, id est, 14. Jun. 401. congregati sunt. In eo Conventu decretum, ut Legati ad Imperatorem mitterentur, qui abrogationem Legis, qua Donatistæ abutebantur, nempe liberam suæ Religionis Professionem prohiberi postularent. Legati fuere Episcopi Florentius, Possidius, Bresidius, & Benenatus. Facile, quod petebant obtinuerunt, cum jam in Africa, Constantino profligato, & Attalo Purpuram ponere jusso, Honorii Auctoritas non periclitaretur. Igitur Honorius Legem edidit, octavo Kal. Sept. Varano Consule, id est, *Cod. Afr. n. 107. Dion Exig.* Donatistæ. *L. 51. C. Th. de Hær.*

Sæculum V. A.C. 410.

25. Aug. anno 410. altera post captam a Gothis Romam die datam. In ea Lege prohibetur, ne illa Lege, quam subreptitie impetrassent, non obstante publico conventus agant, addita transgressionibus proscriptionis, & mortis inferendæ pœna. Non solebant Principes tam atroces pœnas Hæreticis minitari; sed tantum rigorem Donatistarum furor exigebat. Hæc Lex ad Comitem Heraclianum, Inclytum Africæ Defensorem directa est.

Legati Concilii Carthaginensis alterum ab Imperatore Honorio obtinuerunt Rescriptum, quo Donatistæ ad Colloquium publicum congredi jubebantur. Hoc Remedium Episcopi Catholici, præsertim S. Augustinus, ad errorem populis eximendum efficacissimum judicabant. Episcopi Donatistæ moveri non poterant, ut cum Catholicis conferrent, quamvis sæpissime fuissent invitati, illud vero quod contra Donatistas sub Constantino ante annos ferme centum actum fuerat, populorum memoria exciderat. Imperatoris Honorii Rescriptum dirigebatur ad Flavium Marcellinum, Tribunum & Notarium, quod officium illo tempore erat spectatissimum. Erat Marcellinus vir pius, atque SS. Hieronymo, & Augustino carus, quod ex ipsorum Epistolis dispicitur. In illo rescripto præcipitur,

Poss. vit. c. 3. Aug. III. cont. Jul. c. 1. n. 5.

Coll. 1. c. 4.

Hier. ep. 82. Aug. ep. 136. al. 58.

tur, ut Episcopi Donatistæ intra quatuor Menses Carthagine conveniant, & Episcopi utrinque delecti mutuo conferant. Si Donatistæ, ter vocati, non venerint, suarum Ecclesiarum possessione priventur. Marcellinus in his collationibus judex constituitur, (*) ut mandatum istud, aliasque Leges pro Religione Catholica editas exequatur. Eique Imperator Potestatem tribuit, ex Ministris Proconsulis, Vicarii Prætorio Præfecti omniumque aliorum Prætorum assumendi quoscunque ad perficienda sua mandata sibi necessarios existimaverint. Istud Rescriptum Ravennæ pridie Idus Octobr. anno 410. datum.

Sæculum V. A. C. 410.

§. XXVII.

Leges contra Hæreticos in Oriente.

In Oriente quoque contra Hæreticos Leges ferebantur. Eodem anno 410. 21. Febr. seu Nono Kal. Martii, Varano Consule edita Lex est, ad Anthemium Prætorio in Oriente Præfectum directa, qua

L. 48. C. Th. de Hær.

(*) Hic Anonymo I consentio, dicenti, Marcellinum in rigore Judicis Personam non sustinuisse, nec Imperatorem eidem id muneris, quod ipse non habebat, potuisse tribuere, sed Episcopos, spe majoris Boni, quale erat conversio plurimorum Donatistarum, quæ etiam secuta est, non nihil dissimulasse.

Sæculum V. A.C. 410.

qua prohibetur, ne Montaniſtæ, & Priſcillianiſtæ ad juramentum Militiæ præſtandum admittantur, nec ideo ab oneribus municipalibus, aliisque, quibus conditione naſcendi ſubjiciuntur, exempti ſint. Priſcillianiſtæ, de quibus hic mentio fit, non ſunt Sectatores Priſcilliani, ſed Priſcillæ falſæ Montanæ Prophetiſſæ Diſcipuli. Prima Menſis ſequentis Martii Lex alia contra Eunomianos lata, qua prohibentur donatione vel teſtamento quidquam dare vel accipere. Quæ donata fuerint, Fiſco addicantur, nec ea quisquam privatus ab Imperatore dono acquirere poſſit. Nempe Catholicorum aliqui Hæreticos non tam amore Religionis, quam pecuniæ deferebant, atque eorum ſpoliis inhiabant; at ſordidam avaritiam Sancti Epiſcopi damnabant.

L. 49. l. 50. eod.

Syneſ. ep. 5. p. 166.

Socr. VII. c. 3.

Sub idem tempus Epiſcopus Synnadenſis in Phrygia, cui nomen Theodoſius, Hæreticos illius Regionis, in qua multos Macedonianos reperire erat, fervide perſequebatur. Eos non ex Civitatibus ſolum, ſed etiam ex agris ejiciebat. *Hac vero agendi ratione* (inquit de eo Socrates) *non ſequebatur morem Eccleſiæ Catholicæ, quæ neminem perſequi ſolet.* Vult dicere, nimium fuiſſe hujus viri furorem. Etenim non Fidei zelo, ſed cupiditate, ut detractis Hæreticorum potiretur divitiis, agebatur. Omnem ergo contra Macedonianos

donianos movebat lapidem, in Judicium vocabat, Clerici, ipso jubente, arma capiebant. Neminem autem magis quam eorumdem Episcopum nomine Agapetum vexabat, cumque ipso quidem Judice Magistratus illius Provinciæ eum non satis punirent, Constantinopolim se contulit, ut mandatum a Præfecto Prætorio impetraret. Dum ipse Constantinopoli moratur, Agapetus desperatione impulsus, quis crederet? optimum consilium arripuit. Nam postquam cum omnibus Clericis suis deliberasset, convocato populo, persuasit, ut Fidem Catholicam amplecterentur. Deducit ad Ecclesiam, recitat consuetas preces, & in Cathedra, quam Theodosius occupare solebat, considet. Sæculum V. A.C. 410.

Itaque Agapetus, conjunctis diversæ Communionis populis, exinde Consubstantialitatem Verbi docuit, & Possessionem Ecclesiarum, quæ Synnadensi suberant, adiit. Theodosius haud diu postea cum mandatis Præfecti reversus, tantæ mutationis nescius, recta ad Ecclesiam contendit, sed omnium consensu repellitur. Constantinopolim deinde rediit, & apud Episcopum Atticum injuria se expulsum querebatur, verum Atticus videns totam hanc causam ad Ecclesiæ emolumentum versam esse, Theodosium consolabatur, & Auctor erat, ut vitæ privatæ tranquillitatem eligeret, & Bonum publi-

Sæculum V. A. C. 410.

cum proprio commodo anteponeret. Ad Agapetum vero scripsit; sollicitus esse nollet, an Theodosius irasceretur, sed Episcopatum servaret.

§. XXVIII.

Quæ Colloquium Carthaginense præcesserunt.

Ubi Marcellinus Tribunus Carthaginem pervenit, quod habebat, Mandatum exhibuit; in eo omnes Episcopi Africæ tam Catholici, quam Donatistæ intra quatuor Menses, nempe prima die Junii Carthaginem venire monebantur, ad celebrandum ibi Concilium. Omnibus etiam Civitatum Magistratibus Marcellinus mandavit, ut id Episcopis significent, recitatusque Imperatoris Rescriptum, & hoc Decretum indicent. Promittit, etiamsi id sibi ab Imperatore non esset mandatum, Episcopis Donatistis, qui venire promiserint, Ecclesias, vi Legum ipsis ablatas, esse reddendas, & potestatem facit, alium quoque Judicem eligendi, qui secum hujus Litis arbiter sit. Tandem juramento affirmat, nihil se nisi ex Justitiæ Legibus acturum, Donatistas lenissime habiturum, & singulis plenam domum remeandi libertatem fore. Prohibet ne quis interim auctoritate Legum antecedentium quemquam in Judicio persequatur. Istud Edictum 14. Kalendas Martii,

Coll. 1. *c.* 5. *Aug. brevic. Coll.* 1. *c.* 5.

id

id est, 16. Febr. 411. datum erat. Itaque quamvis constituta venientibus dies esset decima sexta Maji, spatium tamen amplius usque ad primam Junii indulgebat. Sæculum V. A.C. 411. *Aug. brevic. 1. c. 8.*

Episcopi Donatistarum maximo, quo potuere, numero, Carthaginem venerunt, ut ostenderent, injuriam sibi facere Catholicos, dum dicerent, pauciſſimos esse. In epistola omnium Primatum, quam quisque ad Episcopos Provinciæ suæ misit, dicta Tractoria, præcipiebatur, ut missis cæteris omnibus, celeriter Carthaginem se conferrent, ne causæ suæ diffidere viderentur. Ergo omnes profecti sunt, illis solis remanentibus, quos morbus, vel extrema Senectus longum iter susceipere prohibuit. Aliquos infirmitas in via occupavit. Nihilominus numero ferme ducenti septuaginta adfuere. Ingressi sunt Carthaginem 18. Maji, simul omnes, ordine, & bini procedentes, ita ut totius Civitatis oculos in se converterent. Episcopi Catholici numero ducenti octoginta sex sine pompa, & strepitu intrarunt. *Aug. post. Coll. 24.* *Coll. c. 15. c. 14. c. 29. Brevic. 1. c. 11.*

Postquam omnes advenissent, Marcellinus alterum Mandatum vulgari jussit, in quo Episcopis suadebat, ut utrinque septem Viros deligerent, qui colloquerentur, & septem alios, qui, si esset necesse, consilio juvarent, ea conditione, ut ipsi silerent, dum primi loquerentur. *Conferendi locus*, inquit, *erunt Thermæ Gargilianæ.* *Coll. 1. c. 10.*

Sæculum V. A. C. 411.

Colloquium Carthaginense.

gilianæ. Nemo de populo, imo nullus alius Episcopus intrabit, ut tumultus occasio tollatur. Verum ante diem Collationis constitutam omnes utriusque Partis Episcopi datis litteris manu sua signatis promittent, omnia se, quæ septem Episcopi ab ipsis delegati egerint, rata & firma habituros. Episcopi pro Concione dicentes hortabuntur populos, ut in quiete & silentio exitum expectent. Tunc Sententiam meam in lucem edam, & totius Populi Carthaginensis oculis exponam. Omnia quoque Acta Collationis publicabo; aut majoris certitudinis causa omnibus, quæ dixero, primus subscribam, & omnes Mandatarii similiter dictis suis subscribent, ne quis ea, quæ locutus fuerit, negare possit. Pratio Delegationis meæ Ministros quatuor Notarios Ecclesiasticos Pars utraque dabit, ut uno cessante alter labori succedat, & ne fallendi facultas sit, quatuor utrinque Episcopi deligentur, qui Scribas, & Notarios observent, ut dum isti per vices exeunt, Episcopi illa describi jubeant integra, quæ Notis designata fuerint. Sic Collationem interrumpere non erit necesse, & septem Episcopi delegati subscribere poterunt. Post primam Collationis diem unius diei moram concedam, qua Acta describantur, & Episcopi signent; tum Colloquium, si necessarium fuerit, die tertia prosequentur. Porro, donec omnia

fuerint

Sæculum V. A.C. 411.

fuerint finita, singula folia, & Subscriptiones meo Sigillo, & octo Episcoporum Custodum munita asservabuntur. Maximianistæ ad Colloquium non admittentur. Episcopi utriusque Partis, priusquam Collationi statuta die initium detur, litteris datis me certiorem facient, quod in hunc ordinem servandum consentiant, & sufficiet, si his Primates subscripserint. Itaque universim non plures triginta sex Episcopos Collationi interesse oportuit, utrinque decem & octo, nempe septem, qui disputarent, alii septem, qui consilium suggererent, & quatuor, qui Acta custodirent.

Maximianistæ ab aliis Donatistis Confratribus in Concilio Bagajano anno 394. damnati, supplicem Libellum obtulerant, quo ad colloquendum admitti petebant, at Catholici iis hunc qualemcunque honorem concedere noluerunt, quod scirent, hos Sectarios in certaminis Gloria paucitatis suæ solatium quærere, & quamvis victoriam non sperarent, nihilominus disputandi honorem exoptare, ut majoris Auctoritatis speciem apud alios Donatistas, a quibus spernebantur, sibi conciliarent. *Aug. brevic. c. 4. Sup. XIX. §. 54. Aug. III. cont. Jul. c. 1.*

Ut Marcellini Decreto satisfacerent, Donatistæ Litteras suas tradiderunt, octavo Kal. Jun. id est, 25. Maji datas, quibus duo eorum Primates, Januarius Episco- *Coll. 1. c. 14.*

Sæculum V. A.C. 411.

pus Caſæ nigræ, & Primianus Epiſcopus Carthaginenſis ſubſcripſerant. Dicunt, ſe jam decima octava Maji Carthaginem intraſſe, & primo Marcellini Decreto tam diligenter obediviſſe, ut nullum eorum vel gravis Senectus, vel itineris longitudo retardaverit; ſolos abeſſe, quos morbus venire prohibuiſſet. Petunt deinde, ad Collationem omnes admitti, ut Adverſarios ſuos, paucitatem ſibi exprobrantes, mendacii convincerent.

§. XXIX.

Quid Catholici promiſerint.

Coll. 1. c. 16. ap. Aug. ep. 128.

Epiſcopi Catholici ſua quoque ex parte, ut in Marcellini Decreto præcipiebatur, litteras dederunt, quibus omnium Cœterorum Nomine Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis, & Silvanus Epiſcopus Summanus Numidiæ Primas ſubſcripſerunt. Promittunt, ſe omnia, quæ Marcellinus mandavit, obſervaturos, eſſeque veriſimile, nihil in eo fuiſſe contentum, quod prius Epiſcopis Catholicis non communicaſſet. Dicunt etiam, ſe populum exhortaturos, ut in pace ſe contineat, & Colloquii locum non adeat. Tum ſubdunt: *Si Adverſarii noſtri nobis demonſtraverint, veram Eccleſiam in ſola Donati Secta coarctatam eſſe, Epiſcopali honore nos abdicabimus, & ipſos ſequemur Duces. Si vero nos irrefragabiliter probaveri-*

Sæculum V. A. C. 411.

haverimus, Ecclesiam per orbem terrarum diffusam ob cujuscunque hominis peccata interire non potuisse, consentimus, ut, si ad nos redeant, Episcopali Honore non priventur; sic omnibus fiet manifestum, quod non eorum Sacramenta, sed errores detestemur. Unusquisque nostrum in Ecclesiis, ubi Collegam habuerit, vice sua Conventui præerit, præsente Collega tanquam hospite. Unus in hac Ecclesia præesse poterit, & alter in alia, & si contigerit, unum satis fungi, in singulis Ecclesiis secundum antiquam consuetudinem unus erit Episcopus. Nec quod hic statuimus, novum est, id enim ab initio, si qui a Schismate converterentur, observatum. Si populus Christianus duos Episcopos in una Sede contra consuetudinem pati non possit, utraque Pars cedat. Sufficit nobis ad Salutem consequendam, si Christiani fuerimus, Fideles, & obedientes. Non propter nos, sed propter populum Episcopi ordinati sumus, ergo Episcopatum prout utilitas populi postulaverit, vel deponamus, vel retineamus. Hæc tibi ideo scribimus, ut omnibus nota facias.

S. Augustino, & quibusdam aliis ejusdem Collegis hac de re colloquia miscentibus; Episcopatum servandum esse, vel dimittendum, prout unum vel alterum ad firmandam JEsu Christi pacem utilius fuerit, & perpendentibus qua indole singuli

Aug. de Gest. cum Emer. n. 6.

Sæculum V. A.C. 411.

guli Confratres eorum essent, pauci videbantur ea fervere Charitate, ut crederentur possent pro Dei honore officium Episcopale resignaturi. Dicebant: *iste potest banc de seipso victoriam reportare, hic non poterit. Hic consentiet, ille repugnabit.* Postquam vero in Concilio, ubi ferme trecenti Episcopi Catholici præsentes erant, res hæc proposita, omnes assensi sunt, & tantus fuit omnium zelus, ut Episcopatum relinquere sponderent, si id ad tollendum Schisma foret necessarium. Duo non plures inventi sunt, quibus displicebat consilium, unus vir admodum senex, qui mentem suam liberrime professus est, alter nihil quidem dixit, sed quid sentiret sub tristi & fastidiente vultu indicabat; verumtamen senex cœterorum omnium reprehensionem non ferens, sententiam mutavit, & alter vultum.

Coll. 1. c. 17. ibid. c. 18. Ap. Aug. ep. 129.

Marcellinus Donatistarum, & Catholicorum litteras, suaque Mandata in lucem edidit, ut omnia populo manifesta fierent. Catholici alteram ei tradiderunt Epistolam, in qua Donatistarum literis respondent. Dicunt, id se non parum sollicitos tenere, quod Donatistarum Episcopi omnes colloquio interesse petant, *nisi forte*, inquiunt, *ideo petant, ut nos in jucundissimam admirationem rapiant, si simul omnes ad Ecclesiæ Catholicæ unitatem*

tatem redeant. *Quale enim illud est, quod dicant, ideo omnes & singulos adfuturos, ut magnum suorum numerum ostendant, & Adversarios suos mendacii convincant? si nostri non nunquam dixerunt, paucos esse, id verissime dicere poterant de illis locis, in quibus nos numero multum superiores sumus, præsertim in Provincia Proconsulari; nam Numidia Consulari excepta in aliis Africæ Provinciis nobis multo pauciores sunt. Saltem bene dicimus, paucissimos esse, si Donatistæ conferantur cum omnibus Nationibus, quas Ecclesia Catholica complectitur.* (*) *Si autem in hac Collatione magnum suorum numerum ostentare voluerunt, nunquid istud meliore ordine, & majore tranquillitate efficere poterant, si omnes subscripsissent? cur ergo omnes Colloquio adesse petunt? si omnes locuturi sunt, quanta perturbatio? si non loquantur, quid ibi facient? etsi nemo clamet, vel solum tantæ multitudinis murmur conferentes turbabit. Cum igitur suspicemur, ipsos tumultum velle excitare,*

Sæculum V. A.C. 411. n. 6.

(*) Quod tunc Catholici Donatistis objiciebant, videlicet exiguum eorum numerum, id jure merito hodieque singulis Acatholicorum Sectis objicimus, quæ, dissimulatis etiam omnibus aliis argumentis, vel solum ideo vera Christi Ecclesia esse non possunt, quod eam in universum orbem diffundi oporteat.

Sæculum V. A.C. 411.

citare, consentimus, ut ipsi omnes veniant, ea tamen conditione, ut Nostri eo tantum adsint numero, quem sufficientem judicaverit. Itaque si exortæ fuerint turbæ, in illa culpa erit rejicienda, qui inutilem multitudinem attulerint ad negotium, quod non nisi inter paucos perfici potest. Si autem multitudo ad reconciliationem necessaria fuerit, omnes veniemus, quantocunque patierint.

§. XXX.

S. Augustini Sermones.

Interim Episcopi Catholici, quod Marcellinus petierat, & ipsi promiserant, populos ad conservandam pacem hortabantur. Duo nobis S. Augustini Sermones supersunt, Carthagine hac super re paucos ante Collationem dies pronunciati. In eorum primo ostendit, quantum Bonum sit Pax, & quam facile obtineri possit, cum se ipsam quærentibus eam offerat. Dicit, Donatistas mansuetudine ad pacem adducendos. *Nemo*, inquit, *cum Donatista jurgetur. Nemo vel Fidem suam verbis defendat, ne quærentibus litigandi occasionem præbeat. Si quis convicietur, tolera, dissimula, perge viam tuam. Cogita hominem esse, phrenesi correptum, tua patientia sanandum. At, inquis, pati non possum contra Ecclesiam blasphemias vomentem. Ut patiaris, Eccle-*

Serm. 357. *al.* 35. *Sirm.*

Sæculum V. A. C. 411.

Ecclesia te rogat. Episcopi mei famam corrodit, mentiatur, calumniatur, num tacere possum? sine eum mentiri, tace, tolera, sed non approba. Episcopo tuo optime servies, si hodie causam ejus defendendam non susceperis. Quid ergo faciam? ferventer ora! objurganti te nihil respondeas, sed loquere ad Deum pro eo, vel huic pacis inimico mansuete dicas: quidquid dixeris, quamvis me oderis, frater meus es. Ardenter loquere, sed in Spiritu lenitatis, & preces nobiscum ad Deum funde hujus solemnis Jejunii tempore, quod post Pentecosten observamus; nam si hæc jejunandi causa non supervenisset, isto tempore tamen jejunaremus. Adjiciamus largas Eleemosinas, hospitales simus, huic virtuti exercendæ aptissimum est tempus istud. Nempe tantus Episcoporum Conventus maximum Advenarum numerum Carthaginem adduxerat. Jejunium solemne, de quo hic S. Augustinus loquitur, erat illud quatuor temporum in Pentecoste, quod Festum illo anno 411. in decimam quartam Maji inciderat, cum Pascha vigesima sexta Martii fuisset celebratum. Igitur Jejunium quatuor temporum die Mercurii 17. Maji cœperat, & Sabbato 20ma claudebatur.

In secundo Sermone S. Augustinus edicit, Episcopos Catholicos ad Episcopos Donatistas in Ecclesias suas recipiendos *Serm.* 358. *al.* 36.

Sæculum V. A.C. 411.

dos esse paratos, aut omnino relinquendas ipsis Cathedras, quod jam antea in suis litteris promiserant. Et subjungit: *Nemo ex vobis Fratres in locum Collationis se ingerat. Imo si fieri possit, etiam transitum per illam plateam devitate, ut illis disputandi, & jurgandi ansam detis qui id exoptant. Qui Deum non timent, & monita nostra non curant, saltem Protestatis Sæcularis rigorem pertimescant. Mandatum viri illius illustris, quod publice propositum, vidistis. Dicetis mihi: ergo nihil agemus, & inutiles erimus? imo utiliorem forte vobis relinquimus Provinciam. Nos pro vobis disputabimus, vos pro nobis orate; orationi, ut jam diximus, jejunia, & Eleemosinas jungite. Forte plus nobis utilitatis afferetis, quam nos vobis.*

§. XXXI.

Delegatorum Episcoporum Mandata.

Col. 1. c. 55.

Die trigesima Maji omnibus Episcopis Catholicis in Synodum congregatis in Ecclesia Carthaginensi, duobus Primatibus Aurelio, & Silvano præsidentibus, conscripta sunt Mandata; in his Causa Ecclesiæ adversus Donatistas quibusdam Episcopis committebatur. Episcopi Catholici totam Causam summatim referebant, sicut etiam in secunda sua Epistola fecerant. Quæstionem Juris, & Cau-

Sæculum V. A.C. 411.

Causam Ecclesiæ a causa Cæciliani, & Quæstione facti separarunt, & monstrabant, Ecclesiam Catholicam per totum terrarum orbem secundum promissionem Dei esse dispersam. Malos, qui vel ignorantia, vel pacis amore in Ecclesia tolerantur, Bonis, qui eos tolerant, & peccata eorum aversantur, non nocere. Cæcilianum, & Felicem Aptungitanum, ab omnibus, quæ ipsis objecta, plene fuisse purgatos, tandem eo ipso rigore, quo Donatistæ in Maximianistas agerent, omnia, quæ ipsi in Catholicis de Baptismo, de Persecutione, de communicatione cum peccatoribus, reprehendebant, satis refutari. Episcopi Catholici ista tam in Litteris suis, quam in mandatis accurate explicanda esse censuerunt, quia ad aures eorum pervenerat, Donatistas exceptiones, & argutias allaturos, quæ si non audirentur Colloquium abrumperent, & discederent; Catholicis autem id maxime curæ erat, ut in Actis, quæ posteritati erant consignanda, Causa Ecclesiæ saltem summatim tractaretur, & nemo nesciret, ideo Donatistas Collationem refugisse, ne populi Causæ eorum infirmitatem perspicerent. In calce Litterarum octodecim Delegati nominantur, septem qui conferrent, nempe Aurelius, Alypius, Augustinus, Vincentius, Fortunatus Fortunatianus, & Possidius;

Brevic. Coll. I. c. 10.

Sæculum V. A. C. 411.

septem Consultores, nempe Novatus, Florentius, Maurentius, Priscus, Sereniamus, Bonifacius, & Scillacius. Quatuor, qui Actis custodirent, Deuterius, Leo, Asterius, & Restitutus. Donatistæ quoque 25. Mai Delegatis suis Litteras dederant procuratorias, in quibus hæc pauca verba legebantur: *Ecclesiæ Causam vobis concredimus, & ejus Defensores vos constituimus contra Traditores, qui nos persequuntur, & datis Libellis nos in Judicium coram Illustrissimo Marcellino pertraxerunt. Quæcunque pro Causa Sanctæ Ecclesiæ egeritis, rata habebimus, sicut Subscriptione nostra affirmamus.*

Coll. n. 148.

§. XXXII.

Prima Collationis Dies.

Gesta Coll. 1. His omnibus prævie actis, ubi constituta dies advenit, scilicet prima Junii, anno 411. conventum in Thermis Gargilianis, in medio Civitatis Carthaginensis positis. Atrium erat aere temperato, ampliſſimum, & in quod lux pleniſſime incidebat. Primus intravit Marcellinus, eumque secuti sunt Ministri viginti, scilicet Sebastianus, Maximianus, & Petrus, Protectores domestici, id est, Prætoriani. Ursus, Petronius, & Libosus, Ducenarii. Bonifacius, Evasus, & Filetus Apparitores. Duo Scribæ, quatuor Exceptores, seu Notarii, & quidam

1. Junii,

alii,

alii, quorum officia non satis nota. Præter istos viginti Laicos aderant quatuor Notarii Ecclesiastici, seu verba certis notis designantes, Catholici duo, & totidem Donatistæ. Tunc Ursus Ducenarius, Marcellinum allocutus, dixit: *Diu est, ex quo Amplitudo tua in omnes Africæ Provincias nos misit, ut intra Menses quatuor Episcopos tam Catholicos, quam Donatistas convocaremus. Elapsum est præfixum tempus, jamque omnes adsunt, scilicet ex Provincia Proconsulari, ex Byzacena, Numidia, Mauritania, Sitifiensi, Cæsariana, & Tripolitana. Si ergo jubes, ingredientur.* Marcellinus jussit, ut ingrederentur. Donatistarum Episcopi omnes intrarunt, at ex parte Catholicorum solum octodecim Delegati. Marcellinus brevi oratione edixit; fateri se, injunctum sibi judicandi munus merita sua excedere, magisque decere, ut ipse ab Episcopis judicaretur, quam Episcopos judicaret. Rescriptum deinde Imperatoris, in quo sibi Mandata continebantur, & ut his obediret duo a se vulgata Decreta recitari jussit. Cum in Decreto primo non recusaturum se promisisset, si sibi in hoc Judicio socius daretur, Petilianus Episcopus Donatista dixit: *ut quid petamus Judices duos nobis jam dari, qui unum non petivimus?* & postquam secundum Decretum fuisset recitatum, dixit:

Sæculum V. A.C. 411.

n. 7.

Sæculum V. A. C. 411.

dixit: *imprimis peto, ut ille, qui me in Judicium vocavit, ex Domo mea exire compulit, & itineris molestias subire coegit, modo, quid postulet, aperiat, ut sciam quid respondendum, & quid dicendum mihi sit.* Marcellinus dixit: *hæc suo loco, & ordine melius fient,* jussitque, ut Actorum lectio continuaretur. Lecta est Donatistarum Declaratio, & duæ Catholicorum Epistolæ, quarum Secunda erat ad illorum Declarationem responsum. Hæc omnia Actis inserta.

n. 12.

n. 13.

n. 14. 16. 18.

Marcellinus quæsivit, an Donatistæ suos Mandatarios elegissent, sicut Catholici. Donatistæ responderunt, Catholicos jam causam dixisse, antequam de conditione Partium quidquam decerneretur. Hæc ideo dicebant, quod in secunda Catholicorum Epistola summatim tota Causa fuisset exposita. Petebant ergo, ut prius de tempore, de Persona, de Mandatis, de conditione Causæ, ageretur, antequam rei Summa pertractaretur. Marcellinus dixit; Causam esse adhucdum integram. Rursusque quæsivit, an obedientiam suo Decreto præstitissent, & elegissent Delegatos, qui cæterorum nomine omnia agerent.

Brevic. c. 8.

§. XXXIII.

Donatistarum tergiversationes.

At Donatistæ de tempore queri cœperunt,

runt, dicentes, jam amplius hanc Causam discuti non posse, postquam constituta dies esset elapsa. Nam quatuor Menses in primo Legati Decreto constituti completi fuerant 19. Maji & Imperator præceperat, ut causa post Menses quatuor ageretur; inde Donatistæ eruebant, diem inchoando judicio constitutam præteriisse, petebantque, ut Catholici tanquam contumaces damnarentur, quamvis præsentes essent, & a nemine antea agere in judicio jussi fuissent. Marcellinus respondit, inter Partes convenisse, ut prima Junii se sisterent; & si necdum præsentes fuissent, concessam sibi ab Imperatore potestatem, Actionem adhucdum in duos menses differendi. Quia autem dixerat, Exceptionis hujus in tempore fundatæ melius coram Tribunali Sæculari, quam in Judicio Episcopali usum esse, Donatistæ arrepta occasione dixerunt, se non Legibus Sæcularibus, sed tantum ex Divinis Scripturis judicari oportere. Hac super re Legatus Cæsareus utriusque Partis Sententiam exquisivit. Catholici rogarunt, ut mandata Delegatis suis tradita prælegi juberet, affirmantes, ex illis liquere, hoc Negotium se secundum Divinarum Scripturarum effata, non vero secundum Legum Sæcularium apices tractasse. Donatistæ huic Lectioni obsistebant, atque aliquamdiu litigium tenuit; at

Sæculum V. A. C. 411.

Brevic. c. 9.

Sæculum V. A.C. 411.

at vicerunt Catholici, & lecta sunt Mandata. Vix dies lecta fuerat, Adeodatus Episcopus Milevitanus Donatista interlocutus dixit: *legatur! sed hæc lectio juri nostro non noceat.* Marcellinus dixit: *sæpius jam edixi, omnia sine cujusquam Præjudicio legi.* Nam Donatistæ antea sæpius his verbis jus suum munierant. Integra ergo Mandata lecta, & Subscriptiones Episcoporum, qui numero ducenti septuaginta præsente Mandatario Cæsareo subscripserant.

Coll. I. *n.* 55.

n. 58.

Tum novum jurgium aliquo temporis intervallo omnes suspendit. Donatistæ petebant, ut omnes, qui Mandatis subscripserant, in medium procederent, causati, Catholicos potuisse Mandatarium Cæsaris fallere, & viros coram eo adducere ordinem Episcopalem non tenentes, rursusque novos Episcopos præter Cathedras antiquas ordinasse, ut numerum augerent. Catholici econtra dicebant, non esse necessarium, ut Collegæ ipsorum venirent. Timebant, ne Donatistæ Multitudinis occasione tumultum excitarent, & Collationem sufflaminarent, nam ex eorum cavillis satis constabat, quod istud colloquium perhorrescerent, & ideo tantum necdum ausos turbas ciere, quod, cum ipsi essent numero plurimi, & Catholici pauciſſimi, in ipsos solos culpa cecidisset.

Brevic. c. 11.

Ca-

Catholici tamen cesserunt, & consense- Sæculum V.
runt, ut omnes, qui Mandatis subscri- A. C. 411.
pserant, introducerentur. Tum constitit Donatistas non credidisse, tam frequentes Carthaginem adveniisse, quia modeste & sine strepitu intraverant.

§. XXXIV.
Subscriptionum Veritas.

Ergo Episcopi Catholici, qui Delegato- *Brevic. c. 12.*
rum Mandatis subscripserant, in Con- *Coll. n. 99.*
ventum admittuntur, utque singulorum Nomina legebantur, prodibant in medium, & a Donatistis ejusdem loci, vel viciniæ cognoscebantur. Inde etiam notari poterant oppida, in quibus nullus Episcopus Donatista erat. Omnes Episcopi Catholici, qui manum apposuerant, adfuere, & singuli ubi cogniti fuissent, statim exibant, illis solum octodecim Delegatis remanentibus. Cum Victorianus Episcopus Catholicus Mustitensis vocaretur, dixit: *Ecce adsum. Adversarios habeo Felicianum Mustitensem, & Donatum Turiensem.* Tunc Alypius dixit: *Advertite ad Nomen Feliciani. Estne Felicianus in Communione Primiani?* Nempe Felicianus iste a majore Donatistarum Ecclesia, cujus Princeps Primianus erat, tanquam Maximianista damnatus fuerat. Hæc interrogatio Petilia- *n. 122.* *Sup. L. XX. §. 10.*

Sæculum V. A. C. 411.

num perplexum reddidit; dixit tamen ad Alypium: *Quis hæc tibi in mandatis dedit? cujus nomine id quæris? an pro absentibus causam agere vis?* Alypius: *Respondeat ad meam quæstionem.* Petilianus: *Hæc res ad causæ substantiam pertinet.* Marcellinus dixit: *Jam cœpta prosequamur. Hæc deinde, si lubuerit, videritis.* Itaque ulterius subscriptiones examinatæ.

n. 126.

Interim Hilarius Exceptor dixit: *Tabellas nostras implevimus. Jubete, ut alii Notarii nobis succedant, & date nobis Custodes.* His tabellis cera obducta erat, quibus Notas imprimebant. Vitalis Ecclesiæ Catholicæ Diaconus eadem monuit. Marcellinus jussit, ut Custodes darentur. Catholici dederunt Episcopos Deuterium, & Restitutum, duos ex illis quatuor, quibus id muneris fuerat destinatum. Donatistæ Victorem, & Marinianum dederunt. Custodes clausas tabulas suo Sigillo munierunt, ne solvi, & describi ipsis absentibus possent. Tum continuatum subscribentium Examen, quo finito Marcellinus Episcopos invitavit, ut sederent; molestum sibi accidere, Episcopos stantes conspicere, dum ipse sederet. Petilianus prolixe egit Gratias, dicens, oportere, ut coram Judice suo starent. Deinde Donatistarum Mandata, & subscriptiones lectæ.

Coll. 1. n. 132.

Episcopi subscribentes.

Catho-

Catholicis id petentibus omnes fuere examinatæ, cum omnes Episcopi Donatistæ ordine, quo legebantur, prodirent. Primus fuit Januarius Episcopus Casarum nigrarum, qui dixit, sibi Adversarium non esse, id est, Episcopum Catholicum in eodem loco. Secundus Primianus Carthaginensis, unus ex Mandatariis. Tertius Felix Episcopus Romanus; quo prodeunte Aurelius Episcopus Catholicus Carthaginensis dixit: *Dicat se Episcopum Romanum, sed salvo absentis jure, nempe Innocentii Papæ.* Petilianus Episcopus Donatista dixit: *Causam, quæ eum huc venire compulerit, nemo ignorat, & omnes scitis, Romanæ urbis Nobilitatem hic versari.* Volebat innuere, Felicem ab illa ipsa tempestate, qua plures alii Romani, post Alarici invasionem in Africam delatum. Aurelius dixit: *Nobis quoque liberum fuisset, Episcopos Ultramarinos accersere, ut eorum Nomina Litteris nostris adderentur. Sed, quamvis ipsum Episcopis Africæ accenseri oporteat, abundanti indulgentia subscripsisse patiar, salva Episcopi Romani Auctoritate.* Sæculum V. A. C. 411.

Postquam decem Episcopi suam subscriptionem professi fuere, volebat Marcellinus moras abrumpere, eosque nomine cœterorum omnium subscriptiones testatas facere. At Donatistæ singu- *n.* 164. *n.* 165. *&c.*

Sæculum V. A. C. 411.

li prodire voluerunt, obtendentes, quod Adversarii magnum esse suorum numerum negarent. Inter Subscriptiones inventa est una, quam Presbyter nomine sui Episcopi apposuerat. Petilianus dixit: *Episcopus oculis captus est.* Alypius dixit: *Respondete, an præsens sit.* Primianus: *Fateamur verum; cæcus est, venire non potuit, misit suum Presbyterum.* Alypius: *Notetur! quod etiam absentium nomina velint inserere. Ergo nos quoque possemus inserere nomina omnium Episcoporum Catholicorum, qui morbo, vel quacunque alia de causa venire prohibiti sunt.* Aliquorum aliorum etiam absentium nomina occurrerunt, pro quibus alii subscripserant, ut augeretur numerus. Quodvult Deus Episcopus Cessitanus in Mauritania, nominatus, non prodiit. Dixit Petilianus: *Mortuus est in via.* Fortunatianus unus ex Catholicis Delegatis dixit: *Quomodo ergo subscripsit?* Petilianus: *Sermo fuit de alio.* Credebant Catholici, ipsos velle innuere, quod alius pro ipso subscripserit. Sed verba Subscriptionis indicabant, quod ipse manu sua ægrotans subscripsisset. Deinde dixerunt, ipsum Carthagine subscripsisse ægrotantem, & redeuntem ad sua fuisse morte occupatum. Catholici petierunt, ut ea, quæ Petilianus dixerat, relegerentur, non

n. 195. 208. 209.

n. 200.

n. 207.

Aug. brev. c. 14.

non enim huic Responsioni cohærebant. Marcellinus petiit, ut coram Deo fatererentur, an Quodvult Deus in sensu, quo Mandata scripta, Carthagine præsens fuerit. Emeritus coactus est dicere: *Perinde est, si ipse vel alius subscripserit.* Atque ita mendacii convicti sunt. Sæculum V. A. C. 411.

§. XXXV.

Episcoporum Numerus.

Omnium Subscriptionibus examinatis, Marcellinus a suis Episcoporum utriusque Partis numerum iniri jussit. Donatistarum Episcopi numerati sunt ducenti sexaginta & novem, etiam absentibus, pro quibus alii subscripserant, & ipso Defuncto, comprehensis. Catholici ducenti sexaginta sex fuere, qui subscripserant, & alii viginti, qui in Mandata viva voce consenserunt; itaque universim ducenti octoginta sex Episcopi. Alypius edixit, centum viginti sex vel valetudinis, vel senectutis vel alterius Necessitatis causa abesse. Ad hæc Petilianus: *Scribatur, ex Parte nostra longe plures esse absentes Episcopos, & Cathedras vacantes, in quibus Episcopi ordinandi.* Hoc Monitum contrarium erat Donatistarum Declarationi, quam ante Collationem ediderant, solos ægrotos emansisse. Fortunatianus edixit, Catholicorum

n. 213.

n. 217.

Sup. n. 28. *Aug. Brev. c.* 14.

Sæculum V. A. C. 411.

licorum quoque Sedes ſexaginta quatuor eſſe vacantes. Inde colligitur, in Africa illa ætate Eccleſiam Catholicam quadringentas ſeptuaginta Epiſcopales Cathedras numeraſſe, etiamſi aliquæ a ſolis Donatiſtis occuparentur. Ex his, quantus fuerit in univerſa Eccleſia Epiſcoporum numerus, conjicere licet. (*)

n. 218. Tum vero omnes, quorum Præſentia in collatione non erat neceſſaria, egreſſi ſunt, Comite Marcellino cum Miniſtris atque octodecim utrinque Delegatis ſeu triginta ſex Epiſcopis remanentibus. Marcellino interroganti, quæ jam hora diei eſſet, Miniſtrorum aliquis reſpondit, unam ad noctem ſupereſſe horam, ſeu auditam eſſe undecimam. Quare omnium conſenſu in diem tertiam, quæ erat tertia Junii, dilatum eſt Colloquium, ut una dies intercederet, qua Acta deſcriberentur. Hæc prima die acta ſunt.

n. 119.

221.

§. XXXVI.

(*) Anonymus I. optime adducit teſtimonium ſapientiſſimi viri D. Langnet, Epiſcopi Sueſſionenſis, & deinde Archiepiſcopi Senonenſis, tempore Concilii Ariminenſis ſex millia Epiſcoporum in tota Eccleſia extitiſſe, atque ex eo ſequi, majorem absque comparatione numerum Catholicorum, & non Prævaricatorum, quam Hæreticorum fuiſſe, ideoque veritati adverſari, quod Novatores poſt Calviniſtas dicunt, illa tempeſtate ferme totam Eccleſiam erraſſe.

Sæculum V.
A. C. 411.

§. XXXVI.

Secunda Collationis Dies.

Cum Dies præstituta, Junii tertia, illuxisset, in eodem loco convenerunt, Mandatarius cum Ministris, & utriusque Partis Delegati. Mandatario iterum rogante, ut considerent, Episcopi Catholici in præparatis sedilibus acquieverunt, at Donatistæ recusarunt, dicentes, per Legem Divinam sibi non licere cum id genus Adversariis sedere. Marcellinus: *Itaque & ego stabo.* Surgunt Catholici, & ipse sellam suam removeri jussit. Mandavit deinde legi supplicem Libellum, sibi pridie a Donatistis oblatum, quo petebant, Catholicorum Mandata sibi communicari, ut parati ad Collationem venirent, quia Scriptores necdum Acta describere potuissent. Ad hujus Libelli calcem Mandatarii Decretum erat subjunctum, quo eis petita concedebat. 3. *Junii.* 411. *Coll.* 2. *Brev. coll.* 2.

Deinde quærit, an vellent dictis suis omnibus subscribere, quod in secundo suo Decreto jusserat. Catholici responderunt, se in litteris suis id promisisse. At Donatistæ dixerunt, rem hanc novam fore, & præter consuetudinem. Catholici petierunt, ut hæc Donatistarum recusatio actis insereretur. Marcellinus rursus ex Donatistis quærit, an Custodes, quibus Actorum securitati invigilandum

Sæculum V. A. C. 411.

landum erat, placerent. Petierunt, ut sibi Acta descripta communicarentur, ad tequam tenerentur respondere. Inc novæ, & diuturnæ rixæ. Mandatarii ex Actis præcedentis diei prælegi jus ipsorum Donatistarum consensum, quem dederant, ut hac die Collationem pro sequi liceret; quia vero Acta necdum erant translata, ex tabulis cereis legebantur, & Donatistæ dicebant, se Notas legere non didicisse. Marcellinus, ut ipsis adimeret omnem prætextum, quo Fidem suorum Ministrorum suspectam habere possent, tabulas Notariorum Ecclesiasticorum afferri jussit. Afferuntur itaque linteo involutæ, & simul codex pergamenus, in quem ex parte translatæ erant. Linteum erat sigillatum, Castodes Catholicus, & Donatista signum suum cognoverunt, & frustra obsistentibus Donatistis lecta sunt illa verba, de quibus movebatur quæstio. Quod vero Donatistis major erubescendi occasio fuit, Notarius Donatista Ecclesiæ Sitifiensis hæc legit, erantque illis, quæ Mandatarii Cæsarei Minister legerat, omnino consentanea.

n. 53.

Donatistis objiciebatur, ipsos in Libello præteritæ diei rogasse, sibi tradi Mandata Catholicorum, ideo utique, ut Acta, quæ necdum describi potuissent, supplerentur; *Qua fronte igitur hodie,*

ajebant

ajebant Catholici, *hæc ipsa Acta petitis*? Nihilominus ab hac petitione non desistebant; imo antiquas tricas denuo movebant, querulantes, præfixum Collationi tempus esse elapsum, & quia frigidam excusationem in vulgus sparserant, Catholici opponebant, ipsos Donatistas hoc tempore jam elapso quædam ad Judicium spectantia egisse, cum Mandata sua vigesima quinta Maji dictassent. Tandem istorum hominum pervicaciæ cedendum fuit, & ne tricæ tricis cumularentur infinitis, concessa est mora, quam petebant. Marcellinus interrogavit Scriptores, quando Acta integre descripta traditurі essent. Petierunt moram usque ad septimum Idus illius mensis. Ergo Collatio usque ad diem sequentem id est sextum Idus illius Mensis, seu octavam Junii prorogata, qua die ambæ Partes promiserunt ad Collationem paratas se fore.

Sæculum V. A. C. 411.

n. 64.

n. 67.

§. XXXVII.

Dies Tertia.

Tertio, & ultimo convenerunt octava Junii anno 411. ubi Partes intrarunt Mandatarius Cæsaris primo quæsivit, an exempla Actorum duorum dierum præcedentium accepissent. Responsum, una die maturius quam promisissent Scriptores, nempe non septima, sed sexta Junii

8. *Junii.* 411. *Coll.* 3. *Brev. Coll.* 3.

Sæculum V. A. C. 411.

Junii fuisse accepta. Hæc Donatistæ illa die hora nona matutina, Catholicihora undecima, Pars utraque in sua Ecclesia acceperant, ut ex datis testimoniis apparebat. Quis non credidisset, tandem ad ipsam Quæstionem principalem processuros, sed Donatistæ iterum morose tricari de Partium conditione, dicentes, quod Catholici essent Actores. Econtra Catholici asserere, sibi nullam aliam veniendi causam fuisse, quam ut Ecclesiam adversus Donatistarum calumnias defenderent. Ut Donatistis satisfaceret, Mandatarius relegi jussit Imperatoris Rescriptum, ex quo dispiciebatur, Catholicos petiisse, ut Conventus ageretur; id non negabant Catholici, sed affirmabant, ideo petiisse, ut Ecclesiam defenderent. Donatistæ petierunt, ut etiam supplex libellus legeretur, quo oblato Catholici hoc Rescriptum obtinuerant. Respondit Legatus, morem non esse, ejusmodi Rescriptis Libellos supplices subjungere. Tum petebant, ut saltem Mandata sibi communicarentur, quibus instructi Catholicorum Delegati hoc Rescriptum obtinuerant; at Catholici, cum viderent, Donatistas hæc movere, ut optimum tempus perderent, & Causæ summam declinarent, constanter affirmarunt, hæc Mandata a se peti non oportere, & instabant, ut ipsam Causam

Brev. c. 2.

sam tractare inciperent. Mandatarius quoque dicebat, nihil aliud sibi in mandatis esse, & sua etiam ex parte urgebat, ut initium daretur Collationi de Quæstione principali. Donatistæ etiam de voce: *Catholicus*, cavillari, & dicere, id Nominis sibi competere, quia non illa esset hujus vocis significatio, quod Ecclesia in omnes Nationes diffusa sit, sed quod omnia complectatur Sacramenta. Mandatarius edixit, illos a se Catholicos dici, quos Imperator in Mandatis sibi traditis hoc nomine appellabat, & has voces neutri Parti nocere. Catholici affirmabant, Donatistas Collationem priores petiisse, quod ut probarent, quædam coram Præfecto Prætorio acta recitari petebant; vix autem Dies lecta, nempe tertia Kal. Febr. Arcadio, & Probo Coss. id est, trigesima Jan. anno 406. vix, inquam, hæc dies lecta, cum Donatistæ legentem turbant, antiquas tricas recoquunt, & addunt, esse sibi Acta istis priora, quæ ideo etiam prius legi oporteret. Catholici dixerunt, si vacaret Acta his antiquiora legere, initium ducendum esse ab illis, quibus monstrabatur, Donatistas fuisse aggressores, dum ad Constantinum Imperatorem accusationis Libellos contra Cæcilianum Anulini Proconsulis Ministerio detulerunt. Donatistæ diu, ne hæc legerentur, obsti-

Sæculum V. A. C. 411.

c. 4.

Sæculum V. A C. 411.

terunt, continuas nectentes tricas. Hi imprudentibus querelæ exciderunt, quod sensim ad delibandam Causam principalem inviti adducerentur; quasivero non ad idipsum veniissent. Iterato petierunt ut Catholici alterutrum eligerent, atque vel ex sola Sacra Scriptura, vel ex solis Actis publicis argumenta contra ipsos afferrent. Ad hæc Catholici: *Si vultis nihil aliud tractari, quam generatim Quæstionem de Ecclesia, & calumnias vestras in Cæcilianum, aliosque Privatos, quos Traditores appellatis, retractare, libentissime non nisi argumenta ex SS. Scripturis deprompta adhibebimus; at facta quæ aliquos viros speciatim tangunt, nec vos, nec nos sine Actis Judicialibus probare possumus.* Tandem Legati Cæcilianæ patientia hominum pervicaciam devicit. Proconsulis Anulini Relata ad Imperatorem Constantinum lecta sunt, & hoc modo in Causæ viscera inquiri cœptum, occasione jurgii, quod Donatistæ, ad hanc inquisitionem amoliendam excitaverant, volentes, ut definiretur, quis in hoc judicio Actor esset.

Coll. 3. n. 151 n. 193. Post. Coll. c. 24. 25. Brevic. c. 6.

Donatistarum tricæ.

§. XXXVIII.

Quæstio de Ecclesia.

Perlectis Annulini Relatis, Donatistæ litteras post primam Collationem scriptas,

c. 8. Coll. 2. n. 255.

scriptas legi petierunt, quibus Mandatis Catholicorum respondebant. Has cum Romulus Exceptor legere cœpisset, Emeritus legentem turbat, dicens: *Qualis lectio! sensum non colligit.* S. Augustinus dixit: *Ipsi Donatistæ legant! indulgeamus ipsis, quod ipsi nobis indulgere noluerunt.* Habet Deus Episcopus Donatista has litteras legit. In ea Quæstio de Ecclesia tractabatur, & legebantur aliqui textus Scripturæ, quibus probare volebant, Ecclesiam esse totam pulchram, nec commixtione impiorum inquinatam. Baptismum extra Ecclesiam collatum nullum esse. In fine querebantur, se jam per integrum Sæculum a Catholicis persecutionem pati.

Sæculum V. A. C. 411.

n. 258.

Catholici hanc Lectionem auscultarunt magna patientia, & legenti nullatenus molesti fuere. Tunc S. Augustinus respondendi provinciam in se suscepit; sed cum Donatistæ sæpissime, & rustice in loquentem inveherentur, necesse fuit, ut Legatus suam Auctoritatem interponeret, & tumultuantes in officio contineret. Ergo S. Augustinus demonstrabat, quia Textus utrinque citati æqualis essent Auctoritatis, aliqua Distinctione conciliari debere, cum Verbum divinum sibi ipsi contrarium esse nequeat. Discernendi sunt duo Status Ecclesiæ, Conditio Vitæ præsentis, in qua Bonos,

n. 261.

n. 217. 273.

Brevic. coll. 3 c. 9.

Sæculum V. A. C. 411.

& Malos complectitur, & Status Vitæ futuræ, ubi Boni & Mali non amplius erunt permixti, atque Ecclesiæ Filii nec peccato, nec morti subjecti. Docet etiam, qua ratione in hoc mundo a consortio malorum abstinere teneamur; nempe corde separari oportet, & peccatis eorum non consentire, non semper vero est necessarium, ut externa conversatione dividamur. Hic etiam Donatistarum hypocrysin refutat, quod in Collatione cum Catholicis considere recusassent, quia scriptum est: *In Concilio impiorum non sedi.* Et tamen cum Catholicis intrare Religioni non duxerint, etiamsi scriptum sit: *Et cum iniqua gerentibus non introibo.* Quoniam autem Donatistæ dicebant, hac distinctione duas Ecclesias asseri, S. Augustinus demonstrat, non duas Ecclesias, sed ejusdem Ecclesiæ diversos Status dari.

Psal. 25. 4.

c. 10.

§. XXXIX.

Causa Ceciliani.

Quæstione juris hoc modo discussa, Comes Marcellinus voluit, ut de Quæstione Facti, & prima Schismatis origine ageretur. Catholici petierunt, ut Acta, quæ offerebant, legerentur, cui petitioni Donatistæ quamdiu potuerunt, fuscitatis variis tricis, obstiterunt. Tandem ad

c. 11.

Sæculum V. A. C. 411.

ad Ceciliani causam ventum, & primo lecta sunt, quæ Anulinus datis ad Imperatorem Constantinum duabus Epistolis retulerat, & deinde Constantini Epistolæ ad Episcopos datæ, quibus præcipiebat, ut in Causam Ceciliani accusati inquirerent. Rursus Sententia Melchiadis Papæ, aliorumque Episcoporum Galliæ, & Italiæ Romæ congregatorum lecta; postquam autem Acta primæ Sessionis hujus Concilii Romani lecta fuissent, Donatistæ importunitate obtinuerunt, ut dilata lectione secundæ Sessionis, Acta ab ipsis oblata legerentur. Itaque litteras legerunt a Mensurio Episcopo Carthaginensi, Ceciliani Prædecessore, & Secundo Tigistano, Numidiæ Primate datas, quibus demonstrare nitebantur, quod Mensurius SS. Scripturas sub Persecutione Diocletiani tradidisset; verum hæ litteræ crimen non demonstrabant. Tum legerunt Concilium suum septuaginta Episcoporum contra Cecilianum Carthagine celebratum, ubi eum condemnarunt absentem, quod a Traditoribus ordinatus fuisset.

c. 12. *Sup. L. X. §.* 10. *Ib d. n.* 11. *c.* 13. *c.* 14. *Sup. l. IX. §.* 34.

Catholici sua ex parte quoque Concilium Cirthanum, cui idem Secundus Tigisitanus præerat durante Persecutione quarta Martii anno 305. actum recitarunt. Donatistæ plura huic Concilio objiciebant. Primo contra diem appo-

Sup. l. IX. §. 13.

Sæculum V. A. C. 411.

sitam, dicentes, Conciliis diem apponi non oportere. Ad hoc respondebant Catholici, semper morem fuisse Catholicis, diem, & annum Conciliis suis apponere. Deinde Donatistæ affirmare audebant, falsum esse hoc Concilium, quod sub Persecutione Concilia celebrare fuisset impossibile. At demonstrabant Catholici ex Actis Martyrum populum fidelem etiam Persecutionis tempore ad Collectas & Conventus Ecclesiasticos congregari non cessasse, & similiter duodecim Episcopos ad Domum privatam convenire potuisse. Ex hoc autem Concilio conficiebatur, Secundum, & plures alios, scilicet illos ipsos, qui Cecilianum damnaverant, Traditores fuisse.

Causa Ceciliani.

c. 17.

c. 16.

Donatistis Decretum Concilii sui Carthaginensis crepare non cessantibus, Catholici responderunt, Concilium istud Ceciliano tam parum nocere posse, ac Concilium Maximianistarum nocuisset Primiano ipsorum Episcopo, in ista Collatione præsenti, qui a Maximiani Secta absens, sicut olim Cecilianus a Secta Majorini, damnatus fuerat. Tunc a Donatistis istud Exemplum, & vis Veritatis hæc verba expressit: *Una Causa, aut Persona, alteri Causæ, aut Personæ nocere non potest.* Idipsum Catholici Donatistis respondere solebant, ut demon-

Sup. l. XIX. §. 54.

stra-

strarent, Ceciliani crimen, etiam tum si convictus fuisset, Successoribus ejus, & aliis Africæ Episcopis, multo minus Ecclesiæ universali præjudicio esse potuisse. Sæculum V. A. C. 411.

Deinde ad finem deducta est Lectio Concilii Romani, in quo Cecilianus absolutus. Legatus urgebat Donatistas, *c.* 18. ut quidquam, si possent, hujus Concilii Auctoritati opponerent. Dixerunt, ipsum Melchiadem Papam, qui illi Concilio præfuisset, (*) Traditoris Nota fuisse fœdatum. Id ut probarent, Acta valde prolixa legi voluerunt, ex quibus autem nullum conficiebatur argumentum. Post hæc lecta est Imperatoris *c.* 19. Constantini Sententia, id est, Epistola ad Eumalium Africæ Vicarium data, in qua *Sup. L. IX.* pronunciabat, Ceciliani Innocentiam, §. 19. & Donatistarum calumniam sibi fuisse perspectam. Marcellinus iterum instare, ut ad hanc Constantini Epistolam responderent; legerunt textum Optati, ex *c.* 20. quo nullum argumentum erui poterat, imo, tota pagina perlecta, apparuit ipsum,

(*) Protestans pro voce *presida*, posuit: hat den Vorsitz gehabt. his fraudibus lectoribus suis Protestantibus vult persuadere, omnibus Episcopis æqualem fuisse Jurisdictionem. Quippe debuisset ponere: Ist dem *Concilio* vorgestanden.

Sæculum V. A. C. 411.

non quod Donatistæ volebant, sed contrarium dicere, nempe Cecilianum fuisse sententia Judicis innocentem. Rise-
runt adstantes, qui viderant, quam se-
c. 21. 22. 23. vide petiissent hæc legi. Alia quoque Acta legi postularunt, quæ magis Catholicorum causæ favebant. Rursus, ipsis instantibus, lectum est aliquod documentum, quod occasionem præbuit legendi
c. 24. Sup. l. X. §. 12. illa Acta, quibus omnia quondam Felici Aptungitano Ceciliani Ordinatori objecta plene diluebantur.

§. XL.

Collationis Exitus.

Donatistis nihil habentibus, quod his Actis responderent, & centies antequam crambem recoquentibus, tandem
Brev. c. 25. Marcellinus dixit: *Si nihil vobis est, quod opponatis, ne gravemini egredi, ut sententia de omnibus Articulis pronuncians, litteris consignari possit.* Egressi sunt utrinque omnes. Tum Marcellinus sententiam dictavit, & revocatis
Aug. post. Coll. c. 12. Coll. 3. 279. Partibus recitari jussit. Interim Nox irruerat, & ad absolvendam lectionem faces accensæ, quamvis summo mane congressi fuissent, & dies octava Junii ageretur. Nempe valde prolixa illa Acta fuere, & articulos quingentos octoginta septem complectebantur. Ex his nobis

duoen-

ducenti octoginta & unus superſunt, nimirum usque ad illum locum, ubi S. Auguſtinus Cauſam totius Eccleſiæ tractare cœpit. Reliqua, in quibus aliqua gravis momenti, & lectu jucunda invenire erat, deſiderantur. At S. Auguſtinus eorum ſummam ad nos tranſmiſit, habemusque tabulam Articulorum integram, quam Officialis nomine Marcellus; Severiano, & Juliano eum rogantibus, deſcripſit. Sæculum V. A. C 411. *Præf. Marcell.*

Marcellini Tribuni Sententia vigeſima ſexta Junii demum populo promulgata. In ea edicit; cum neminem ob alterius culpam damnari oporteat, Ceciliani crimina, etiamſi probari potuiſſent, Eccleſiæ univerſali nullatenus nocere potuiſſe. Plene fuiſſe probatum, Donatum Schiſmatis Auctorem extitiſſe. Ceciliani, & Ordinatoris ejus Felicis Aptungitani, Innocentiam eſſe demonſtratam. His præmiſſis, jubet, ut Magiſtratus, Domini, & Locatores agrorum, in Civitatibus, & quibuscunque locis Donatiſtarum Conventicula prohibeant. Donatiſtæ Catholicis Eccleſias, quas eis, donec Mandata ſua fuiſſet executus, conceſſerat, reddant. Omnes Donatiſtas, qui ad Eccleſiam redire noluerint, pœnas a Legibus ſtatutas ſubeant; quamobrem eorum Epiſcopi miſſa omni mora domum remeent. Tandem illa loca, ubi Sententia contra Donatiſtas. *Aug. II. Retr. p. 39. Brev. Coll. præf. ep. 139. al. 158. ad Marcell. n. 3. Geſt. cum Emer. n. 4.*

Sæculum V. A. C. 411.

Circumcellionum copiæ recipiuntur, Fisco cedant.

Acta Collationis in lucem edita, singulis annis integra in Ecclesia Carthaginensi, item Tagastæ, Constantinæ, Hipponе, & in multis aliis locis legebantur idque tempore Quadragesimæ, quo populo jejunanti hæc audire magis vacabat. At vero paucorum illa fuit patientia, ut ea privatim legerent, quod essent maximæ molis, & Donatistarum jurgiis studiose quæsitis referta. Id S. Augustinum permovit, ut illa Acta contraheret in compendium, quod rei summam continet. In numeros etiam materiam divisit, ut, si quis vellet, facile ipsa Acta posset inspicere. Donatistæ edixerunt, se a Sententia Marcellini appellare, addita causa, quod noctu fuisset pronunciata, & Judicem Catholicorum accepta pecunia fuisse corruptum. Id autem temere, & nullo adducto argumento spargebant. Cum dictis suis die tertia subscriberent, adjiciebant: *Salva appellatione.* Illud quoque mentiebantur, Marcellinum ipsis licentiam non fecisse, ut omnia, quæ voluissent, dicerent, atque in loco Collationis tanquam carcere incluſos detinuisse. S. Augustinus edito postea Tractatu Donatistis Laicis inscripto has calumnias refutavit. In eo quantum hæc Collatio Rei Catholicæ pro-

Aug. post. Coll. c. 12.

Poss. vit. c. 14

Post. Coll. ad Donat.

profuerit, monstrat, nempe ingentes Donatistarum conatus, ut colloquendi necessitatem effugerent, excitatas tricas, ne in Causæ summam inquireretur, pudendos questus, quod inviti ad colloquendum de causa principali cogerentur, & tandem propriam ipsorum Confessionem, nullam causam aut Personam alteri causæ aut Personæ præjudicio esse posse. Sæculum V. A. C. 412.

Interim, cum Marcellinus Tribunus, quæ in Collatione acta essent, ad Imperatorem Honorium detulisset, & Donatistæ ad eum appellassent, Lex Ravennæ tertio Kal. Febr. Honorio nono, & Theodosio quinto Consulibus, nempe 30. Jan. anno 412. emanavit; in ea rescissis omnibus Edictis, quæ Donatistæ obtinuissent, &, Legibus antiquioribus contra ipsos editis, confirmatis, illustres, & plebeji pro status conditione ad graves mulctas pendendas damnantur. Mancipia Religionis hujus Professionem in cute luere jubentur. Clerici Donatistarum ex Africa proscribantur. Omnes Ecclesiæ Catholicis restituantur. Hæc Collatio Donatistarum Schisma pene sustulit. Exinde & Episcopi, & integri populi turmatim ad Ecclesiæ Catholicæ sinum reversi sunt. *L. 52. C. Th. de Hær.* *Poss. vit. c. 13*

§. XLI.

Sæculum V.
A. C. 412.

§. XLI.

Synesii Ordinatio.

Syn. ep. 57. In ea Africæ parte, quæ Orientem spectat, nempe Provincia Cyrenaica, illa ætate illustris Episcopus Synesius Philosophus degebat. Ex primis stirpibus Libyæ Regionis natus, originem ad Lacedæmonios, qui hanc Coloniam fundaverant, referebat; imo Generis sui Auctores usque ad Eurysthenem primum Spartæ Regem ex Gente Doriorum exhibebat. Philosophiæ operam dedit Alexandriæ, habuitque Magistram doctissimam Hypatiam Theonis Mathematici filiam. In ea etiam Civitate Synesius uxorem duxit, & liberos suscepit. A Civibus urbis Cyrenes Patriæ suæ ad Imperatorem Arcadium anno 397. Legatus, ea dicendi libertate, qua nunquam antea Græcorum aliquis, usus est. Aulæ Constantinopolitanæ luxum & immensam Gothorum, qui soli imperabant, potentiam reprehendit. Ad sua reversus iterum totum se libris, & venationi dedit; quippe in hæc duo studia vitam partiebatur, & jam litteris, jam aliis oblectationibus indulgebat, ut animum lectione pasceret, & corpus non infrequenti motu roboraret.

de Regno p. 16. &c.

Ita Synesium vitam ducentem Philosopho dignam, & Negotiorum tam publico-

blicorum, quam domesticorum molestias fugientem Populus Ptolemaidæ, Cyrenaicæ Metropolis, a Theophilo Alexandrino, huic enim Sedes istæ æque ac Ægypti subjiciebantur, Episcopum postulavit, qui, necdum baptizatus, Christianis tamen non minus, quam Gentilibus admirationi erat. Ubi fama hanc postulationem ad Synesii aures detulit, commotus Evoptio Fratri suo, Alexandriæ versanti, scripsit in hunc modum: *Insania haud dubie laborarem, nisi grato animo prosequerer Ptolemaidanorum Civium Benevolentiam, quibus majori in pretio quam mihimetipsi sum. Verumtamen non mihi attendendum, an ipsi Donum maximum conferre velint, sed an mihi expediat accipere,* Et inferius: *Episcopum Virum divinum esse decet, in quem omnium oculi defiguntur; vix aliis prodesse potest, nisi moribus gravis sit, & vitam ducat omnibus oblectamentis carentem. Dotem habeat præcepta divina Fidelibus facile communicandi, & ad docendum semper paratus sit. Unus plus cæteris omnibus laboret, si Muneri susceptо satisfacere velit. Vir magno animo sit, qui tantum onus ferat.* Tum fatetur, quantum ab hac perfectione, & vitæ innocentia, Episcopo perquam necessaria, ut alios ad sanctitatem perducat, remotum se existimet. His subjungit

Sæculum V. A. C. 412.

Evagr. 1. hist. c. 15.

Epist. 105.

sequen-

Sæculum V. A. C. 412.

Synesius.

sequentem Protestationem, quam a Fratre suo in lucem edi rogat, ut illa aliquando coram Deo, & hominibus, præsertim contra Theophilum purgare se possit.

Uxorem habeo, quam mihi Deus, & sacræ Theophili manus dederunt. (*) *Jam vero id omnes sciant, nolle me ab ea separari, aut clanculum adulterorum more ad eam accedere; sed liberos gignere volo multos, & probos. Id igitur præprimis ignorare non debet ille, cui ordinandi mi potestas est; hoc ipsum a Dionysio, & Paulo, quos populus in hoc Negotio delegavit, rescire poterit.* Hæc Synesii Professio testatum facit, quam certus, & constans Disciplinæ Ecclesiasticæ ejus fuerit, servandam esse Episcopis Continentiam, cum crediderit primum Ordinationis suæ obstaculum esse quod uxorem haberet. (**) Alia impedimenta a defectu Doctrinæ eruit. *Difficile est*, inquit, *ne dicam impossibile, ut illæ opiniones,*

(*) Protestans vocem *de la main Sacrée* omisit. Cæterum hæc de Synesio narratio satis perplexa est, nisi forte dicendum, quod a manu sacra Theophili uxorem acceperit, cum esset adhuc Catechumenus, nam paulo superius dictum, quod necdum fuerit baptizatus.

(**) Ex hoc loco iterum Interpretis Protestantis insania confunditur, dicentis, præceptum continentiæ Clericorum, esse rem novam.

Sæculum V. A. C. 412.

niones, quæ nobis vera demonſtratione inditæ ſunt, menti noſtræ eximantur, & non neſcis, in Philoſophia multas tradi, quæ celeberrimæ Doctrinæ (nempe Chriſtianæ) conciliari nequeunt. Et profecto nunquam credam, animam unacum corpore fuiſſe productam. Nunquam concedam, mundi hujus vel molem totam, vel partes perituras. Credo Reſurrectionem, de qua omnes loquuntur, nobis ignotum eſſe Myſterium, & a vulgi opinionibus remotiſſimus ſum. Dicit deinde, quam ægre venationis ſtudium poſſet relinquere. At denique propriæ voluntati renunciat, & omnia Theophili committit arbitrio.

Hæc Profeſſio quibusdam Hiſtoriarum Scriptoribus anſam dedit dicendi, Syneſium baptizatum fuiſſe, & Epiſcopum ordinatum, quamvis Reſurrectionem non crederet. Sed hanc non negat; id ſolum ex ejus verbis eruitur, quod aliquod Myſterium ſubeſſe, forte Platonicorum Metempſychoſin, aut Reſurrectionem Origeniſtarum in alia Carne, putaverit. Ut ut vero res ſe habeat, credendum eſt, Theophilum, & Ægypti Epiſcopos Syneſii Doctrinam & Fidem de Articulis principalibus penitus explorasſe, antequam ei manus impoſuerint, (*) atque

Evagr. 1. c. 15. Phot. Cod. 16. Niceph. XIV. c. 55.

v. Holſten. Diſſert. ap. Vales. in Evagr.

(*) Ita omnino hæc accipienda, prout notat Fleu-

Sæculum V. A.C. 412.

atque ingentibus Viri meritis, rursusque temporum, & locorum necessitate fuisse permotos, ut modicum in rigore Canonum dispensarent. Ordinatus est Episcopus, etiamsi summopere repugnaret, circa annum 410. atque in Epistola statim post Ordinationem scripta, & ad suos Presbyteros data, affirmat, nullum non conatum a se adhibitum, ut id munus amoliretur, & si suo licuisset uti arbitrio, mortem potius fuisse electurum. Spem suam omnem in Deo, cui nihil est impossibile, ponit, petitque, ut & ipsi, & populus pro se orent. In alio loco dicit, sæpius se flexis genibus in terra prostratum ad Deum preces fudisse, ut mori se potius, quam Episcopum ordinari vellet; cujus rei Deum testem invocat. Septem jam menses a tempore Ordinationis effluxerant, priusquam adduci potuerit, ut in medio Gregis sui habitaret. Experiri prius volebat, an officium Episcopale Philosophiæ non adversaretur; quippe animus erat, si conjungi non possent, relicta tellure patria in Græciam migrare, quia intelligebat, se, si inter suos manere vellet, postquam Episcopatum recusasset, totius populi invidiæ, & maledictis ferendis parem non esse futurum.

Ep. II. ep. 95 ad Olymp. ep. 57. ep. 194 v. Petav. not. init.

Fleurius, ut Synesii fides circa omnes articulos salvetur.

rum. Ita de his ad amicum suum Olympium scripsit. Sæculum V. A. C. 412.

§. XLII.

Ep. 95.

Epistola ad Theophilum de S. Chrysostomi amico.

Primo quo Synesius Episcopatum gerebat anno Theophilum Alexandrinum in Causa Alexandri Episcopi Basinopolitani in Bithynia consuluit. *Alexander Cyreneensis*, inquit, *ex Ordine Senatorum, Institutum Monasticum adhuc juvenis amplexus, cum crescente ætate multum profecisset, Diaconus, & deinde Presbyter ordinatus est. Negotiorum causa ad Regiam profectus, litteras commendatitias habebat ad Joannem beatæ memoriæ datas. Liceat mihi per te ita de eo loqui, defunctus enim est, & lites omnes morte finiri oportet.* Hæc Synesii verba notari merentur; quia de S. Chrysostomo loquitur ad Theophilum capitalem ejus inimicum. Tum prosequitur: *Itaque Alexander Joanni commendatus ante Ecclesiarum Schisma ipsius manibus Episcopus Basinopolitanus ordinatus est. Superveniente Schismate amicus illius, a quo ordinatus fuerat, & ejus partibus addictus permansit. Quæ in hac causa acta fuerint nemo te melius scit, & vidi litteras magna prudentia scriptas a te ad Beatum Atticum directas, & eo consilio, sicut mi-* *Ep.* 66.

Sæculum V. A. C. 412.

hi quidem videtur, ut ſuadeas, illius Partis homines recipere.

Hæc Alexander cum illis omnibus communia habet, iſta vero privatim ad eum ſpectant. Annus jam tertius volvitur, ex quo Partes reconciliatæ, & omnia oblivioni mandari juſſa; nihilominus cum in Bithyniam, & ad Sedem ſuam redire deberet, hic inter nos verſatur, & pro privato haberi ſuſtinet. Ego quidem a juvenilibus annis ſacras Leges non ſum edoctus, nec multa hactenus diſcere licuit, cum necdum toto anno Epiſcopus ſim. Cum vero obſervarem eum a quibuſdam Senioribus, timentibus ne in aliquem Canonem peccarent, dure haberi, hos nec damnare, nec imitari volui, ſed ut ſcias, quid fecerim, Alexandrum in Eccleſiam, & ad ſanctæ Communionis Menſam non recepi; at Domi meæ, ut virum irreprehenſibilem honoravi, ipſumque eo cultu, quo alios hujus Regionis colo, proſecutus ſum. In fine rogat Theophilum, ut Auctoritate Succeſſionis Evangelicæ, id eſt Cathedræ S. Marci Evangeliſtæ, ſimpliciter ſibi reſpondeat, an Alexandrum pro Epiſcopo habere debeat.

Facund. Lib. 6. p. 258. 259. &c.

Neſcitur, qualis hic amniſtia, & pax Theophili inita cum amicis S. Chryſoſtomi ſit; aliunde vero conſtat, Theophilum atrox Edictum in S. Chryſoſtomum publicaſſe, quod, ut etiam ad manus Occi-

Occidentalium deveniret, a S. Hieronymo in latinum transferri curavit. (*) Hujus Edicti fragmentum, seu potius extractum nobis supereſt, quod conviciis refertum, nihil aliud, quam effrœnatam Theophili passionem probat. Nunquam is permoveri potuit, ut S. Chrysostomi Nomen Sacris Diptycis insereret, id est, illis tabulis, quibus Nomina Episcoporum in Communione Ecclesiæ defunctorum inscripta erant, & sub Sanctum Sacrificium (**) recitabantur; hæc Theophili pertinacia, ut diximus, magnæ divisionis in Ecclesia per annos ferme viginti causa fuit. Sæculum V. A. C. 412. *Theod. V. hist. c. 34. Sup. n. 13.*

(*) Anonymus I. prudenter dicit, non satis probari hoc fragmentum translationis S. Hieronymi esse. Aliud credendum, viri Sanctitas suadet; nec tanta est fragmentorum, & multo minus extractorum, si ipsum authographum non superſit, auctoritas, ut fidem faciant.

(**) Protestans hic iterum vocem Sacrificii suppressit, & vocem Communionis suppoſuit. Solertissima nequitia quoties hæc vox recurrit, Fleurium corrumpit, & tamen in fine suæ partis I. Tractatum adjecit cujusdam Angli Scriptoris, omnibus viribus probare conantis, etiam in sensu Protestantium Anglorum Cœnam Domini esse Sacrificium. Nempe sicut Interpres noster sæpe nescit quid dicat, ita etiam, quid faciat, non intelligit.

Sæculum V.
A. C. 412.

§. XLIII.

Causa Pauli Erythrienſis.

Ep. 67. Theophilus, cum Syneſii in rebus gerendis dexteritatem agnoſceret, ſæpius eidem negotia in Pentapoli tractanda committebat; Syneſius autem, quæcunque a Sede Alexandrina veniſſent mandata, tanquam divina Oracula venerabatur. Igitur profectionem adornavit, ut oppida Palebiſcam, & Hydracem, in finibus deſerti Lybiæ ſita, viſitaret, quamvis vias a graſſatoribus infeſtari non ignoraret. Hæc oppida a principio Diœceſis Erythrienſis pars fuerant, verumtamen temporibus S. Athanaſii proprium Epiſcopum, Nomine Sidereum, habuerant, cui alter non ſucceſſit. Tunc vero Theophilo animus erat, iisdem rurſus Epiſcopum dare, & Diœceſi Pauli, Epiſcopi Erythrienſis, ea ſubtrahere. Syneſius, ubi illuc pervenit, populum advocat, Epiſtolas a Theophilo ad eos directas tradit, & quas ipſe acceperat, prælegit. Perſuadere conatur, ut Epiſcopum eligant; verum hujus populi affectum, quo in Paulum ferebantur, vincere non potuit. Sua etiam poteſtate uſus, ab Eccleſiæ miniſtris comprehendi illos juſſit, quos licentius reclamare inter populum notaverat; hos cuſtodiæ tradidit tanquam ſeditionis reos,

Sup. l. XVI. §. 23.

&

& pecunia corruptos, atque Ecclesia ex- Sæculum V.
pulit. Nulli labori pepercit, ut populi A. C. 412.
motus compesceret; ea, qua valebat, eloquentia Sedis Alexandrinæ Dignitatem extulit, memorans, quemcunque honorem huic Sedi vel tribuerent, vel subtraherent, eundem ipsi Numini tributum, vel subtractum crederent.

Populus Theophili Nomen pronunciabat, dans maximæ Reverentiæ signa; alii, humi prostrati, inter lamenta quasi præsentem obtestabantur, ne sibi charissimum Pastorem eriperet. Mulieres, manus levantes, & liberos suos præsentantes, oculos claudebant, ne Sedem Episcopalem, noto sibi Pastore vacuam, cernerent. Commota sunt Synesii viscera, & timens, ne aliud, quam sibi commissum fuerat, ageret, conventum solvit, jubens, ut quarta post die redirent, postquam ante horrenda in eos omnes maledicta pronuntiasset, qui vel pecunia, vel partium studio, vel quacunque alia privata utilitate seducti, contra obedientiam, Ecclesiæ debitam, quidquam loqui auderent.

Ubi constituta dies advenit, ardor populi nihil remiserat; non saltem expectarunt, donec interrogarentur, sed unus omnium clamor, & confusæ voces fuere; cum Diaconi silentium imperassent, clamores in fletus, & tristia lamen-

Sæculum V. A. C. 412.

ta deſiere; ſimul viri, fœminæ, infantesque gemebant. Hi Patrem, alii fratrem, alii filium repoſcebant; quippe Paulus ætatis flore vigebat. Syneſio, loqui paranti, turba ſcriptum obtulit, rogans, ut id prælegi juberet. In hoc Scripto adjurabant Syneſium, ut vim populo inferre ceſſaret, & exſpectaret, donec hac ſuper re Legatum cum Decreto ad Theophilum miſiſſent, imo etiam Syneſium rogabant, ut Epiſtola miſſa pro ipſis hanc gratiam precaretur. Tunc eum Presbyteri, & populus docebant, quibus circumſtantiis Sidereus fuiſſet ordinatus, & quomodo, ipſo defuncto, Palebiſca, & Hydrax in priſtinum ſtatum, & Erythrarum ſubjectionem rediiſſent. Imo affirmabant, edito Theophili Decreto, Paulum ſibi datum fuiſſe Epiſcopum. Hoc quidem Decretum non producebant, ſed teſtes adducebant illius Provinciæ Epiſcopos. Syneſius, antequam Ptolemaidem reverteretur, omnia, quæ geſſerat, ad Theophilum perſcripſit, eaque humillime ejus judicio ſubmittebat. Nihilominus eidem inſinuat, ſua quidem opinione, ſingulari hujus populi in Paulum affectui aliquid indulgendum, nec alium eis Epiſcopum obtrudendum.

Paulus Erythrienſis.

Pall. ep. p. 211.

In eodem oppido, qui Hydrax dicebatur, collis erat, in quo ruinæ antiqui munimenti viſebantur, in finibus Diœceſium

cesium Erythrienſis, & Dardanenſis ſiti; Sæculum V.
Paulus Epiſcopus Erythrienſis locum A. C. 412.
hunc ſuæ eſſe jurisdictionis dicebat, quia ibi loco alterius veteris novam Eccleſiam conſecraſſet; contra Dioscorus Epiſcopus Dardanenſis affirmabat, hunc locum omni tempore ad ſe pertinuiſſe; id quidem verum, quondam populum, cum hoſtes incurrerent, illuc ad orandum conveniſſe, verumtamen locum ad orationem non eſſe conſecratum, ſicut etiam conſecrati dici non poſſent montes, & valles, in quibus forte bellicis temporibus populus oraſſet. Poſtquam igitur Syneſius, jubente Theophilo, in hujus litis circumſtantias inquiſivit, apparuit, certiſſimum eſſe, hujus loci Dominum eſſe Dioſcorum; erat vero is locus, modica domus, cujus claves cum Dioſcorus ſecum aſportaſſet, eam Paulus aperiri juſſerat, & allatam a ſe menſam per fraudem conſecraverat. (*) Indigna res viſa Syneſio, quod ſanctæ Religionis cæremonias adhibuiſſet, ut rem alienam uſurparet. *Ego*, inquit: *nihil Sanctum, nihil Sacrum æſtimo, niſi cum juſtitia, & ſanctitate fiat; hinc obtentæ hujus Conſecrationis nulla mihi reverentia fuit. Deus ad illos accedere ſolet, qui ſine pravis affectibus ſunt, & ad recipiendam gratiam diſpoſiti; ſi vero in animis hominum iracundia locum*

(*) En veſtigium Altaris portatilis!

Sæculum V. A. C. 412.

habeat, quomodo Spiritus S. advenire possit, ille nempe Spiritus, quem peccatum ex anima pelleret, si prius in ea habitasset. Episcopus Paulus errorem suum agnovit, & Dioscorus in contractum consensit, quippe locum istum, litis causam, eidem æquis conditionibus vendidit.

§. XLIV.

Alia in Provincia Cyrenaica negotia.

Euod. epist. p. 215.

Cum quidam Presbyter, nomine Jason, Presbyterum alium, cui nomen Lamponianus, verbis offendisset, ab ipso vapulavit; Lamponianus a Jasone accusatus, culpam confessus est, & in pœnitentiam a Conventibus Ecclesiasticis separatus. Is dolorem animi suis lacrymis significabat, rogabatque populus pro eo, ut ei Gratia fieret; at Synesius sententiam non mutavit, & auctoritatem absolvendi Cathedræ Pontificali, id est, Theophilo reliquit. Hoc solum omnibus Presbyteris, qui forte præsentes futuri essent, permisit, ut Lamponiano, in mortis periculo constituto, Communionem darent. *Nemo enim*, inquit: *per me ligatus morietur; si vero sanitati restituatur, pristinis pœnis obnoxius erit, & a vestra benignitate indulgentiæ signum expectabit.* Hic videmus absolutionem ab ipso Metropolita, qui pœnam imposuerat, Superiori reservatam.

Inter

Sæculum V. A.C 412.

Inter alias querelas, quas Syneſius ad Theophilum defert, illa eſt, quod Epiſcopi Epiſcopos leges violaſſe accuſent, non eum in finem, ut condemnentur, ſed tantum ut lucelli occaſio Prætoribus præbetur; ex quo ſequitur, coram iis fuiſſe accuſatos. *Hos tibi non nomino;* inquit, *& rogo te, ne eos in reſponſoria tua nomines, ne fratrum meorum invidiam incurram.* Etiam de quibusdam Epiſcopis vagabundis, ſeu vacantibus, quos Vacantivos vocat, conqueritur; hi propria voluntate Cathedram deſerebant, cui fuerant deſtinati, & diverſis in locis Episcopatus honorem captabant, ibi hærentes, ubi majus lucrum invenirent. Syneſius arbitratur, his deſertoribus omnes functiones Eccleſiaſticas interdicendas, &, donec ad propriam Eccleſiam redeant, ipſis nullibi primum locum concedendum, nec ad Sanctuarium admittendos, ſed, ubi ad Eccleſiam venirent, populo permixtos in ſedilibus laicorum relinquendos. *Fortaſſis*, inquit: *iſte contemptus ad ſuas Eccleſias redire coget, ut ibi honorem inveniant, quem alibi fruſtra quærunt.* Hic exemplum habemus communionis tantum laicæ, Clericis conceſſæ, ut punirentur.

p. 216.

vid. Cang. Gloſſ. Gr. & Latin. v. Petar. *hic.*

Eunomiani, quodam Quintiano inſtigante, Dicœceſin Ptolemaidæ ſuis erroribus inficere, & ſecretos Conventus age-

Epiſt. 5.

Sæculum V. A. C. 412

re tentarunt. Synesius Presbyteros suos monet, ut attendant, & Hæreticos arceant. Et subjungit: *non tantum bona agamus, sed etiam bene. Absit sordida avaritia; omnia propter Deum faciamus. Absit! ut eadem sit vitii, virtutisque materia!* & postea: *Deus virtutem imperfectam non creavit, quæ vitii auxilio indigeat. Nunquam fortes milites Ecclesiæ suæ deesse patietur, qui postquam ei gratuito in his terris servierint, plenam mercedem in Cœlo recipient.* In hunc modum Presbyteros suos hortabatur, ne zelum suum in Hæreticos invidia corrumpi sinerent, nec eos ideo persequerentur, ut ditarentur eorum spoliis, aut oblationibus populi potirentur, sed solius Religionis Bono intenti.

§. XLV.

Excommunicatio Andronici.

Synes. ep. 58

Andronicus Berenice, Pentapoleos urbe, cum pecunia Præfecturam Patriæ suæ obtinuisset, more tyrannorum imperabat, multis se criminibus in Deum, & homines polluens; in flagitiis adjutorem habebat, quemdam, nomine Thoam, quem ex carcerum custode nescio cujus tributi exactorem fecerat. Forum populi gemitibus resonabat; Palatii porticus, ubi jus dicere Prætores solebant, jam supplicii locus erat. Is novos torquendis

dis hominibus modos invenit, & qua ar- Sæculum V.
te pedes, digiti, nares, aures, labia acer- A.C. 412.
bius comprimerentur. Oppressus populus a Synesio auxilium petiit; is Andronicum monuit, sed operam perdidit; increpavit, & pejor factus est, nam, ut gravior esset contemptus, Edicta sua Ecclesiæ januis affigi jussit, minasque terribiles in Presbyteros inseruit. Tandem, cum quadam die Episcopus accurrisset, ut manibus ejus liberaret virum nobilem, quem insontem torquebat, ait Andronicus: *Frustra in Ecclesiam spem ponis; nemo Andronici manibus se eripiet, licet ipsius JEsu Christi pedes amplecteretur.* Impia verba ter repetiit, quamvis Christianum se profiteretur.

Exinde Synesius hominem incorrigibilem judicavit, & membrum putidum, quod a Fidelium Societate esset resecandum. Ergo, convocatis Ecclesiæ Ptolomaidensis suæ Clericis, sententiam excommunicationis scripsit in hunc modum: *Nullum Dei templum Andronico, aut suis, aut Thoæ pateat. Omnia loca Sacra, & ambitus eorum eisdem occludantur. Non est Diabolo locus in Paradiso. Si occulte ingressus fuerit, ejiciatur! omnes privatos, & Magistratus exhortor, ne cum eis sub eodem tecto degant, aut eidem mensæ accumbant. Ne vivis colloquantur, aut mortuorum exequiis adsint. Præci-* Epist. 58. p. 203. Excommunicatio.

pue

Sæculum V. A.C. 412.

pue Presbyteri hoc præcepto teneantur: si quis hanc Ecclesiam, quod exigua sit, spernat, aut credat, se ad obedientiam non obligari, quod pauper sit, & ab ea excommunicatos recipiat, sciat, quod Ecclesiam scindat, quam JEsus Christus unam esse vult. Si quis receperit, seu Diaconus, seu Presbyter, seu Episcopus, hunc Andronico non meliorem reputabimus, dextram non porrigemus, cum eo cibum non sumemus, multominus in Sanctis Mysteriis cum illis communicabimus, qui cum Andronico, & Thoa communicare volent.

Huic Sententiæ adjuncta erat epistola, nomine Ecclesiæ Ptolemaidæ ad omnes Episcopos directa, qua excommunicationis causæ, & Andronici crimina indicabantur; exordio dicebat, ipsum nec
Ep. 57. Christianum reputari, nec dici oportere, sed tanquam a Deo damnatum, omnibus Ecclesiis cum tota familia ejici. Ipsa excommunicatio in conventu quoque populi Ptolemaidæ prælecta; postquam Synesius sermonem habuit, quo eis in memoriam reduxit, quanta repugnatione Episcopatum suscepisset, quot molestias, & præprimis Andronici crimina sustineat, hortatusque deinde, ut sibi alium Episcopum eligant; ad hanc vocem clamor populi exortus; videns Synesius, quod persuadere non posset, ut se dimitterent,
p. 198. in aliam diem rem distulit. In isto sermone

mone de distinctione utriusque Regimi- Sæculum V.
nis, Spiritualis, & temporalis memorabi- A.C 412.
lia verba edicit. *Ipsa experientia vobis ostendere volui, quod potestatem politicam Sacerdotio jungere, nihil aliud sit, quam incompatibilia contexere velle. Antiquitas* Idem. epist.
Sacerdotes habuit, qui simul essent judi- 121.
ces. Ægyptii, & Hebræi multo tempore Sacerdotes Reges numeravere. At me Judice, ex quo Deus istud Regimen hominibus reliquit, utrumque vitæ genus separavit; hoc sacrum, alterum Politicum esse jussit. Alios homines materiæ, alios sibimetipsis affixit. Illi negotiis, nos orationi ex officio incumbamus. Quare igitur conjungere vultis, quæ Deus separavit, & nobis onus imponere, quod non convenit? si defensione indigetis, ite ad judices, quorum est legibus definita exequi. Si Deo vobis opus est, ad Episcopum recurrite! veri Sacerdotii finis est contemplatio, quam actio, & negotiorum turba excludunt. Et deinde: *ego quidem Episcopos illos non damno, qui curis sæcularibus implicantur, sed cum me uni oneri vix sufficere videam, illorum robur, qui utrumque portare possunt, admiror.*

Andronicus excommunicationis ful- *Ep. 72.*
mine perterritus, vela contraxit, & morum suorum conversionem promisit. Omnes Synesium rogabant, ut eum reciperet, ipse solus id non expedire sentiebat,

Sæculum V. A. C. 412.

bat, persuasum sibi habens, sub pœnitentiæ larva hypocrysin latere. Credebat enim, & prædicebat, prima occasione malam viri naturam redituram. Nihilominus plurimorum, eorumque Episcoporum, qui rerum experientia sapiebant, consilium secutus, quippe hæc primo ordinationis suæ anno contigere, ad Episcopos mittere distulit epistolam, quam contra eum scripserat, & recepit, iis conditionibus, ut imposterum sibi similes humanius haberet, & ratione regi se permitteret. Is, ut ominatus fuerat Synesius, pejora prioribus commisit, novasque antiquis causas excommunicationis addidit, quæ quidem dilata, non oblata fuerat; scripsitque Synesius ad Episcopos, ut Ecclesia excluderetur. Verumtamen post hæc, cum Andronicus Principum Gratia excidisset, &, vices reddente fortuna, pessime mulctaretur, Synesius, ut ipse scribit, Spiritum Ecclesiæ induit, quo prostrati relevantur, & superbi dejiciuntur; hinc pro ipso preces interposuit, ita ut illorum, qui auctoritate potiebantur, patientiam fatigaret. A funesta illius tribunalis, ubi damnatus fuerat, sententia eum liberavit, in tristi casu, quantum potuit, adjuvit; imo ipsi Episcopo Theophilo commendavit. Hæc haud diu post ejus excommunicationem acta fuerint.

Ep. 89.

§. XLVI.

§. XLVI.

Sæculum V.
A C. 412.

Theophili fatum. S. Cyrillus.

NAm Theophilus, Episcopus Alexandrinus, lethargo obrutus, mundo exiit, decima quinta Octobris, Honorio nono, & Theodosio quinto Consulibus, id est, anno 412. cum hanc Sedem tenuisset ab anno 385. viginti septem annis. Moriens dixisse fertur: *quam felix es, Abbas Arseni! quod horam mortis semper ante oculos habueris.* Aliqua scripta posteritati reliquit; magnum volumen contra Origenem, in quo ferme omnia ejus scripta, ipsumque auctorem reprehendebat, affirmans jam ab antiquis fuisse damnatum. Contra Antropomorphitas quoque longum tractatum edidit, ubi per Sacras Scripturas probabat, Deum esse incorporeum. Præter epistolas Paschales, quas singulis annis emittebat, aliquæ epistolæ canonicæ nobis supersunt, & primo Edictum de Vigilia Epiphaniæ, quæ tunc in diem Dominicam incidebat. In hoc festo Ægyptii simul Baptismum, & Nativitatem JEsu Christi celebrabant, & pridie jejunabant; at quia die Dominica jejunare non licet, jubet Theophilus, ut, isto casu existente, tantum pauci dactyli comedantur, non mutata officii hora, quod Vespere, & post horam nonam peragetur. In quodam Rescripto ad Ammonem

Socr. VII. c. 7. Sup. XVIII. §. 36 vitæ PP. de compunct. l. III. § 5. p. Gennad. Script. c. 33. Sup. XX. §. 50. Synes. ep. 9. ap. Bals. & to. 2. Conc. p. 1797. Cass. Coll. X. c. 2.

can. 2.

Sæculum V. A. C. 412.

monem in Provincia, quæ Lyco dicebatur, directo imperat, ut illi deponatur, qui cum Episcopis Arianis communicarunt; c. 6. ut ordinationes ab Episcopo fiant, cum consensu, & approbatione totius Cleri, in medio Ecclesiæ, præsente populo, atque ut Episcopus alta voce quærat, an populus etiam bonum testimonium ordinando dare possit; nulla vero ordinatio secreto fiat, cum Ecclesia sit in pace, id est, sub Principibus Christianis libertate fruatur. c. 7. Quod de oblationibus supereſt, præter ea, quæ in Sanctis Mysteriis consumpta fuere, inter Clericos dividatur; Catechumeni de eo non bibant, nec comedant, sed tantum Clerici, & Fideles, qui cum ipsis vivunt. Nempe panis, vinumque pro Sancto Sacrificio abundanter offerebatur. (*) Alii Theophili Canones plerique causas particulares tangunt; ex omnibus vero elucet magna per totam Ægyptum Episcopi Alexandrini Auctoritas, qua Canones observari jubebat, aut exigente necessitate dispensabat, rursusque ab Episcopis facta vel probabat, vel reformabat. Non obstante illa Divisione, cui causa S. Chrysostomi ortum dedit, Theophilus in Communione

(*) Hæc Protestans nec satis sincere reddidit pag. 167. part. IV. & iterum vocem Sacrificii mutavit.

munione Ecclesiæ universalis, & specia- Sæculum V.
tim Romanæ defunctus est, quod ex Ti- A. C. 412.
tulis honorificis, quibus a S. Leone Papa *Ep. 94. 95. al. 64. 65.*
decoratur, dignoscitur, ejusque Doctri-
na semper pro orthodoxa habita. (*)

In Theophili locum electus est Cyril- *Socr. VII. c. 7. & ibi Vales.*
lus, nepos ejus ex sorore; res vero diffi-
cultate non caruit, nam alii Timotheum
Archidiaconum volebant eligere; huic
Abundantius, qui militiæ præerat, fave-
bat, populusque usque ad seditionem
tumultuatus est. Vicit vero Cyrillus,
& triduo post obitum Theophili Throno
Episcopali impositus est, reportata de ad-
versariis victoria, majori auctoritate Re-
gimen suscepit, ac ipse Theophilus vigue-
rat, quippe ex eo tempore Episcopi Ale-
xandrini, Potestatis Spiritualis limites ali-
quatenus transgressi, Regiminis tempo-
ralis partes delibarunt. Novæ potestā-
tis experimentum cepit Cyrillus, dum
Novatianorum Ecclesias clausit, & omnes
thesauros abstulit.

§. XLVII.

S. Augustinus pro Donatistis intercedit.

Licet magnus Donatistarum numerus
post Colloquium fuerit conversus,
aliquo-

(*) Aliud dicunt Tillemontius, & Dupinus, si cui legere placeat.

Sæculum V. A. C. 412.

aliquorum tamen obſtinatio tanta fuit, ut dicerent, ſe Donatiſtas permanſuros, etiamſi ſibi Doctrinæ Catholicæ veritas, ſuæque opinionis falſitas demonſtraretur. In ipſam urbem Hipponem eorum Circumcelliones, & Clerici penetrarunt, qui ex inſidiis erumpentes, Presbyterum Catholicum, nomine Reſtitutum, occiderunt, alterique, cui nomen Innocens, de domo ſua vi abducto, oculum unum eruerunt, & ſaxis unum digitum contriverunt. Hos publici Civitatis apparitores comprehenſos ad Comitis Marcellini tribunal perduxerunt; ipſo jubente de reis quæſtio habita, non quidem pro more in equuleo, ubi ungues ferrei, flammæque adhibebantur, ſed inflictis acribus virgarum verberibus. Sic crimen confeſſi ſunt.

Aug. epiſt. 139 al. 158. ad Marcell. n. 1. Epiſt. 134. n. 2. ad April.

S. Auguſtinus, timens, ne ſecundum omnem legum rigorem punirentur, ad Comitem Marcellinum epiſtolam dedit, obteſtans, ut mitius cum reis ageret, quam ipſi Catholicos habuiſſent; *poſſemus quidem*, ait: *eorum necem diſſimulare, quia eos non accuſavimus, nec tibi tradidimus; ſed abſit, ut ſervorum Dei Martyrium pœna talionis vindicetur! non id quidem cupimus, ut ſceleſtorum malis perpetrandi libertas integra ſit, ſed optamus, ut nec vita priventur, nec mutilentur, ſed ab inſana rabie ad vitæ rationem*

Epiſt. 133.

lit

lis tranquillitatem cogantur, atque a suis criminibus ad utilem laborem compellantur. Nempe petebat, ut vel in perpetuis carceribus detinerentur, aut ad opera publica damnarentur. In hac epistola S. Augustinus memorat, sæpe Episcopos in suis judiciis virgarum castigatione usos fuisse, quod Magistri in tyrones, & Patres in liberos solebant. Sæculum V. A. C. 412. *n.* 2.

Scripsit quoque Proconsuli Apringio, cujus erat delinquentes hos judicare; erat ipse Marcellini frater, & juxta eum Christianus. S. Augustinus eadem ipsum rogat, dicens: *si ad Judicem, qui Christianus non esset, scriberem, non ista quidem afferrem, verumtamen non ideo Ecclesiæ causam desererem; & si in virum inciderem, qui patienter audire me vellet, exponerem; ea, quæ Catholici a suis persecutoribus sustinent, Christianæ patientiæ exempla esse oportere, quæ inimicorum suorum sanguine deleri non debent. Et si precibus meis nihil daret, suspicari mihi pronum esset, solius Religionis odium obesse.* Et deinde: *effectum est, ut inimici Ecclesiæ, qui sic dicta persecutione, quam tantopere jactant, simplicium animos seducere conantur, horrenda crimina, in Clericos Catholicos commissa, suo ore confiteri coacti sint. Acta, ut seducti sanentur, prælegentur; vis, ut nobis non liceat acta* *Ep.* 134. *al.* 160. *n.* 2.

Sæculum V. A. C. 412.

ista legendo ad finem perducere? si nempe miserorum cruentum exitum referant; vis, inquam: ut suspicioni locus sit, eos, qui passi sunt, Catholicos malum pro malo reddere voluisse?

Cum Marcellinus hujus Judicii acta Sancto Augustino transmittere, sicut promiserat, differret, scripsit denuo, ut cunctantem impelleret; volebat enim ea in Ecclesia Hipponensi prælegi, & si fieri posset in omnibus hujus Provinciæ Ecclesiis, ut omnibus pateret, quod Donatistæ, qui se ab Ecclesia separassent speciosо illo obtentu, ne criminum, quibusdam Catholicis afflictorum, participes se redderent, magnam sceleratorum hominum, & juridice convictorum multitudinem inter se vivere paterentur. Iterum Marcellinum rogat, ut reis vitam servet, aliisque, qui obstinati in rebellione, vim adhibebant, ut Ecclesias aperirent. Et subjungit: *si Proconsul a proposito eos morte puniendi dimoveri non potest, saltem actis epistolas, quas vobis ambobus hac super re scripsi, inserite. Si nec istud obtineo, saltem reos in custodia detineat, & nostrum erit ab Imperatorum Clementia impetrare, ne passio Servorum Dei fuso inimicorum suorum sanguine dehonestetur. Scio, Imperatoris lenitatem facile concessisse veniam Paganis, Clericorum Anauniæ interfectori-*

Ep. 139. *al.* 158.

Sup. XX. §. 22.

fectoribus, qui hodie honore, Martyribus debito, coluntur. (*)

Sæculum V. A. C. 412.

Mm 3 §. XLVIII.

(*) Ad hunc Numerum posita est Reflexio Patris Balduini, sed est error Typographi, pertinet enim ad hujus libri Numerum XXII. R. P. Balduinus reprehendit, quod Fleurius, extrahens aliqua ex epistolis S. Nili, illa verba epistolæ I. in libro IV. non adduxerit: *Si Spiritu compungi cupis, ne legas libros Gentilium, nec Historicos, nec Oratores, nec ullatenus veteris Testamenti Scripturam &c.* Si omnia voluisset afferre Fleurius, non excerpsisset, sed totum descripsisset. At! ideo omisit, & quidem studiose, quia sensit, Doctrinam S. Nili suis principiis adversari, nam Fleurius dicit, ei, qui Historicus esse cupit, etiam profanos Auctores, atque ipsam totam S. Scripturam esse legendam. Respondeo: optime scripsit S. Nilus pro eo, qui vult compungi, & etiam Fleurius optime pro eo, qui vult erudiri, quippe omnia tempus habent, R. P. Balduinus vero nihil minus, quam Fleurii malam fidem probat. Sed iterum! Fleurius scripsit suam Historiam etiam pro non doctis, quod nobis, ut ait P. Balduinus, nunquam memoria excidat! respondeo, ex hoc sequi posse, Fleurium errasse, judicando, suam Historiam legere etiam non doctis expedire, non vero quidquam mala fide scripsisse. Nec etiam credendus est Historiam texuisse omnino rudibus, cum petat a lectoribus suis, ut fontes, unde ea, quæ narrat, expromsit, inspiciant, quod vulgus non potest.

Sæculum V.
A. C. 412.

§. XLVIII.

S. Augustini Labores.

Sub finem hujus epistolæ S. Augustinus, quantis laboribus prematur, significat in hunc modum: *si tibi rationem reddere possem impensi temporis, & laborum omnium, quos suscipere coactus sum, admiratio haud dubie, simulque commiseratio te tangeret, quod tanta negotiorum mole obruar, nec tamen his me ipsum liberare liceat; hæc est causa, quæ me illud opus, quod a me instanter petis, aggredi non sinit; id tamen facere opto, atque ob hoc ipsum, quod hoc exequi non possim, ultra quam credi possit, affligor. Quando paulisper otium est ab incursu illorum, qui quotidie negotiorum causa ad me veniunt, & ita premunt, ut devitare nequeam, nec contemnere liceat, non desunt alia scripta concinnanda, & præferenda, quod ea temporis ratio differri non permittat; etenim Charitas non amicitiæ gradu, sed indigentium necessitate regitur. Hinc, quamvis modica sint intervalla inter negotiorum turbas, quibus me vel aliorum necessitas, vel emendandi pravi affectus fatigant, nunquam tamen mihi desunt dictanda, quibus ab illis distrahor, quæ magis genio arriderent; ita, ut quid mihi agendum, nesciam!* opera, quæ tunc sub manibus ejus erant, notat sequentia: *libros de Baptismo infantum,*

fantum, *Breviculum Actorum Colloquii*, *Epistolam ad Donatistas Laicos*, *duas prolixiores epistolas ad Volusianum*, & *Marcellinum*, & *longam epistolam ad Honoratum*. S. Augustinus sæpius in suis operibus mentionem facit de laborum suorum multitudine, & præsertim in epistola ad Dioscorum, ut eum a vano rerum occultarum studio aversum ad seriam Philosophiæ Christianæ Doctrinam reduceret.

ep. 141. *ep.* 137. 138. *ep.* 140. *ep.* 118. *al.* 56. *n.* 1. *n. ult.*

§. XLIX.

Concilium Cirthanum.

Epistola S. Augustini ad Donatistas est illa Concilii Cirthani, seu Zertensis, in quo Silvanus, Numidiæ Primas præerat. S. Augustinus nomine omnium Episcoporum, quibuscum Concilio interfuerat, loquitur, ut refutet Episcoporum Donatistarum calumniam; quippe in populum sparserant, Marcellini Tribuni fidem pecunia corruptam fuisse, ut se damnaret. Compendio recenset, quæ in Colloquio Carthaginensi acta fuissent, præcipue in usum illorum, qui ipsa Acta habere non possent, aut quibus ea legere nimis longum foret. *Nihil intentatum reliquerunt*, inquit: *ut nihil ageretur, cumque id efficere non potuerint, saltem, inutili garritu sæpissime immixto, hoc facere non omiserunt, ut acta sine nausea legi nequeant.* Illam veritatem, quæ im-

ep. 141. *al.* 152. *n.* 3. *n.* 7.

Sæculum V. A. C. 412. prudentibus exciderat, acriter ingerit; Perſonam, vel delictum unius alteri nocere non poſſe, & omnia reliqua referri, quæ contra ſeipſos vel dixiſſent, vel confeſſi fuiſſent; tum ſubjungit: *ſi Judici pecuniam dedimus, ut pro nobis pronuntiaret, num fortaſſis etiam Donatiſtas bonis corrupimus, ut tam multa dicerent, & acta legerent, nobis faventia, ſibi ipſis vero adverſa?* Leniter hortatur, ut veritati victas manus dent, nec diutius reſiſtant. Data eſt hæc epiſtola decimo octavo Calendas Julii, cum Honorius nono Conſulatum gereret, id eſt, 14. Junii, anno 412. Circa idem tempus S. Auguſtinus ad duos Presbyteros, Saturninum, & Eufratem, qui ad unitatem Eccleſiæ redierant, epiſtolam dedit; hortatur ad perſeverantiam, ac ut quisque in Eccleſia ſuis functionibus ſecundum ordinem ſuum vacet. Scripſit quoque Cirthæ civibus, reditum ad Eccleſiam gratulatur, monetque, ut non ſibi, ſed Deo hoc Beneficium adſcribant. Hujus civitatis converſio Concilii, ibi habiti, fructus fuiſſe videtur.

n. 6. 7.
n. 12.
n. 2. n. 13.
ep. 142. al. 258.
ep. 144. al. 130.

§. L.

Epiſtola ad Marcellinum. Politica.

ep. 138. al. 5. Longa ad Marcellinum epiſtola, cujus S. Auguſtinus meminit in præcedenti, ad aliquas quæſtiones reſpondet, ab eo ſibi propoſitas; maximi inter cæteras

ras momenti illa erat, qua ratione Religio Christiana, & Politica simul stare possent? Pagani enim dicebant: *quomodo cum Ratione Status combinari possunt morales Regulæ; ne cuiquam malum pro malo reddatur; ut quis percussus in una maxilla, præbeat & alteram? & cætera. Quis unquam sua ab inimico auferri patienter fert? quis civium Barbaris, Imperii Provincias devastantibus, jure belli vices reddere non conatur? quis non videt, quantum Principes Christiani, dum suæ Religionis principia sequuntur, Imperio nocuerint.* Sæculum V. A.C. 412. ep. 136. al. 4.

Respondet S. Augustinus; non ulcisci injurias, rem esse Gentilibus, Romanisque laudatissimam; nihil aptius conservandæ civium concordiæ, & unioni, quæ Societatis Civilis vinculum est, & veræ Politicæ fundamentum. Errantes patientia, & mansuetudine sincerius emendari, quam si rigorem adhibueris. Præceptum præbendi maxillam alteram, aliaque similia secundum litteram accipi non debere, nec ea semper externe, sed secundum cordis dispositionem adimpleri. Hac lege non obstante, malos puniri, ut Beneficium etiam nolentibus exhibeatur, sicut Pater filium affligendo corrigit. Bellum quoque hunc in finem geri posse, ut improbis facultas impune male faciendi, quod malorum omnium maximum, aufferatur. Nec omnino in Evangelio *ep.* 138. *al.* 5. *c.* 2. *n.* 9. 10. *&c.* *Luc.* 3. 14.

Sæculum V. A. C. 412.

bella gerere esse prohibitum, cum ibi militantium officia præscribantur; si tales nobis milites dentur, tales sint in Provinciis populi, mariti, uxores, liberi, Domini, Servi, Reges, Judices, tales sint tributis exigendis Præfecti, & ea pendentes, si quisque in sua conditione vitæ talis sit, qualem Lex Christiana esse exigit, neminem mortalium dicturum, hanc Legem Bono Reipublicæ adversari.

Si Principibus Christianis objiciatur, quod Imperio Romano ruinam parassent, id per calumniam jactari, cum jam ante illatam Evangelii lucem, conquestus fuisset Salustius, avaritiam, fastum, luxuriam evertere cœpisse Rempublicam. Juvenalem vitiorum istorum progressum observasse, quantumque Romani divertissent a Majorum suorum frugalitate, & paupertate, illis scilicet virtutibus, quibus Imperii Majestas fundata esset; Deum, quidquid virtutis etiam sine vera Religione in Romanis fuisset, data Potentia temporali remuneratum. S. Augustinus, ut utilissimam materiam ex ipsis visceribus pertractaret, haud multo post magnum opus de Civitate Dei, eidem Marcellino dicatum, scribere cœpit.

§. LI.

Epistola ad Volusianum.

Volusianus, ad quem S. Augustinus eodem

eodem tempore notissimam epistolam scripsit, ex Romana Nobilitate genus ducebat, Albinæ Frater, & junioris Melaniæ agnatus. Necdum Christiana Sacra profitebatur, sed humanis litteris, & Philosophia instructissimus erat. S. Augustinus suaserat, ut Sacras Scripturas, eas præcipue, quas SS. Apostoli exarassent, legeret, ut ad legendos Prophetas, ab ipsis citatos, excitaretur. Simul exorituras legenti difficultates soluturum se promittebat. Factum etiam, ut Volusianus quasdam quæstiones de Incarnatione Verbi, & JEsu Christi miraculis S. Augustino proponeret, sub finem adjungens: *in aliis Episcopis toleratur aliquatenus ignorantia, sed quando Augustinum interrogamus, quidquid ignorat, Religioni deesse putamus.* Marcellinus Volusiani amicus huic epistolæ illam conjunxit, ad quam modo responsoriam retuli. S. Augustinus in responsione ad Volusianum dicit; Verbum Dei, cum corpus voluisset assumere, ut se nobis sensibilem redderet, illud ex Virgine sumpsisse, & cum eo omnes naturæ humanæ infirmitates, ut se vere hominem esse probaret. Deum unitum esse homini, ut JEsus Christus in una Persona subsisteret, sicut anima, in unoquoque homine corpori unita, unam tantum Personam constituit, ea solum differentia, quod facilius concipiamus unionem

Sæculum V. A. C. 412.

ep. 132. *al.* 1. *v. not. ibi.*

ep. 135. *al.* 2.

ep. 137. *c.* 6. 7. *&c.*

n. 11.

Sæculum V. A.C. 412.

nem duarum rerum incorporearum, quales sunt Verbum Divinum, & JEsu Christi anima, quam duarum rerum, sicut animæ, & corporis nostri, quorum alterum utique corporeum est. JEsum Christum veniſſe, non solum ut homines omnem veritatem doceret, sed etiam ut necessarium ad salutem auxilium tribueret. S. Augustinus deinde miraculorum ejus magnitudinem ostendit; ea quidem Gentiles non negabant, sed his conficta miracula Apollonii, Apuleji, aliorumque Magorum opponebant. Tandem omnia pro Religione Christiana argumenta ex concinnato compendio totius Historiæ, ut Religionem spectantis, a vocatione Abrahæ ad sua usque tempora colligit.

n. 13.

n. 15.

§. LII.

Epistola ad Macedonium.

ep. 152. *ap. Aug. ep.* 153. *al.* 54. n. 3.

Sanctus Augustinus non tantum pro Donatistis intercedebat, sed omnis generis reos ab ultimo supplicio, pro omnium Episcoporum more, liberare satagebat; hæc est materia prolixæ epistolæ ad Macedonium, Africæ Vicarium, datæ, qui ejus hac super quæstione consilium expetierat. S. Augustinus respondet: *nobis quidem peccatum non probatur, sed misereret nos hominis, dum simul crimen detestamur; & cum in hac tantum vita locus emendationi esse possit, Charitas, qua in*

Genus

Genus humanum ferimur, urget, ut pro reis deprecemur, ne supplicium, quod hujus vitæ finem faceret, pœnæ sequantur nunquam finiendæ. Ut deinde ostendat, has preces pro sontibus Religionis Auctoritate muniri, qua de re Macedonius dubitare videbatur, exemplum affert Bonitatis Divinæ, Solem super justos, & injustos oriri facientis; Deum in hoc Mundo aliqua, quamvis admodum pauca, crimina punire, ne quis de Cœlesti Providentia dubitare audeat, reliquorum vero vindictam in novissimum diem differre, ut tunc terribilis justitia omnibus colluceat. *Quam ob rem*, inquit: *malos diligimus, eis benefacimus, pro eis oramus, quia Deus præcipit; at nullam de peccato partem accipimus, sicut nec Deus; hæc facimus, ut, Deum imitantes, peccatores ad pœnitentiam perducamus. Si Deus illos quoque, quos scit pœnitentiam non acturos, patienter tolerat, quanto magis nos commiseratione eorum tangi oportet, qui emendationem promittunt, licet securi non simus, an quod promittunt, impleturi sint?* Ex his verbis colligendum videtur, Episcopos non promiscue pro omnibus intercedere solitos, sed pro illis solum, qui conversuros se, recipiendo Baptismum, vel pœnitentiam promittebant. Quæ superius S. Augustinus dixit, satis indicant, quam parvi fecerit illam pœnitentiam, quam

Matth. 5, 44.

Rom. 11. 3.

Sæculum V. A. C. 412.

quam damnatus illo temporis intervallo, quod inter ſententiam, & ſupplicium fuiſſet, agere poſſet.

Macedonius objecerat conſuetudinem Eccleſiæ, una non ſæpius vice peccatorem ad pœnitentiam publicam admittendi. Id S. Auguſtinus non negat, ſed ſubjicit, non idcirco Deum minus Miſericordem eſſe in peccatorem relapſum; & ſic proſequitur: *Si quis eorum ad nos diceret: aut ſecundo me recipe ad eandem pœnitentiam, aut permitte, ut deſperationi agi me patiar, & quidquid lubet faciam, vitiis, & voluptatibus me dedam, quantum facultates meæ, & leges humanæ ſinent; ſi vero hortaris, ne faciam, dic mihi, an rem ad ſalutem meam proficuam facturus ſim, ſi me ipſum mortificavero, ſi severius quam antea corpus meum maceravero, ſi abundantius eleemoſinas largitus fuero, verbo, ſi meliorem vitam duxero, & ferventiorem Charitatem habuero? nemo noſtrum ita inſaniet, ut reſpondeat, hæc omnia ei nihil ad ſalutem profutura. Igitur Eccleſia ſapientiſſime ordinavit, ut iſta pœnitentia confuſionis plena unica vice concederetur, ne remedium iſtud, eo magis ſalutare, quo minus contemptui expoſitum eſt, minus utile redderetur, ſi magis commune evaderet. Nihilominus quis audeat Deo in faciem dicere: quare iſtius hominis rurſus miſereris*

ep. 152. n. 2.

ep. 153. n. 7.

reris, qui post primam pœnitentiam relapsus est?

S. Augustinus illud deinde argumentum urget, a peccatoris conditione desumptum, quæ omnibus hominibus communis est, atque simul Judicibus, accusatoribus, & intercessoribus inhæret, omnesque obligat pro officiorum suorum diversitate, & humanitatis vinculo peccatoribus parcere. Tum sic concludit: n. 8. 9. &c.

Vides igitur, intercessiones nostras a Religione approbari, & licere nobis gratiam flagitare etiam pro sceleſtissimis, quia ad peccatores pro peccatoribus peccatores loquimur. n. 15.

Non ideo inferendum, Supremam Potestatem, Jus vitæ, & necis, ferrum, n. 16. S. Augustinus. *arma frustra esse instituta; hæc enim omnia regulas suas, causas, & emolumenta habent; sic improbi timore coercentur, & bonis inter malos viventibus securitas præstatur. At Episcoporum preces non adversantur huic rerum humanarum ordini, quo conservantur; eo major fit gratia fontibus, quo magis puniri merebantur.*

Ignoscere crudelitas sæpe est, atque punire misericordia. Hinc puniendus quidem est, sed vita reo non eripienda, ut supersit, quem pœna inflicta sanet. Nec id inficiasimus, dari, quibus vi muneris sui, aut nata occasione, licitum est, improbos necare, sunt Judices, carnifices, viator, quem Grassator invadit, miles in bello. Sæpe n. 17.

fit,

Sæculum V. A. C. 412.

fit, ut qui alterius necis occasio, vel causa est, culpa vacet; intentio omnes judicet.

n. 18. *Itaque, etiamsi reus, quem supplicio precibus liberaverimus, majora prioribus mala perpetret, id nobis non imputandum, sed pia intentio consideranda, & bona inde evenientia, dum Evangelium prædicantium mansuetudine audientibus dulce redditur; & salus æterna illis, quos morte temporali eripimus, procuratur.*

Præterea Macedonius querebatur, Episcopos pro reis intercedere, qui ablata restituere nollent. S. Augustinus edicit, hæc simpliciter contra ipsorum voluntatem fieri; non dari veram sine restitutione pœnitentiam, eumque, qui reum de restituendi necessitate non monet, criminis complicem fieri. Sed quando reus, quod rapuit, amplius non habet, aut si se habere neget, ad restituendum obligari non potest; quia vero Episcopi sæpe ab istiusmodi hominibus decipiebantur, a Judicibus incusabantur, quod reorum malæ fidei faverent. In hoc loco S. Augustinus Judicibus, testibus, advocatis, & ministris justitiæ inferioribus optimas regulas in diversis restituendi generibus tradit. Macedonius hanc S. Augustini epistolam magna animi gratitudine accepit, &, argumentorum pondere convictus, quibusdam reis, quos sibi commendaverat, vitæ gratiam fecit.

n. 21.

ep. 154. al. 51.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXIII.

S. INNOCENTIUS I. PAPA.
THEODOSIUS II. ET HONORIUS.
IMPERATORES.

§. I.

Initia Pelagii, & Celestii.

Hæresi Donatistarum intereunte, alia, illaque periculosior, ferale caput extulit, nempe Pelagianorum, quæ prima vice in Concilio, anno 412. Carthagine coacto, damnata. Pelagius, exitii Auctor, in magna Britannia primo lucem aspexerat, parentibus obscuris; hinc non statim in primis annis bonis litteris imbutus. Institutum Monasticum amplexus, Laicus permansit, nec dum de eo

Sæculum V. A.C. 412.

Oros. apol. c. 26.

Sæculum V. A. C. 412.

eo sermo erat, alia, quam Monachi conditio, apponebatur. Multo tempore Romæ moratus, & plurimis notus, magnæ virtutis opinionem aliis de se creavit; eum S. Paulinus amavit, & S. Augustinus magni fecit. Viris doctis quoque accessebatur; nam non nulla opera utilia conscripsit, scilicet tres Libros de Trinitate, & Textuum ex Sacra Scriptura, ad mores pertinentium, collectionem.

Aug. de gest. Pel. c. 22. Gennad. de Script. c. 42.

Dum Romæ versatur Pelagius, in Hæresin contra Gratiam incidit, a quodam Syro, cui nomen Rufinus, seductus; nam error iste jam in Oriente serpebat; hunc Theodorus Episcopus Mopsuestensis docebat, cujus origo ad Origenis Principia referebatur. Igitur Rufinus Syrus, cum Romam venisset, Anastasio Pontifice, nempe circa annum 400, primus hanc Doctrinam attulit; &, quia astutissimus erat, eam ore proprio tradere non ausus, ne proborum odium incurreret, Pelagium Monachum decepit, eumque in suis Principiis plene imbuit. Pelagius circa annum 405. de Gratia disputare cœpit; quadam die in colloquio Episcopus retulit illa S. Augustini in ejus Confessionibus verba: *Domine da nobis quod jubes, & jube, quod vis!* hæc ubi Pelagius audivit, impatientissime tulit, atque adeo exarsit, ut vix se contineret, quin cum eo, qui protulerat, jurgaretur. Cœterum erro-

Mercat. common. in lib. sub. not. p. 30. ed. Garn.

Pelagius.

Aug. de dono Persev. c. 20. n. 53.

res

Sæculum V, A.C. 412.

res suos solerter dissimulans, eos clarius a suis discipulis exponi curabat, ut præsciret, quo animo in publicum sparsi exciperentur, ut eos deinde vel probaret, vel damnaret, prout hoc, illudve ad propositum sibi finem consequendum aptius judicaret. Ita ejus Doctrina brevi tempore multum prolata. *Hier. ad Ctesiph. c. 4. & 6. Jul. 3.*

Inter Pelagii Discipulos eminuit Celestius, a qua eadem Hæresis nomen traxit. Is nobili genere, & Evnuchus natus, postquam aliquamdiu in foro causas dixerat, Monasterium ingressus est, unde tres ad Parentes epistolas dedit, nihil aliud, quam exhortationes ad virtutem amandam continentes. Postmodum, Pelagium secutus, Doctrinam de peccato originali impugnare cœpit. Magister, Discipulusque ingenio, & subtilitate valebant, sed liberius, & majori audacia agebat Celestius. Urbe Roma excesserunt, paulo ante quam caperetur, id est, ad annum 409. in Siciliam tunc trajecisse, & inde in Africam creduntur. Pelagius Hipponem venit anno 410, at de dogmate silens pertransiit. Inde Carthaginem delatus, S. Augustino, ad quem errores ejus fama detulerat, semel bisve collocutus est; S. Augustinum vero tunc temporis cum Donatistis colloquia totum occupabant, namque annus 411. agebatur. Pelagius conscensa navi, in Palæstinam *Merc. comm. ad Imp. c. 1. p. 6. id Garnet.* *Gennad. Script. c. 44.* *de Gest. Pel. c. 22.*

Sæculum V. A.C. 412.

stinam translatus, ibi multo tempore hæsit.

§. II.

Celestius Carthagine damnatus.

Merc. comm. ad Imp. c. 1. Aug. ep. 157. n. 2. epist. ap. Aug. 175. ad Innoc.

Celestius Carthagine in Presbyterum ordinari cupiebat; quia vero aperte hæresin docebat, eum ad initium anni 412. Diaconus Paulinus, Mediolanensis, is ipse, qui eodem tempore a S. Augustino rogatus, S. Ambrosii vitam scripsit, coram Episcopo Aurelio accusavit. Ergo Aurelius Episcoporum Synodum convocavit, in qua Paulinus duos libellos obtulit, quibus errores Celestii, in septem articulos redacti, continebantur. Primus erat; Adamum creatum fuisse mortalem, ita ut ei, seu peccaret, seu non peccaret, moriendum fuisset. Secundus; Adami peccatum ei soli, non vero Generi Humano nocuisse. Tertius; infantes, dum nascuntur, in eo statu esse, quo Adamus ante peccatum fuit. Quartus; mortem, aut peccatum Adami non esse causam mortis totius Generis humani, nec Resurrectionem JEsu Christi Resurrectionis totius Generis humani causam. Quintus; Homines per legem sicut per Evangelium ad Cœlos mitti. Sextus; etiam ante Adventum JEsu Christi invenire fuisse homines impeccabiles, id est, sine peccato. Septimus; infantes,

non baptizatos, ad vitam æternam pervenire. Sæculum V. A. C. 412.

Ad primum, & tertium articulum Celestius respondit; quæstiones esse problematicas, quæ in utramque partem defendi possent; plures se nosse Presbyteros, qui peccatum originale negarent; urgente Paulino, ut eos nominaret, solum Rufinum nominare potuit, qui Romæ cum Pamachio degebat. Subjunxit tamen, semper se dixisse, infantes baptismo indigere, eosque esse baptizandos; libellum quoque obtulit, quo fatebatur, infantibus necessariam esse Redemptionem, & ex consequenti Baptismum. Verumtamen, postquam sæpius fuisset auditus, talia confessus est, quæ sufficiebant, ut hæresis, & obstinati animi in erroribus, quorum arguebatur, convinceretur; itaque damnatus, & Communione Ecclesiastica, ut ex illius Concilii Carthaginensis Actis apparebat, privatus est. Celestius ab hac Sententia ad S. Sedem Apostolicam appellavit, sed cum Appellationi insistere oportuisset, ipse Ephesum profectus est. (*) Discipuli ejus Carthagine, Magistri condemnatione attoniti, ulterius Ecclesiæ fidem non nisi vanis sermonibus, &

Aug. de pecca. orig. c. 3.

Celestius.

Aug. ep. 157. n. 22.

(*) Exemplum Appellationis ex Africa ad Sedem Apostolicam, quam Celestius non quidem hoc anno, sed postea prosecutus est.

Sæculum V. A.C. 412.

& querelis, in populum ſparſis, aggreſſi auſi ſunt.

S. Auguſtinus huic Concilio Carthaginenſi non interfuerat, nec ſtatim Pelagianos calamo inſectari placuit, ſed tam ipſe, quam alii Epiſcopi Catholici eos in Concionibus, & colloquiis familiaribus impugnabant. Plures S. Auguſtini Sermones nobis ſuperſunt, ubi hanc materiam tractat, & gregem ſuum hortatur, ut antiquæ Eccleſiæ Doctrinæ firmiter inhæreat. Speciatim dari peccatum originale defendit, & parvulos baptizandi neceſſitatem; *quilibet veſtrum*, inquit: *pro illis loquatur, qui ipſi loqui non poſſunt. Epiſcopis patrimonium pauperum commendatur, quanto magis eorum Salvati invigilent?* Nihilominus eodem adhuc anno 412. contra eosdem ſcribere cœpit, nam Marcellinus Tribunus, qui Carthagine verſabatur, quotidianis eorum diſputationibus fatigatus, S. Auguſtinum per epiſtolas conſulebat; hinc permotus eſt, ut de his quæſtionibus, & imprimis de Baptismo parvulorum ad eum epiſtolas ſcriberet.

Retract. II. c. 23.

Serm. 170. 174. 175.

Serm. 176. c. 2.

de geſt. Pel. c. 11. n. 25.

§. III.

Prima S. Auguſtini contra Pelagianos ſcripta.

Retract. II. c. 33.

Ut igitur S. Auguſtinus precibus Marcellini, & muneri ſuo Sacerdotali ſatisfa-

tisfaceret, duos scripsit libros, & ad eundem direxit, quibus titulus est: *de merito peccatorum, & eorum remissione*, alias: *de Baptismo parvulorum*. In primo probat, hominem non naturæ necessitate, sed merito peccati factum fuisse morti subjectum. Adami peccato omnem ejus posteritatem involutam, atque ea de causa Parvulos baptizari, ut eis peccatum originale remittatur. In libro secundo, initio ostendit, hominem in hac vita posse per Dei Gratiam, & liberum suum arbitrium sine peccato esse; secundo loco docet, neminem in hac vita simpliciter, & absolute sine peccato existere, cum nemo sit, cui non necesse sit dicere: *dimitte nobis peccata nostra*. Tertio, ideo neminem a peccato liberum esse, quia id nemo tanto conatu vult, quanto debet. Tandem nullum hominem, solo JEsu Christo excepto, aut esse, aut fuisse, aut sine peccato unquam futurum. (*) Paucos post dies, quam hos duos libros absolvisset,

Sæculum V. A.C. 412.

Lib. III. de pecc. mor. init.

(*) Nota, ab Anonymo I. hic adjecta, est memoratu digna, cujus substantiam latine reddam. Initio dicit, si quid ex SS. Patribus afferatur excerptum, quod Ecclesiæ opinioni adversari videtur, oportere, ut S. Pater explicetur, & cum opinione Ecclesiæ concilietur, aut, si conciliari non possit, monendum esse lectorem, Ecclesiam in hoc puncto hujus S. Patris opinionem non fuisse

Sæculum V. A.C. 412.

solvisset, ad ejus manus delatæ sunt Pelagi expositiones in S. Paulum, in quibus novum argumentum contra peccatum originale, quod Pelagius, velut ex mente alterius loquens, proponebat, invenit; dicebat enim: *si peccatum Adami nocet, non peccantibus, etiam Justitia JEsu Christi prodest, non credentibus.* Hæc objectio, non prævisa, S. Augustino occasionem præbuit, ut his duobus libris epistolam ad

fuisse amplexam. Deinde ostendit, si in hoc S. Augustini loco peccatum ad solum actuale, & personale restringatur, non esse verum, solum JEsum Christum sine peccato extitisse, cum Ecclesia teneat, sicut Concilium Tridentinum declarat, *Sess. 3. can. 23.* S. Virginem ab omni peccato actuali fuisse præservatam. Si vero peccatum latissime accipiatur, prout tam peccatum originale, quam actuale complectitur, tunc dicendo, solum JEsum Christum sine peccato fuisse, insinuari, Sanctam Virginem peccatum originale contraxisse, quod opinioni ferme omnium Fidelium, & judicio Ecclesiæ refragatur. Verum est, inquit ulterius Anonymus noster: S. Augustinum dixisse, solum JEsum Christum sine peccato natum, & sine peccato vitam transegisse, imo fateor, quod hoc punctum articulum fidei esse dicat: *teneamus ergo indeclinabilem Fidei Confessionem. Solus unus est, qui sine peccato natus est, in similitudinem carnis peccati, sine peccato vixit inter aliena peccata, sine peccato mortuus est, propter nostra peccata.* At quo vehementius S. Augustinus sensum suum expressit,

ad Marcellinum, seu potius tertium librum adderet, in quo docet, quomodo infantes Fidelibus accenseantur, eisque fides eorum, a quibus ad Baptismum præsentantur, prosit. In his tribus libris S. Augustino visum, adhucdum novorum Hæreticorum nomina reticenda, quod speraret, sic facilius corrigendos; imo cum in libro tertio necesse esset, Pelagium nominare, aliquam laudem addidit, quia nonnulli bonam ejus vitam jactabant. Eodem tempore non nemo S. Augustini amicus, cui nomen Honoratus, ad eum

Sæculum V. A.C. 412.

II. Retract. c. 33.

ep. 139. ad Marcell. n. 3. II. Retract. c. 36.

expressit, eo magis explicatione indiget, & quod nimium probaret, indicat, ipsum verba sua in omni rigore accipi noluisse. Quis enim credat, Sanctum Patrem pro articulo fidei habuisse S. Virginem conceptam, & natam fuisse cum macula peccati originalis, atque peccata actualia commisisse? quis credat S. Patrem hic docere, quod alibi negavit? quippe contra Pelagium affirmans, nullum hominem sine peccato vixisse, expresse S. Virginem excipit, dicens, nolle se de ipsa mentionem fieri, quoties de peccato quæstio est, propter honorem Filii ejus. Ibi quidem S. Pater solum de peccato actuali loquitur, sed verbis illimitatis, & ratio, quam affert, tam contra peccatum originale, quam actuale pugnat. Igitur dicendum, S. Augustini mentem fuisse exemptionem a peccato tam originali, quam actuali JEsu Christo soli competere de jure, & si quibusdam aliis concessa, id privilegio, & Gratia factum.

Sæculum V. A.C. 412.

eum ex urbe Carthagine quinque ex Sacra Scriptura quæstiones misit, rogans, ut responderet. S. Augustinus, novam Hæresin orientem dolens, motu proprio sextam quæstionem de Gratia novi Testamenti adjecit, & tractatum dogmaticum composuit, dictas quoque quæstiones quinque continentem; occasione quæstionis primæ totum Psalmum 21. explicavit. Hic tractatus inter epistolas ejus locum habet.

ep. 140. *al.* 220. *ad Honor.*

Marcellinus Tribunus, acceptis de merito peccati libris, ad S. Augustinum scripsit, mirari se, quod in his libris diceret; hominem, si vellet, cum auxilio Dei posse sine peccato esse, & nihilominus neminem in hac vita nec fuisse, nec esse, nec unquam tantæ perfectionis futurum. *Quomodo*, inquiebat: *rem esse possibilem affirmas, cujus nullum exstat exemplum?* Ut huic quæstioni responderet, S. Augustinus scripsit librum de Spiritu, & littera, ubi illum Apostoli textum explicat: *Littera occidit, Spiritus autem vivificat.* Hic adversus Gratiæ inimicos acriter pugnat, & primo demonstrat, per plura exempla, dari res possibiles, quæ nunquam extiterunt; explicat deinde, in quo consistat Dei auxilium, quod nobis ad bene agendum tribuit. Lex, quæ agenda docet, non sufficit, quamvis bona sit, & Sancta, imo se sola nocentiores reddit,

II. Retract. 6. 37.

2. *Cor.* 3, 6.

dit, dum obligationem noſtram cognoscimus, & ſatisfacere non valemus. Igitur neceſſe eſt, ut a Spiritu juvemur, qui Gratiam in corda noſtra effundit, & facit nos amare, & agere bonum, quod nobis præcipitur. Sæculum V. A.C. 412.

§. IV.

Leges Honorii pro Eccleſia.

Pelagiani Doctrinam Joviniani reducere accuſabantur, atque omnino cum eo conſentiebant in dogmate de impeccabilitate, nempe hominem ſemel per Baptismum juſtificatum, in juſtitia perſeverare poſſe, ſi ſibi caveret, & ex conſequenti absque peccato vivere. Id forte Epiſcoporum zelum adverſus Jovinianum, viginti duobus poſt ejus condemnationem annis, reſuſcitavit; quippe Legem Honorii invenimus, ſexta Martii, eodem anno 412. datam, in qua dicitur; Epiſcopos querelas moviſſe, quod Jovinianus Romæ extra urbis muros ſacrilegos conventus ageret, quapropter Imperatorem juſſiſſe ipſum comprehendi, plumbatis cædi, & cum complicibus in exilium perpetuum deportari, ipſum quidem in Inſulam Boam, & alios, quocunque viſum fuiſſet Felici Præfecto, ad quem lex directa eſt, ita tamen, ut ſinguli in Inſulas ſeparatas mitterentur. Inſula Boa haud procul littoribus Dalmatiæ ſita. Forte Epiſco-

Hier. in Pel. Dial. 3. init. Sup. l. XIX. §. 19. L. 53. C. Theod. de hær.

Sæculum V. A. C. 412.

Epiſcopi, quorum querelis hæc lex originem debet, Romæ conciliariter congregati. Exinde nulla amplius Joviniano mentio recurrit, niſi quod tam voluptatibus fœdam usque ad eum tum duxiſſe feratur.

Genn. de Script. in Paulo. c. 75.

HonoriusImperator Eccleſiarum privilegia, promulgatis aliis duabus legibus eodem anno 412. confirmavit. Prima vigeſima quinta Maji data, prohibet, ne onera ſordida, & non ordinaria, pro variarum reparatione, pro refectione portium, ad rerum Fiſci translationem, vel annonæ militaris, aut aurum penſionis luſtralis mercatorum ab agris Eccleſiarum exigantur; ſed ſolum tributum ordinarium, quod Canon, ſeu Canonica illatio dicitur, conferant. Altera lege de die undecima Dec. prohibet, ne omnes Clerici, Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, aliique coram alio tribunali, quam Epiſcoporum, accuſentur. Actor, cujuscunque conditionis ſit, infamia notabitur, niſi, quod attulit in medium, probet. Epiſcopi ejusmodi cauſas publice examinent, & acta conſcribantur. Nempe cauſæ Religionem tangentes, criminum publicorum quæſtione, etiam adverſus Eccleſiaſticos Judicibus Sæcularibus relicta. (*) Huic Legi ferendæ occaſionem

L. 40. C. Th de Epiſc. l. 5. C. de Sacros. Ecc.

L. 41. C. Th. eod. & ibi. Gothof.

(*) Hic Jurisdictio Eccleſiaſtica ſatis probatur, excepta cauſa ſanguinis.

nem dediſſe creditur injuſta Herois, Epiſcopi Arelatenſis depoſitio, quæ eodem anno 412. contigit. Heros erat vir Sanctus, Sancti Martini Diſcipulus, quem populus illius civitatis, innocentem licet, & nemine legitime accuſante, ejecerat, & in ejus locum Patroclum, Conſtantii, Magiſtri militum, amicum, intruſerat; ita plebecula Conſtantio adulari cupiebat. Hæc depoſitio diſſidiorum inter Epiſcopos illius Provinciæ cauſa fuit. Conſtantii Patria Paneſus erat in Illyrico, atque ipſe jam Theodoſii Magni temporibus miles meruerat. Tunc vero Romani Imperii Auctoritatem contra plures Tyrannos, circa illud tempus inſurgentes, atque Barbaros undequaque irruentes, tuebatur. *Proſp. Chro. an. 413.*

§. V.

Barbari irrumpunt in Romanorum terras.

Gothi eodem anno 412. ſub Ataulpho Rege ſuo, ex Italia venientes, Galliam ingreſſi ſunt, Honorio nono, & Theodoſio quinto Conſulibus. Anno ſequente 413. Luciano, & Heracliano Conſulatum gerentibus, Burgundiones in illa Galliæ parte, quæ Rhodano vicina eſt, ſedes fixerunt. Converſionis eorum modum talem fuiſſe ferunt. Plerique eorum fabri erant, manuum ſuarum *Soz. II. c. 12. 13. 14. 15. Olymp. ap. Phot. Cod. Proſp. Chr. an. 413. Caſſiod. Chr. Proſp. an. 414. Socr. VII. c. 30.*

Sæculum V. A. C. 413.

rum labore viventes. Continuis Hunnorum incursionibus lassati, cum resistere non possent, alicujus, qui oppitulatur, Dei Tutelam requirebant; tum pendentes, Romanorum Deum iis, qui ipsi servirent, potentissime succurrere, postquam communi consilio deliberunt, in JEsum Christum credere statuerunt. Itaque in quamdam Galliæ urbem se conferunt, rogantque Episcopum, ut sibi baptismum daret. Is ad eos satis præparandos dies septem exspectavit, quibus jejunantes informabat; die octava Baptizatos ad sua dimisit. Ipsi viriliter in Hunnos moverunt, nec spe sua frustrati sunt, quippe, cum una nocte Hunnorum Rex, cui nomen Optar, seu Octar, ex indigerie crepuisset, exercitum, capite orbatum, invaserunt, Hunnosque, licet numero superiores, profligarunt, nam Burgundiones ter mille adversus decies mille Hunnos pugnarunt. Ex illo tempore ferventes Christiani, omnesque Catholici fuere. Clericis, quos receperant, obediebant, mansuetam, innocentemque vitam ducebant, Gallosque non tanquam populos, vi subactos, sed charissimos fratres habebant. Vandali jam ab anno 409. Honorio octavo & Theodosio tertio Consulibus, in Hispaniam irruperant. Alani etiam, Suevique irruerunt, illas Provincias inter se partiti.

Prosp. an. 410. Cassiod. cor. Oros. VII. c. 20.

partiti. Alani Lusitaniam, & Provin- Sæculum V.
ciam Carthaginensem insederunt, Van- A. C. 413.
dali Bœticam, & Suevi Galæciam. Per hos incursus quidam Episcopi ex Hispania fugerunt, amissis gregibus; multi enim Fidelium fuga dispersi, alii in obsessis urbibus gladio, aut ærumnis confecti, aut in captivitatem abrepti. Tamen major numerus eorum Episcoporum fuit, qui permanserunt, quamvis modica gregis sui pars supereſſet, tamque Pastores, quam populi continuis periculis exponerentur.

Isid. hist. Vand. an. 446. Aug. ep. 228. n. 5. al. 180. ad Honor.

§. VI.

Concilium Bragense.

Ad hæc tempora quoddam Concilium Bragæ, seu Braccaræ, in Lusitania habitum, referunt, cui Episcopus Pancratianus præsidebat. Is locutus est in hunc modum: *Oculis vestris conspicitis, Fratres mei! quam dire Barbari totam Hispaniam devastent, in Ecclesias grassantur, Servos Dei trucidant, Sanctorum memoriam, ossa, sepulchra, cœmeteria profanant. Si Celtiberiam, & Carpetaniam excepero, reliqua omnia ad Pyrenæos sub eorum potestate sunt. Cumque eadem tempestas nostris cervicibus immineat, congregare vos volui, ut suis quisque rebus prospiciat, & omnes simul afflictis Ecclesiis remedium afferamus. Animarum salu-*

tom. 2. Conc. p. 1508.

luti,

Sæculum V. A. C. 413.

luti, Fratres mei! consulamus! ne tantarum calamitatum pondus eos in vium peccatorum abripiat, & fidei renuntiare cogat. In hanc finem ante ovium nostrarum oculos nostræ constantiæ exemplum ponamus. Patiamur pro JEsu Christo aliquam tot tormentorum partem, quæ ipse pro nobis tulit! quia aliqui inter Alanos, Suevos, & Vandalos Idololatræ sunt, alii Ariani, suadeo, ut, si vobis visum fuerit, pro majori securitate contra istos errores fidem nostram declaremus.

Omnibus Episcopis propositum probantibus, Pancratianus Ecclesiæ Catholicæ fidem compendio declarare cœpit, & ad singulos articulos Episcopi respondebant: *Ita credimus*, Pancratianus subjunxit: *jam quid circa SS. Reliquias agendum, statuite!* (*) Elypandus Conimbricensis ait: *Non omnes eodem modo eas salvare poterimus; quisque, sicut occasio tulerit, faciat! Barbari ad nostra pervenerunt, Olissiponem arctissime cingunt, Emeritam, & Asturigam tenent, propediem in nos irruent. Unusquisque nostrum ad suos redeat, Fideles consoletur; Sanctorum corpora decenter occultent,*

Concilium Bragense.

(*) Contra Protestantem, impudenter dicentem, in antiqua Ecclesia sacris Reliquiis nullum honorem fuisse exhibitum, quam quod non insepultæ jacuerint.

tent, nobisque indicem locorum, & ca- Sæculum V.
vernarum, quo illa depoſuerint, mittant, A. C. 413.
ne labente tempore eorum memoria pereat. Cum omnibus Epiſcopis placuiſſet conſilium, Pancratianus addidit: *Ite omnes in pace! ſolus frater noſter Potamius remaneat, quia deſtructa eſt Eccleſia ejus Eminiana, quam Barbari vaſtant.* Potamius dixit: *Ego quoque abibo, ut ovibus meis ſolatio ſim, & cum eis pro JEſu Chriſto patiar. Non ideo Epiſcopi munus ſuſcepi, ut in proſperis vivam, ſed ut laborem.* Pancratianus: *Sapienter loqueris, juſtum eſt, quod vis, abitum tuum probo, Deus te conſervet!* Omnes Episcopi dixere: *Deus in bono propoſito te confirmet! omnes probamus; in pace JEſu Chriſti recedamus!*

Hæc ſolum de hoc Concilio nobis ſuperſunt cum ſubſcriptionibus decem Epiſcoporum, videlicet Pancratiani Braccarenſis, Gelaſii Emeritani, Elipandi Conimbricenſis, Pamerii Igeditavienſis, Arisberti Portuenſis, Deusdedit Luci Auguſti, Potamii ſeu potius Pontamii Eminiani, Tiburcii Lamecenſis, Agathii Irienſis, Petri Camotenſis. Circa illud tempus Arisbertus Samerio Archidiacono Braccarenſi ſcripſit in hunc modum: *Miſeret me tui, Frater mi! miſeret me Epiſcopi, & Capitis noſtri, Pancratiani. Exilium tuum doleo! Deus calamitatem*

Sæculum V. A. C. 413.

noſtram oculis ſuæ Miſericordiæ reſpi-ciat! Conimbrica eſt expugnata, Servi Dei gladio interfecti, Elipandus captivus abducitur. Ulyſſipo libertatem auro redemit. Igeditavia obſidetur. Miſeria, ſingultus, anguſtiæ ſunt undique. Quæ Suevi fecerint in Galæcia vidiſti; ex his judica, quæ furentibus Alanis in Luſitania ſit rerum facies. Fidei Decreta, quæ petis, tibi mitto, nam ſcripta mea mecum portavi. In dies eadem fata exſpecto. Omnia mittam, ſi locum, ubi latueris, reſcivero. Miſericors ſit nobis Deus!

§. VII.

Ethnicorum Objectiones.

Tot populorum barbarorum irruptiones, & præprimis Roma, a Gothis capta, Gentilibus occaſionem præbuere, veteres querelas, calumniasque in Religionem Catholicam recudendi, pro antiquo ſuo more, quo malorum omnium, quæ in orbe terrarum acciderent, cauſam Chriſtianos inclamabant. *Ex eo tempore*, inquiebant, *quo iſta impietas orbem infecit, ſenſim Romanorum Potentia in ruinam inclinata eſt. Hujus Imperii fundatores, & tutelares Dii ea menſura, qua cultus eorum negligi cœpit, auxilium ſuum corruenti denegarunt; poſtquam autem Deorum Reverentia pe-nitus*

Aug. 11. Retr. c. 43. Sup. L. V. S. 9. Tertul. Apol. c. 40.

tus eliminata, quando occluſa templa, impiis legibus, & atrociſſimis pœnis Sacrificia, auguria, aliaque eos nobis propitios reddendi remedia interdicta; dereliquerunt nos, jamque Roma, olim orbis Domina, Barbaris in prædam cedit. Chriſtiani iisdem calamitatibus, quarum cauſa ſunt, nobiſcum involvuntur; non ſalvavit Cultores ſuos eorum Deus. Spoliati, trucidati, in captivitatem rapti ſunt, uxores eorum, filiæque eadem ludibria, eadem probra, ac noſtræ, paſſæ ſunt. Hæc Gentiles Chriſtianis oggerebant. Sæculum V. A.C. 413.

Marcellinus Tribunus hac ſuper re ad S. Auguſtinum ſcribens, precibus exAp. *Aug. ep.* 136. *n.* 2. petiit, ut de hac materia componeret libros, Eccleſiæ, ut ajebat, illo præſertim tempore, ſumme utiles futuros. S. Auguſtino primum videbatur, unam Epiſtolam ſuffecturam, deditque ad eum longam Epiſtolam de Politica, cujus ſubſtantiam retuli. Poſtea vero agnoſcens, ampliſſimam, graviſſimamque materiam expoſcere, ut fuſius tractaretur, opus exorſus eſt, quod inter cœtera longiſſimum eſt, & omnem adverſus Ethnicos complectitur controverſiam, quam per partes, data occaſione, jam delibaverat, ſicut in expoſitione ſex quæſtionum ad Presbyterum Carthaginenſem Deusdedit circa annum 408. directa.

Ep. 138. *n.* 20 *Sup. XXII.* §. 50.

Ep. 102. *al.* 4. *II. Retr. c.* 31

Sæculum V.
A. C. 413.

§. VIII.

Civitas Dei S. Augustini.

Sanctus Augustinus magno operi titulum posuit: *Civitas Dei*, quia sibi propositum erat Societatem filiorum Dei adversus Societatem filiorum Sæculi defendere. Universum opus dividitur in viginti duos libros, quorum decem primi refutandis Paganis scripti; quinque adversus eos, quibus persuasum erat, Deorum cultum ad temporalem hujus Mundi prosperitatem procurandam esse necessarium; & adversus illos, qui putabant, Diis serviendum, ad consequendam in altera vita felicitatem. Posteriores duodecim veritatem Religionis Christianæ stabiliunt, & in tres partes dividuntur; libri quatuor originem ambarum Civitatum, seu Societatum monstrant, alii quatuor progressum, & ultimi diversos fines indicant. S. Augustinus ferme annos 13. huic magno operi impendit, quia illud propter alias scriptiones, quas differre non poterat, sæpius dimittere cogebatur. Incepit circa annum 413. paulo ante obitum Marcellini, ad quem in primo, & secundo tantum libro sermonem dirigit, & circa annum 426. antequam suas Retractationes scripserit, absolvit. In hoc opere vastam eruditionem, & solidam Histo-

riæ

riæ, atque humanarum scientiarum notitiam prodit, quia nempe id instituti operis ratio postulabat. Sæculum V. A. C. 413.

Initio Gentilium improbitatem redarguit, qui devastatæ Romæ causam in Religionem Christianam rejiciebant, illi ipsi, quibus, in illa direptione ad Basilicas Apostolorum, & Martyrum confugientibus, Religio Christiana saluti fuerat, quippe Gothi istud Ecclesiarum Reverentiæ dederant. (*) Tanquam singulari Dei Providentia factum recensetur, quod Radagaisus, alius Gothorum Rex, sed Gentilis, profligatus fuisset; is enim si urbem cepisset, nulli hominum ordini pepercisset, nec ulla fuisset sacrorum locorum Reverentia, tuncque Gentiles Victoriam falsis Diis in acceptis retulissent, quibus Rex ille quotidie Sacrificia ferebat. Nempe Dei consilium fuit, Romam castigare, non perdere. Dicit, in hac vita bona, & mala hominibus bonis, malisque esse communia, quia, si, quidquid peccatur, in hoc mundo etiam puniretur, nemo ultimum timeret judicium; si econtra nullum peccatum in præsenti vita pœnis manifestis corriperetur, impii providentiam Numinis negarent. Si Deus nemini, bona sensibilia petenti, concederet, essent, qui dicerent,

1, *Civ.* c. 12. 34. 35. *Sup. l. XXII.* §. 21

v. Civ. c. 23. *Sup. l. XIX.* §. 15.

1. *Civ.* c. 8.

(*) Hæc Protestans imperite, & oscitanter reddidit.

Sæculum V. A. C. 413.

id in ejus potestate non esse, si ea petentibus omnibus tribueret, solo terrenorum bonorum amore Deo serviretur.

c. 9. Tota differentia consistit in diversis modis, quibus boni, malique hujus vitæ bonis, & malis utuntur. Piissimi quoque, dum in hac terra degunt, semper multa peccant, & pœnas ideo temporales merentur; & si alia delicta omnia abessent, sufficeret impatientia, qua peccatores tolerant, & in iis corrigendis desidia. At bonis omnia in bonum convertuntur, nam veri Christiani non bonorum temporalium absentiam, non tormenta, nec ipsam mortem, nec sepulturæ jacturam, non captivitatem, non vim, quam mulieres, & virgines tulerunt, tanquam mala æstimant, cum nullum revera malum detur, præter peccatum, & nullum peccatum absque propriæ voluntatis consensu. Hic S. Augustinus errorem Paganorum oppugnat, credentium, licitum esse, imo laude dignum, ad effugiendos dolores, vel infamiam, se ipsum interimere, atque demonstrat, quantum patientia Martyrum, & Virginum Christianarum Catonis, & Lucretiæ fortitudine, tantopere a Romanis jactata, præstet. Itaque Christianis in patientia malorum, a Deo immissorum, ut probarentur, aut corrigerentur, solatium erat, quo carere debebant Gentiles, qui solum propter bona

c. 10.

c. 11.

c. 12. 13. 14. 15.

c. 16.

c. 17. 18. &c.

c. 29.

bona temporalia Diis suis serviebant, scilicet ut securius luxuriarentur, & omni voluptatum genere affluerent, quæ bonos mores solverant, & necessaria connexione labefactatum Imperium in ruinam impulerant. Tanta hæc erat corruptio, ut e Romanæ urbis calamitate fuga erepti, & Carthaginem translati, quotidie ludis theatralibus præsentes delectarentur, dum interim Orientis civitates captam Romam publico luctu prosequerentur. Sæculum V. A C. 413. c. 30. *II. Civ.* c. 19. 20. c. 33.

§. IX.

Adversus Idololatriam.

Sanctus Augustinus ut ostendat, omnia Imperii mala Religioni Catholicæ per calumniam imputari, probat, quod mala hæc Christiana Religione sint longe antiquiora, nec unquam falsos Deos cultores suos ab ejusmodi calamitatibus immunes præstitisse. Initium ducit a moribus. *Dii vestri*, inquit: *nunquam vobis morum præcepta tradiderunt; at vero criminum omnium, vitiorumque, quæ homines infamia notant, exempla dederunt.* Longius de ludis, & spectaculis differit, quæ Religionis eorum pars erant, ipsisque Romanis adeo pudenda videbantur, ut quicunque talia repræsentarent, infames haberentur. Econtra Græci huic hominum generi honorem *II. Civit. c. 3.* c. 4. 6. 7. 26. c. 5. 8. 27. c. 11.

Sæculum V. A. C. 413.

habebant, in ista parte Religionis suæ Romanis observantiores. Historici, maxime Sallustius, testantur, statim post deletam Carthaginem, atque plusquam uno Sæculo ante JEsu Christi adventum, Romanorum mores fuisse solutissimos. Cicero in suo Tractatu de Republica, sexaginta ante JEsum Christum annis scripto, propter morum antiquorum mutationem Imperium Romanum jam collapsum existimabat. Hic S. Augustinus profano, & impuro Deorum cultui conventuum Ecclesiasticorum honestatem, & utilitatem opponit; in quibus viri a fœminis separati starent, atque morum Doctrinam ex Sacra Scriptura extractam audirent, quæ omnibus Sacerdotali auctoritate proponebatur.

c. 18. 19.

c. 21.

III. Civit Deinde descendit ad mala corporis,
c. 2. 3. &c. & sensuum; a captæ Trojæ temporibus historias recensendo facile demonstrat, falsos Deos hos, qui se adorarent, ab ejusmodi malis neutiquam liberasse. Præcipuum ex calamitatibus secundi Belli
c. 19. Punici argumentum trahit, ex Gracho-
c. 24. rum seditionibus, Bello civili Marii, &
c. 26. Syllæ, ostenditque, ultimum hunc virum
c. 29. c. 30. Gothos crudelitate multum superasse; unde haud levem JEsu Christo injuriam illos inferre, qui tristes casus Imperii ei
IV. Civ. c. 3. adscribunt. *Nec meliori jure*, inquit: *aliquis incrementa, & diuturnam Imperii*

Sæculum V. A. C. 413.

rii conservationem falsis Diis attribuat, tanquam meritam pietatis Romanæ mercedem; nam istud potentiæ augmentum verum bonum non est, cum plerumque bello parta contra fas fuerint subacta, & magna imperia, justitia destituta, nihil sint, quam magna latrocinia. Præterea alia quoque vastissima Regna extitere, quæ finem habuerunt, velut Imperium Assyriorum; ergo vel Dii nihil in humanis possunt, aut Præsidium eorum nec securum est, nec perpetuum. Tandem Judæis, qui nunquam non unum adoraverunt Deum, tempora concessa sunt, quibus omnia felicissime fluebant. Sed nec fatis, nec Siderum influxui magna Imperia suam felicitatem debent; Astrologorum vaticinia vana sunt, & inepta somnia. Regnorum potentia Beneficium est æterni Numinis, maxima æque, ac minima gubernantis, eædem divinæ Providentiæ ista prosperitate temporali remunerari placuit virtutes Romanorum morales, frugalitatem, contemptum divitiarum, moderationem, fortitudinem, quamvis hæc nascerentur ex Gloriæ amore, cætera vitia premente, qui & ipse vitiorum censui annumeratur. Ita mercedem in hac vita receperunt; data est desiderantibus Gloria, & summa potestas. Ne vero sibi quisquam imaginetur, necessarium esse, regnare cupientibus, falsos

c. 4. 5.

c. 6. 7.

c. 34.

L. 5. c. 1. 8.

c. 2. 3. 4. & c.

c. 11.

c. 12. 13. & c.

Sæculum V. A.C. 413.

Deos colere, Deus Constantino diuturnum simul, & felicissimum Regnum concessit; rursusque ne Imperatores solo terrenæ prosperitatis amore Christiani fierent, ab sponsuit, ut Jovianus breviori, quam Julianus, tempore regnaret. Idem Numen permisit, ut Gratianus Tyranni manu caderet, & Theodosii virtutes felici Regno præmiatus est.

Lib. VI. Tum S. Augustinus adversus eos disputat, qui ideo Diis serviendum putabant, ut post fata in altera vita felices essent. Primo, hæc opinio cum vulgi opinione conciliari non poterat, nec cum illa innumerabili minorum gentium, & obscurorum Deorum turba, qui non nisi in finem particularem colebantur. Ipsis superioribus Diis juxta mysticas eruditorum explicationes in aliquam solum Naturæ partem potestas erat. Quo magis quisquam in omnium istarum superstitionum tenebras inquirendo sese in-
Lib. VII. volverit, eo minus ad aliquod fundamentum, humanæ rationi congruum, perveniet.

Non nulli Philosophi dicebant, se unum Supremum Deum agnoscere, dari vero inferiores etiam Spiritus, quibus servire oporteret, ut quis ad alterius vi-
Civitas Dei. tæ felicitatem perveniret. Platonici hi
Sup. l. XV. erant, de quibus, occasione Juliani Impe-
§. 46. ratoris, mentionem feci; cumque ulti-

mus

mus hic esset angulus, quo Idololatræ, argumentorum pondere pressi, confugere solebant, S. Augustinus solertissime has latebras accensa sanioris Theologiæ lucerna illustravit. Primo fatetur, Platonis Doctrinam non modo Poetarum fabulis, & vulgi superstitionibus, sed etiam omnium aliorum Philosophorum opinionibus, esse meliorem, & veræ Religioni proximam; prolixe autem probat adversus Jamblicum, Porphyrium, & Apulejum, Plotini Discipulos, qui se Platonicos dicebant, solum Deum Supremum adorandum, eique soli serviendum, non autem illis Spiritibus, quos in inferiori loco ponebant, seu Dii essent, aut Dæmones, aut Angeli, sive boni, sive mali; rursus, unicum esse Mediatorem inter Deum, & hominem, JEsum Christum. Cultum Latriæ, & Sacrificium soli Deo deberi; atque verum Sacrificium esse Sacrificium cordis nostri, quo nos ipsos offerimus in unionem cum Sacrificio JEsu Christi; (*) *Id ipsum*, subjungit: *Ecclesia celebrat in Sacramento Alta-*

Sæculum V. A.C. 413.

X. c. 3.

(*) Protestans loco verborum: *Quo nos ipsos offerimus in unionem cum Sacrificio JEsu Christi.* posuit: pag. 188. part. IV. Wodurch wir uns mit der Kirche JEsu Christo zum Opfer widmen. Egregium iterum Bonæ fidei exemplum!

Sæculum V. A. C. 413. c. 6.

Altaris, Fidelibus noto; (*) *ubi Eccle-sia docetur, quod in illa re, quæ offertur, se ipsam offerat.* (**) *Non ita cum Mar-tyr.*

(*) Ex his S. Augustini verbis patet, Mysterium Altaris solis Fidelibus fuisse manifestatum, id est Baptizatis. Hinc SS. Patres in multis scriptis verbis clarioribus uti noluerunt.

(**) Dominus Mede Anglus, cujus Tractatum vom Opfer, und Altare der ersten Christen, Interpres noster primæ parti suæ versionis subjunxit, ex SS. Patrum similibus verbis, qualia sunt S. Augustini ante Notam penultimam: *Atque verum Sacrificium esse, Sacrificium Cordis nostri,* probare nititur, non aliud dari Sacrificium in Ecclesia, quam cordis, & laudis. Sed contrarium ex subjunctis S. Augustini verbis demonstratur: *In unionem cum Sacrificio JEsu Christi.* Quod hic autem S. Augustinus non solum de JEsu Christi Sacrificio, in cruce cruente peracto, loquatur, probatur ex verbis sequentibus: *Id ipsum Ecclesia celebrat in Sacramento Altaris,* rursusque Sacramentum Altaris non consistere in pura oratione, & Dei laude, ut vult Anglus, conficitur ex verbis: *Ubi Fidelis, seu Ecclesia, docentur, quod in illa re, quæ offertur, se ipsos offerant.* Per illam rem, quæ offertur, oratio sane intelligi non potest; nec panis, & vinum sub hac re oblata, ipso Mede fatente, intelliguntur, quid ergo aliud, nisi vere, quamvis modo incomprehensibili, præsens JEsu Christi corpus, sicut Ecclesia Catholica docet. Memorabilis est confessio, quam vir, Ecclesiæ Angli-

Sæculum V. A. C. 413.

tyribus res se habet, non iis templa sunt, non Sacerdotes, non Sacrificia, quia pro Diis nostris hos non habemus, sed Deus eorum idem & noster est. Id quidem non inficias imus, nos eorum honorare memoriam, quia Sanctos, & viros Dei credimus, qui pro vera Religione usque ad mortem decertarunt. Quis autem unquam vidit Fidelium Sacerdotem ante Altare, etiam supra Sanctum unius Martyris corpus constructum, stantem in precibus suis dicere: Tibi Petre! aut Paule! aut Cypriane! hoc Sacrificium offero? Deo Sacrificium offerimus, qui ipsos homines creavit, & Martyres fecit, qui eosdem in Cœlo Sanctorum Angelorum suorum Societate honoravit, ut ei pro victoria eorum gratias agamus, ipsiusque auxilio ad eos imitandos excitemur.

VIII. c. 27. XXII. c. 10.

§. X.

Anglicanæ, vel certe alterius cujusdam Protestantis membrum, deposuit; hanc refert ipse Dominus Mede initio sui Tractatus, ab Interprete nostro post primam suæ Versionis Partem annexi pag. 628. §. 688. verba ita sonant: *Apud veteres Patres, ut quod res est, libere fateamur, de Sacrificio Corporis Christi in Eucharistia incruento frequens est mentio, quæ dici vix potest, quantopere quorundam alioqui Doctorum hominum, ingenia exercuerit, torserit, vexaverit.* Homines isti hujus sanctissimi Mysterii veritatem apertis oculis videre nolunt. Indo liquet, quam difficulter curentur cœci nati!

Sæculum V.
A. C. 413.

§. X.

Fidei Catholicæ Defensio.

L. XI. Ubi Paganismum refutavit, S. Augustinus ad secundam instituti sui partem procedit, in qua Religionem Christianam confirmat, præcipuas Paganorum objectiones solvendo. Primo ad eas respondet, quæ Creationem Mundi, & Angelorum, & originem mali respiciunt; hic notat, & refutat errorem Origenis, mundum istum corporeum ideo solum creatum, ut ei Spiritus unirentur. Creationem hominis explicat, primum ejus status, lapsum, & peccati ejus effectus in universam ejus posteritatem extensos. Tum progressum duarum Civitatum, seu Societatum filiorum Dei, & impiorum prosequitur. Prophetias, præcipue Christum tangentes, indicat, & Prophetas omnibus Historiis, imo & Gentilium fabulis antiquiores esse ostendit. Non omisit, maximi ponderis Vaticinium fuisse impletum, videlicet nationum conversionem, & prædicationem Evangelii, frustra contra nitentibus Sæculi potestatibus, brevi temporis spatio per totum mundum inducti. Etiam monstrat, quæ Deus bona Ecclesiæ suæ præstet in persecutionibus, quas intus ab Hæreticis, & malis Christianis patitur.

L. XII. XI. c. 23. XII. c. 21. 22. &c. Lib. XIII. XIV. Lib. XV. XVI. XVII.

XVIII. c. 49. 30. c. 15.

XIX.

Ulti-

Ultima hujus operis pars de diverſo duarum Civitatum fine agit. S. Auguſtinus refert, refellitque varias Philoſophorum opiniones de fine, quem ſibi unusquisque in vita circa ſummum Bonum proponat. Docet, hunc minime in nobis ipſis eſſe quærendum, nec in vita præſenti, cujus miſerias, etiam hominibus piiſſimis ineluctabiles deſcribit, concluditque, nos in hac vita non aliter poſſe eſſe felices, quam ſpe vitæ futuræ, quæ eſt finis noſter. Ad hanc ingrediemur per ultimum Judicium, quod neceſſarium eſt, ut Dei Juſtitia, in hac vita occulta manifeſtetur. Sæpius enim impii proſperantur, & Boni patiuntur; non nunquam etiam Boni feliciter agunt, & mali puniuntur, ita ut nullum hic ordinem valeas deprehendere. Ubi de duplici Reſurrectione, & mille annorum Regno, in Apocalypſi memorato, mentio fit, S. Auguſtinus refutat opinionem Millenariorum, id de Regno corporum accipientium. Eorum quoque opinionem rejicit, qui Neronem Anti-Chriſtum futurum, contendebant. Sulpitius Severus opinionem, huic non abſimilem, S. Martino attribuit, & S. Hieronymus Severum Millenariis accenſet. Dicit, magnum eorum numerum ſuo tempore fuiſſe, eosque, qui ipſorum opinioni non adſtipulabantur, ab ipſis fuiſſe

Sæculum V. A. C. 413.

1. 2. 3.

4.

20. 27.

XX.

2.

7. 8. 9. & c. 19.

XXI.

Sæculum V. A. C. 413.

fuisse incusatos, quod cum Origene Resurrectionem corporum negarent. Poena malorum erit ignis æternus. Hic S. Augustinus Infidelium objectiones de hujus ignis in corpora, & Spiritus efficacitate, & de pœnarum æternitate solvit. Varios ipsorum Christianorum errores in hac materia indicat, & damnat.

2.3.4. &c.

11.12.17.23.

c. 18. Non nulli credebant, in die Judicii Deum omnibus hominibus per Sanctorum intercessionem veniam daturum;

c. 20. alii putabant, illis gratiam facturum, qui Corporis ejus participes facti fuissent;

c. 21. alii illis omnibus, qui in Ecclesia Catholica fuissent baptizati, & in fide perseverassent,

c. 22. alii tandem illis, qui eleemosinas dedissent.

S. Augustinus eorum errorem refutaverat, qui dicebant, solam fidem cum Baptismo sufficere ad salutem, nempe in Tractatu de Fide, & Operibus, ad initium anni 413. composito. Quidam Laici, legendæ Scripturæ studiosi, aliqua scripta ei submiserant, in quibus auctores fidem a bonis operibus ita distinguebant, ut crederent, ad vitam æternam per solam fidem sine operibus posse perveniri. Videbant, viros ad Baptismum non recipi, qui, dimissis uxoribus, aut fœminæ dimissis maritis, secundas nuptias contraxerant; istorum misericordia movebantur, cumque negare non aude-

II. Retr. c. 38

de Fid. & Oper. to. 6.

auderent, ejusmodi nuptias esse adul- Sæculum V.
teria, dicere malebant, omnes peccato- A. C. 413.
res ad Baptismum admittendos, si modo De Fide, &
fidem susciperent, quamvis peccare non Operibus.
cessarent; exspectandum, donec baptizati fuissent, ut moralia docerentur, & ad conversionem moneantur; licet vero tota sua vita peccarent, dicebant, si modo fidem servassent, nihilominus salvandos, postquam per ignem mundati fuerint. In hunc modum accipiebant textum S. Pauli: *Qui super fundamentum,* 1. Cor. 3. 2.
qui Christus est, superædificaverit fœnum, aut stipulam, salvabitur quasi per ignem.

Igitur S. Augustinus adversus istos triplicem veritatem demonstrat. Primo, non omnes sine discrimine ad Baptismum admittendos, qui credere se confitentur, & licet improbi in Ecclesia tolerandi sint, nihilominus si ante ingressum agnoscantur, esse arcendos. Secundo, nemo facere satis putet, si illis, quos ad Baptismum disponit, fidem suggerat, sed Doctrinam quoque moralem Christianam esse docendos. Tertio, Baptizatos nullatenus ad vitam æternam per solam fidem ingressuros, nisi re ipsâ convertantur, & bona opera faciant. In hoc o- c. 6.
pere ostendit, quanta cura competentes fuerint exercitati, antequam iisdem Ba- c. 4.
ptismus conferretur. Id quoque advertit, pravam Scripturarum interpretatio-

Sæculum V. A. C. 413.

nem errores, sibi ipsis invicem oppositos produxisse.

XXII. c. 4. 11. 12. 13. 25. 26, 27. &c.

Ut vero ad Librum de Civitate Dei redeamus, in eo Sanctus Augustinus ad Infidelibus objecta de Resurrectione, & corporum Beatorum dotibus, solvit. Resurrectionem esse possibilem ex eo probat, quod JEsus Christus resurrexerit,

c. 5.

rursusque JEsu Christi Resurrectionem ex eo, quod, hanc veram esse, Mundus universus propter Apostolorum prædicationem credat. *Tria*, inquit: *sunt incredibilia; quod JEsus Christus a mortuis resurrexerit, & in carne sua in Cœlum ascenderit; quod totus Mundus crediderit rem incredibilem; quod homines, exiguo numero, viles, & rudes homines Resurrectionem toti Mundo, & etiam viris doctis persuadere potuerint. Adversarii nostri primam veritatem credere nolunt, secundam oculis suis vident, & quomodo id evenerit, dicere non possunt, nisi veritatem tertiam admittant. Et profecto viri isti contemnendi, & rerum omnium ignorantes, qui affirmabant, videre se JEsum Christum in Cœlum ascendere, non solum id nudis verbis dicebant, sed id, quod affirmabant verbis, rebus videntibus miraculis confirmabant, in Sæculo, quo orbis viris doctissimis abundabat, & in quo hominibus imponere fuit-*

c. 6. 7.

set impossibile. Quare autem, objicie-

bant

bant non nulli: *hodie nulla amplius patrantur miracula? Ideo*, reſpondet S. Auguſtinus: *quia non amplius ſunt neceſſaria, jamque univerſis orbis fides miraculum eſt, quod in perpetuum permanet. Verumtamen hodieque miracula fiunt, ſed ſi loca, ubi fiunt, exceperis, parum in orbe nota.* Tum viginti duo enarrat miracula, quæ ipſe particularius ſciebat, ſive ea ſuis oculis viderat, ſeu a teſtibus, fide dignis, acceperat. Pleraque per Interceſſionem Martyrum, & in præſentia Reliquiarum contigerant. (*) Addit ſe his, quæ narravit, majorem longe numerum omiſiſſe. Tandem Beatorum Felicitatem deſcribit, & modum explicat, quo Deus ſive in Spiritu, ſive in corpore videri poſſit. Præterea de hac materia jam prius ad Paulinam, & Fortunatianum contra Anthropomorphitas ſcripſerat.

c. 8.

c. 9. *c.* 29. 30. *ep.* 147. 148. *II. Retr. c.* 41

§. XI.

Marcellini Tribuni obitus.

Marcellinus Tribunus, cui primi libri magni operis de Civitate Dei inſcripti

Oroſ. VII. c. 42. *Proſp. Chro. an.* 414.

(*) Ex hoc loco optime refutatur Interpretis Proteſtantis inſolentia, qui in parte prima de SS. Nereo, & Achilleo loquens, deriſionis cauſa Martyres Evnuchos appellat. Ejusmodi Sarcaſmus magis Ethnicum, aut nullius Religionis hominem, quam honeſtum Proteſtantem decet.

Sæculum V. A. C. 413.

pti erant, a tempore Donatistarum colloquii Carthagine egerat. Heracliano Comes, Africæ Præfectus, cum anno 413 cum Collega suo Luciano, seu Lucio Consul creatus fuisset, viam sibi ad Imperium patere credidit; ergo in Italiam trajecit, trium millium, & septingentarum navium classe succinctus, discessum haud procul Roma molitus est, sed a Comite Marino profligatus, & unica navi Carthaginem revectus, illico occiditur. Fugientis vestigia insecutus Marinus, multos alios, qui Heracliani conjurationis conscii dicebantur, capite plecti jussit. Funestæ tempestati Marcellinus Tribunus involutus est, movendis Donatistis, in latæ contra se sententiæ vindictam. S. Augustinus tunc Carthagine degebat, atque Marini, & Cecilliani, viri spectatissimi, promissis fretus, cum aliis Episcopis speraverat, se Marcellino, & fratri ejus Apringio, unacum ipso comprehenso, vitam servaturum. Quadam die, cum ambo in carcere detinerentur, Apringius ad Marcellinum ait: *Si ego ob peccata mea punior, tu vero, cujus vitam ad Christianæ Religionis regulas exactam scio, quomodo hæc meritus es?* Respondit Marcellinus: *Etsi talis essem, qualem dicis, an non maximam mihi a Deo gratiam fieri sentis, quod hic potius peccata mea castiget, & ea futuro judicio*

Marcell. an. 413.

Hier. III. cont. Pel. fin. Sup. XXII. §. 39. ep. 15. al. 159. ad Cæcil.

n. 9.

Sæculum V. A. C. 413.

judicio non reservet? Per hæc verba injecta est S. Augustino sollicitudo, num quoddam peccatum luxuriæ arcanum commisisset, quod graviori pœnitentia esset delendum; hinc soli in carcere collocutus, an res ita se haberet, interrogavit; Marcellinus subridens, & rubore modesto suffusus, ambabus manibus S. Augustini dextram amplectitur, dicitque: *Per hanc manum, quæ sancta Sacramenta offerre solet,* (*) *tibi juro,* n. 8. *nunquam me ullam fœminam, præter meam uxorem, nec ante, nec in matrimonio tetigisse.* Testatur quoque S. Augustinus, Marcellinum omnibus cœteris virtutibus, pietate, in ferendis judiciis integritate, erga amicos fidelitate, in tolerandis inimicis patientia, ad ignoscendum facilitate, liberalitate, charitate in omnes homines, sinceritate in Religionem, quæ ad eam pertinerent, discendi aviditate, rerum præsentis vitæ odio, Bonorum æternorum spe, & amore fuisse ornatum. Nisi conjugium obstitisset, rebus omnibus temporalibus abdicatis, totum se Deo dedisset. Tandem præter n. 6. omnium exspectationem, pridie vigiliam

(*) Protestans pro voce: *Sacramenta offerre* posuit: Die das Sacrament verwaltet. pag. 191. part. IV. §. 135. oportet ex consequenti, & constanter mentiri.

Sæculum V. A. C. 413. S. Cypriani, id est, duodecima Sept. adsunt, qui Marino jubente fratres carcere educunt, ut statim ambobus cervices abscinderentur. Ad hanc sævitiem S. Augustinus ita exhorruit, ut illico Carthagine, & secreto discederet, ne apud Marinum pro quibusdam eminentioris conditionis viris, qui ad Ecclesiam confugerant, preces interponere deberet. Marcellini Tribuni memoria sexta Aprili, tanquam Martyris, ab Hæreticis, quod fidem defendissent, occisi celebratur.

n. 3.

Mart. Rom. 6. April.

Ne Donatistæ ex hac nece emolumentum caperent, Honorius Imperator anno sequenti 414. 22. Junii severissimam legem edidit, rursusque aliam 29. Aug. quibus expresse cavetur, ut omnibus, quæ Marcellinus Tribunus contra eos decrevisset, & in actis publicis essent conscripta, semper suus vigor conservaretur. Ex eadem causa creditur, 25. Aug. anno 415. lex renovata fuisse, anno 410. ad Heraclianum directa, qua ad exilium, mortemque damnabantur. Lege, 22. Jun. anno 414. lata, testandi, aut contrahendi incapaces declarabantur, & infamia notabantur. Domus, in quibus conventus celebrassent, Ecclesiæ Catholicæ adjudicabantur. Eorum Episcopi, & Clerici ad exilium condemnabantur, bonis fisco addictis. In eos, qui Donatistas clam recepissent, eædem pœnæ statuebantur.

L. 54. C. Th. de hær. l. 55. eod.

L. 55. Cod. & ibi Gothof.

Ipsis

Ipsis Donatistis pro cujusque conditione graves mulctæ imponebantur, scilicet Proconsulibus, aliisque primi ordinis viris, ducentæ libræ argenteæ, quotiescunque conventui interfuissent, aliis quoque pro status sui ratione minores mulctæ dictabantur, ne quidem mancipiis præteritis, quæ privatione tertiæ partis sui peculii, & pœna corporis affligebantur. Sæculum V. A. C. 413.

§. XII.

S. Demetriades Virgo.

Circa illud tempus, quo Marcellinus ad Cœlestia translatus est, S. Augustinus ex consecratione Virginis Demetriadis, Olybrii, anno 395. Consulis, filiæ, maximo solatio est recreatus. Hæc, capta Roma, effugerat cum matre sua Juliana, & Proba, avia sua paterna, quæ, Carthaginem advenientes, multa ab avaritia, & improbitate Heracliani tulerunt. Matri, aviæque consilium erat, Demetriadem in Africa cuiquam illustrium juvenum Romanorum, qui illuc confugerant, nuptui dare, quamvis potius optassent, ut ipsa Virginitatem servare elegisset; sed tantam vitæ perfectionem a puella sperare non audebant. Interim tamen Demetriades sanctum hoc vitæ genus ducere insciis omnibus apud se statuerat. Inter Evnuchorum, & puellarum, sibi famulantium turbas, in deliciis Consularis

Sup. XIX. §. 10. Hier. epist. 8. ad Demetr. c. 3. Sup. XXIX. 22.

Sæculum V. A.C. 413.

ris Domus posita, jejunare cœpit, vestem pauperem, rigidamque induere, humi cubare, solo cilicio tecta. Hæc occulte faciebat, nemine, nisi quibusdam Virginibus in illa domo ancillantibus, conscio. Flexis genibus, & defluentibus lacrymis Salvatorem precabatur, ut voti se damnaret, atque animum matris, aviæque flecteret.

Tandem, cum dies nuptiis destinata appropinquaret, jamque thalamus pararetur; ipsa una nocte, S. Agnetis exemplo excitata, quid factura esset, decrevit. Ubi illuxit, omisso puellari cultu, gemmisque, paupere tunica, vilique palliolo tecta, ad pedes Probæ, aviæ suæ accidit, non verbis, sed largis lacrymis, quid peteret, explicans; Proba, & Juliana in summam repente admirationem raptæ, inter timorem, & gaudium mediæ, quid crederent, ambigebant. Tandem in complexus ruunt, mixtisque lacrymis mœrentem erigunt, consolantur, ob conceptum sanctioris vitæ propositum lætantur. Totam domum incredibile gaudium refecit. Non nuliæ ancillarum, amicarumque ejus pulcherrimum exemplum secutæ, Deo sese consecrarunt. Omnes in Africa Ecclesiæ in gaudii partem venerunt, & facti hujus laudes per omnes Insulas, Africam, Italiamque interjacentes, auditæ. Roma ipsa in tristi fortuna

c. 4.

inde

inde aliquod levamen sensit, famaque pu-
ellæ usque in Orientis Provincias perva-
sit. Proba, & Juliana non ideo quidquam
de filiæ suæ dote decerpsere, sed inter
pauperes distribuerunt, quæcunque ejus *c. 1.*
Sponso fuerant destinata. Ipsa inter pre- *Epist. 188. ad Jul. al. 143. n. 1.*
ces, & cæremonias consuetas ab Episcopo
velamen accepit. S. Augustini gaudium
eo magis sensibile fuit, quod ad pium pro-
positum suo hortatu non parum contu-
lisset; noverat enim Demetriadem ex eo
tempore, quo ob colloquia cum Donati-
stis Carthagine moratus fuerat; nec et-
iam Proba, & Juliana eidem Demetria-
dis conversionem perscribere omiserunt,
addito pro more munusculo. Ad S. Hie-
ronymum quoque scripserunt, instantissi- *Ep. 150. al. 179.*
me rogantes, ut filiæ suæ regulas vitæ,
suscepto instituto facientes, traderet. Ut *Hier. ep. 8.*
petentibus satisfaceret, S. Hieronymus,
dimissa tantisper commentatione in Eze-
chielem, quam tunc ferme ad finem per-
duxerat, prolixam ad Demetriadem de-
dit epistolam, ubi omnia Virginis Chri-
stianæ munera explicantur. Hortatur, *c. 8.*
ut quantumvis esset opulenta, nunquam
non tamen suis manibus laboraret. Sol-
licite etiam puellæ animum adversus Ori- *c. 9.*
genistas præmunit, monetque, S. Papæ
Innocentii fidem semper retineat.

Sæculum V.
A. C. 413.

§. XIII.

Pelagius ad S. Demetriadem.

App. to. 2. Aug. ep. 17. al. 142. ap. Hier. ep. 1. to. 9.

Pelagius quoque, qui ea tempestate in Palæstina versabatur, longam ad S. Demetriadem scripsit epistolam, seu magis librum, quem habemus; est id scriptum inter prima, in quibus suam hæresin prodidit. In exordio dicit, non posse se a quoquam temeritatis incusari, cum ideo tantum assumpserit calamum, ut acceptis litteris, & instantissimis precibus

c. 1. Matris ejus faceret satis. Tum materiam delibans, ait; se, quotiescunque Doctrinam, ad mores spectantem, cuiquam traderet, initium semper ducere ab eo, ut ostenderet, quantæ sint naturæ humanæ vires, atque ita Discipulis animos addoret, &

c. 3. spem ad perfectionem perveniendi. Subdit; Naturæ humanæ Dignitatem in libero arbitrio principaliter consistere, quod Deus homini dedit, ut boni, & mali capax, naturaliter unum posset, & alterum, suamque voluntatem ad unum, vel alterum converteret. Affert exemplum Philosophorum, in quibus plures viguisse virtutes agnoscit, & prosequitur: *unde, obsecro! hominibus, a Deo remotis, tot dotes advenere, Deo gratæ? unde ipsis hæc bona, nisi a Bonitate Naturæ? si vero homines sine Deo documenta dant, quales a Deo creati sint, inde inferte,*

inferte, quid Christiani possint, quorum natura, & vita in melius reparata, & qui etiam Divinæ Gratiæ auxilio adjuvantur? Sæculum V. A.C. 413.

De lege naturali multa differit, quam existere probat ex bonæ, & malæ conscientiæ effectibus. Deinde Sanctos recenset, qui sub hac sola lege vixerunt, ab Abel usque ad Joseph, & Job, *qui*, inquit: *occultas naturæ divitias in lucem protraxit, & suo exemplo docuit, quid nos omnes possimus.* Vim liberi arbitrii extollit, ut peccatum soli voluntati, non vero naturæ vitio tribuamus. Dicit, æquali modo liberi arbitrii effectum fuisse, quod Adam e paradiso ejectus, & Henoc ex hoc mundo raptus fuerit. Nihil aliud bene faciendi difficultatem in nobis causare, quam longum vitiorum habitum, quibus ab infantia infecti sumus, & quasi in naturam transierunt. Concludit, dicendo, si Sancti extiterunt, ante legem, & Adventum Salvatoris, omnino esse credendum, nos longe perfectiores existere posse, per gratiam JEsu Christi confirmatos, suo mundatos sanguine, & ejus exemplo ad perfectionem excitatos. Postea speciatim de moribus Virginis Christianæ tractat, & optima tradit præcepta, at dum in homine bonæ voluntatis prærogativam laudat, ad Demetriadem hæc verba scribit memorabilia: *Hic*

c. 4. *c.* 5. *c.* 6. *c.* 7. 8. Pelagius. *c.* 9. 10.

Sæculum V. A.C. 413.

Hic in te dotes inveniuntur, propter quas jure merito ſuper alias æſtimeris; nam
c. 11. *nobilitatem ſanguinis, & opes terreſtres non a te, ſed a Parentibus habes, verum enimvero divitias Spirituales nemo, niſi tu ipſa, tibi dare poteſt. Ergo in hoc ſolo vere laudabilis es, & cæteris præferri digna, quod tantummodo a te, & in te exiſtere poteſt.* Nullibi alias Pelagius errorem ſuum magis quam in his verbis
c. 16. aperit. Inferius in eos inſurgit, quibus aliqua Dei præcepta difficilia videntur; *nemo*, inquit: *quantæ ſint vires noſtræ melius perſpicit, quam qui eas nobis dedit. Juſtitiæ amantiſſimus eſt; ergo nullam rem impoſſibilem nobis præcepit; optimus eſt; ergo hominem propter mala, quæ vitare*
c. 17. *in fin. non potuit, non damnat.* Dicit etiam; qui diuturno peccandi habitu bonam naturam quaſi ſuffocarunt, per pœnitentiam reſtitui poſſunt, & mutata voluntate, malum habitum habitu meliori expellere.
c. 25. Rurſus in Textum aliquem S. Jacobi oſtendit; quomodo nos Dæmoni reſiſtere oporteat; ſi nempe Deo ſubjiciamur, voluntatem ejus adimpleamus, ut Gratiam ejus mereamur, & facilius Spiritui maligno per auxilium Spiritus S. reſiſtamus. Nihilominus Pelagius in pluribus locis hujus ſcripti orationem ad Deum commendat.

§. XIV.

Sæculum V.
A. C. 413.

§. XIV.

Sermo S. Augustini contra Pelagianos.

Interim Pelagii errores in Africa dissemi- *Aug. de gest. Pel. c. 1. n. 25.*
nabantur. Eorum defensores dicebant, hanc esse Ecclesiarum in Oriente Doctrinam, & minabantur, omnes, qui eam non reciperent, judicio istarum Ecclesiarum condemnandos. Id Sanctum Augustinum, tunc Carthagine degentem, permovit, ut jubente Episcopo Aureliano, sermonem ad populum diceret in magna Basilica 25. Jun. anno 413. qua die memoria Sanctæ Guddentiæ Martyris ibi celebrabatur. Præcedenti quoque die, in festo S. Joannis Baptistæ concionatus fuerat, atque de Baptismo parvulorum dicere cœperat, at, cum illa die materiam amplissimam absolvere non potuisset, eandem altera die prosecutus est, atque populum instruere, quam Sanctam laudare potius habuit. *Serm. 294. al. 14. de verb. Apost.*

In hoc sermone Pelagianos, quos non c. 8.
nominat, impugnat. *Concedunt*, inquit: *infantes esse baptizandos, ut possint intrare in Regnum Cælorum, & tamen affirmant, hos sine baptismo ad vitam æternam perventuros, quia nec proprium, nec originale peccatum habent. Nova hæc est Doctrina*, subjungit: *præter Regnum Cælorum dari vitam æternam. Scriptura inter* *Matth. 25. 33. &c.*

Sæculum V. A.C. 413.

inter dextram, & ſiniſtram, Regnum Dei & ignem æternum nihil ponit medium. 1. Cor. 6. 9. &c. *Quicunque e Regno Cælorum excluditur, ad ignem damnatur. Salus iſta, quæ infantibus extra Regnum Cælorum promittitur, arbitraria eſt; alius ex eodem fundamento, ſi fuerit magis miſericors, eosdem in Regnum Cælorum transferet; nam ſi peccatum originale non datur, nulla pœna digni ſunt, at Regno Dei privari ſemper pœna eſt, & quaſi exilium.* (*) Pelagiani hanc diſtinctionem inter vitam, & Regnum fundabant in illis Evangelii verbis: Joan. 3. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum Dei.* Sed poſtea dicitur: *quiscunque credit in JEſum Chriſtum, non peribit, ſed* ibid. 16. *habebit vitam æternam. Dum infans baptiza-*

(*) Anonymus I. hic notat, Fleurium, ad rigidas ſententias ſemper inclinantem, ea ex S. Auguſtino excerpere, unde erui poteſt, Parvulos, ſine Baptismo mortuos, cum reprobis adultis ad flammas æternas damnandos, illa vero, quæ idem S. Pater, contra Julianum ſcribens, parvulis magis faventia dixit, in Fleurio non legi. Locus ipſe referri meretur. Julianus objiciebat, JEſum Chriſtum de Juda Proditore dixiſſe; melius futurum fuiſſe huic perfido Diſcipulo, ſi natus non fuiſſet, & infert, ſi parvuli cum peccato originali naſcerentur, idem de ipſis dicendum fore, quod a ſana ratione abhorrens, & nullatenus probabile

Sæculum V. A. C. 413.

baptizatur, respondent alii, ipsius nomine quod in JEsum Christum credat; ergo sine ista fide periret, & vitæ æternæ particeps non fieret. Ita S. Augustinus probat dari peccatum originale ex eo, quod infantes baptizentur. Nam quamvis argutiæ Pelagianorum eo tenderent, ut Baptismo infantum utilitatem detraherent, tamen, auctoritate Ecclesiæ pressi, negare non audebant.

Serm. c. 11.

c. 17.

Præterea S. Augustinus peccatum originale demonstrabat per verba S. Pauli, dicentis, peccatum in mundum intrasse per unum hominem, in quo omnes peccaverunt. Ad hoc respondebant; cum Adam primus peccasset, peccatum ejus in omnes alios transiisse, quod pravum ejus exemplum fuissent imitati; verumtamen in hoc sensu peccatum magis a Dæmone

c. 14.

Rom. 5. 12.

bile putabat. Respondet S. Augustinus Lib. V. cont. Jul. *ego autem non dico parvulos sine Christi Baptismate morientes tanta pœna esse plectendos, ut eis non nasci potius expediret.* Et inferius: *non tamen audeo dicere, quod eis, ut nulli essent, quam ut ibi essent potius expediret.* Concludit Anonymus, JEsu Christi verba de Juda, & illa: *qui non crediderit, condemnabitur.* de solis adultis accipi posse, atque plurimos Catholicos Theologos dicere, parvulos sine pœna, imo, & sine tristitia persistere. Monet etiam, libros S. Aug. cont. Jul. ab ipso in suis retractationibus, non vero sermones fuisse emendatos.

Sæculum V. A.C. 413.

Dæmone contraxissemus, qui prius quam homo peccavit, & malorum Pater dicitur; & justi potius ad Abel essent referendi, qui ipsis primus virtutis exemplum reliquit, quam ad JEsum Christum, qui tanto post eum tempore advenit. Atqui dicebant: *Si illi, qui ex peccatoribus nascuntur, peccatores sunt, quare illi, qui ex Fideli baptizato nascuntur, non sunt justi, sicut Pater eorum? quia*, respondet S. Augustinus: *Fidelis non generat, quatenus secundum Spiritum ipse regeneratus est, sed quatenus generatus est secundum carnem; & nemo renasci potest, antequam natus sit. Ita Filius circumcisi, non nascitur circumcisus.* Illa S. Pauli verba allegabant: *alioquin Filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quocunque sensu id accipiatis*, inquit S. Augustinus: *hic de Baptismo sermo non est, & hæc Sanctitas Baptismi necessitatem non tollit; alioquin maritus mulieris Fidelis non esset baptizandus; nam Apostolus in eodem loco etiam dicit; eum per ipsam sanctificari.*

c. 15. Joan. 8. 44. S. Augustinus contra Pelagianos. c. 19. 1. Cor. 7. 14.

Ad finem hujus Concionis dixit: *rogo vos, ut aliquantisper habeatis patientiam, pauca prælegam. S. Cyprianus is est, quem in manus meas accepi, olim hujus Sedis Episcopum; audite! quæ ipse de Baptismo parvulorum crediderit, vel potius, quomodo docuerit, quid Ecclesia hac in*

c. 20.

Sæculum V. A. C. 413.

in re semper tenuerit; quippe hominibus istis non satis est, nova, & impia in medium proferre, sed etiam nobis novitatis notam inurere satagunt. Tum legit textum epistolæ ad Fidum, ubi inter alia hæc habentur: *si maximi peccatores, dum ad fidem convertuntur, remissionem peccatorum recipiunt, & Baptismum, quanto minus denegari potest infanti, qui modo natus est, & nunquam peccavit, nisi in quantum ex Adamo secundum carnem natus est, & in prima sua nativitate antiquæ mortis contagionem contraxit. Eo facilior eidem accessus pateat ad remissionem peccatorum, quod ei non propria, sed aliena peccata remittantur. Curemus ergo,* addit S. Augustinus: *ut a fratribus nostris obtineamus, ne nos Hæreticos vocent, cum nos ipsis invisum hoc nomen non imponamus, quod imponere possemus. Nimium crescit audacia, vix amplius est tolerabilis! sed Ecclesiæ patientia non abutantur! tolerandi sunt, qui falluntur in aliis quæstionibus, quæ necdum satis sunt discussæ, nec plena Ecclesiæ Auctoritate stabilitæ; illi vero minime, qui ipsum Ecclesiæ fundamentum tentant concutere.*

Sup. l. VII. §. 22. Cypr. ep. 64.

c. 21.

§. XV.

Alia adversus Pelagianos opera.

Plurimi Pelagiani in Sicilia, præsertim Syracusis versabantur; inde quidam,

Sæculum V. A. C. 413.

cui nomen Hilarius, ansam cepit, ut S. Augustino scriberet, epistolam ferentibus quibusdam Afris, Syracusis Hipponem tendentibus. Consulebat vero virum Sanctum supra sex quæstiones sequentes:

Aug. de perf. just. init. ap. Aug. ep. 156. al. 188.

I. Quod homo possit sine peccato esse. II. Quod facile possit Dei præcepta servare, si velit. III. Quod infans, sine Baptismo mortuus, salva æquitate perire non possit, quia natus est sine peccato. IV. Quod Dives, Divitias retinens, Regnum Dei intrare non possit, nisi omnia sua bona vendat; & si iis utatur ad observanda præcepta, id ipsi nihil profuturum. V. Simpliciter nunquam jurandum. VI. Quod Ecclesia, de qua scriptum est, eam esse sine ruga, & macula, illa scil. in qua nos præsentes vivimus, & quod sine peccato esse possit. Propositiones IV. & V. partus erant Pelagianorum Superbiæ, qui omne juramentum, & divitiarum possessionem damnabant, ut speciem præberent, velle se ab omni peccato immunes vivere, & jam in hac vita ad perfectionem pervenire. S. Augustinus ad primam quæstionem respondet, sicut docuerat in libro secundo de merito peccatorum, neminem in hac vita esse sine peccato, quamvis ex hac vita sine peccato migrare possit. Ad secundam dicit, errorem esse intolerabilem, affirmantium, liberum arbitrium ad implenda Dei præcepta sine auxilio

Ep. 157. al. 89.

Sup. §. 3.

auxilio Gratiæ, & dono Spiritus Sancti sufficere. *Liberum arbitrium*, inquit: *bona operari potest, si a Deo adjuvetur, quod humiliter orando, & laborando impetramus. Si vero auxilio Dei destitutum sit, qualicunque scientia legis valeat, nullius justitiæ soliditate fundabitur, sed superbiæ elatione turgebit.* Hæc omnia S. Pater ex Scriptura probat. Ad tertiam quæstionem, dari peccatum originale propugnat, eodem modo, quo in Sermone Carthaginensi, insistens comparationi Adami, & JEsu Christi, & demonstrans, viros Sanctos etiam veteris Testamenti solummodo per fidem in JEsum Christum fuisse salvatos. Hic de damnatione Celestii, Carthagine pronuntiata, mentionem ingerit, & dicit, plures, quam crederetur, hanc opinionem habere Sectatores, eosque adhucdum ab Ecclesia tolerari, ut, si possibile esset, in suo sinu emendaret potius, quam velut membra insanabilia resecaret.

Ad quartam quæstionem, ostendit, divites salvari posse ab exemplo Abrahami, Isaaci, & Jacob, inter quos collocabuntur, juxta dicta Evangelii, qui ab Oriente, & Occidente in Regnum Cœlorum venturi sunt. Consilia a Præceptis distinguit, & docet, in quo consistat, renuntiare omnibus, quod Doctrinæ Christianæ anima est. Ad quintam quæstionem dicit, non esse

Sæculum V. A. C. 413.

n. 5.

S. Augustinus contra Pelagianos. *c.* 3. *n.* 11.

n. 22.

Sup. §. 2.

c. 4. *n.* 23.

Matth. 8. 11.

n. 40.

Sæculum V. A.C. 413.

absolute prohibitum, aliquando jurare, sed quantum fieri possit, esse devitandum; non quod peccatum sit, si quis verum juret, sed quod pejerare maximum sit peccatum, in quod facile labitur, qui jurare *n.* 39. 40. adsuevit. Quæstionem ultimam de Ecclesiæ puritate, S. Augustinus transeunter perstringit, dicitque, Ecclesiam in hoc Mundo non solum Christianos imperfectos, sed etiam peccatores tolerare, innuens, non esse simpliciter sine ulla macula, & ruga.

Haud multo post S. Augustinus librum *ep.* 179. *n* 2. scripsit de Natura, & Gratia, quem duo- *ep.* 186. *n.* 1. bus aliis Pelagii Discipulis, Timaso, & Jacobo juvenibus, optimo genere natis, & humanioribus litteris instructissimis dicavit. Pelagii hortatu excitati, spem omnem hujus Sæculi rejecerant, ut se Deo donarent; at simul fervide pessimam ejus Doctrinam fuerant amplexi, quam eosdem S. Augustinus dedocuit.

ep. 186. 11. Hi S. Augustino Pelagii librum submise- *Retr.* c. 24. runt, quo Naturam contra Gratiam tota ratiocinandi facultate tuebatur, rogantes ardentissime, ut responderet. S. Augustinus, dimissis, quæ præ manibus habebat, eum maxima attentione legit, & edito hoc libro respondit, Jacobo, & Timaso inscripto, cui Titulum posuit de Natura, & Gratia, quia JEsu Christi Gratiam ita defendebat, ut naturam, sicut in se est,

Sæculum V. A.C. 413.

est, non vituperaret, sed dicebat, necessarium esse, ut per peccatum corrupta, & debilitata per gratiam regeretur. Hoc opus anno 415. concinnavit. Jacobus, & Timasus gratias ei pro labore egerunt, dolentes, quod legendum Pelagio dare non possent, qui ab ipsis discesserat. *de Gest. Pel. c. 25.*

§. XVI.

Datum consultanti Orosio Responsum.

Inter hæc juvenem Presbyterum, cui Nomen Paulus Orosius, clarissima S. Augustini fama ex Hispania, & Oceani littoribus solum tantum virum videndi, & ab eo Sacras litteras discendi desiderium attraxit. Erat Orosio ingenium acre, expedita lingua, & ingens ardor errores, Patriam suam inficientes, expugnandi. Id ipsum ei mandatum a duobus Episcopis Eutropio, & Paulo. S. Augustino indiculum tradidit, hosce errores enumerantem. Primo ponebantur errores Priscilliani, dicentis cum Manichæis, animam esse Substantiæ Divinæ portionem, corpori, ut pro merito suo puniretur, immissam; Trinitatem vero non nisi nominetenus, sicut Sabellius, confitebatur. Quidam, cui nomen Avitus, Jerosolymam profectus, ut confusionem, quam sibi hos errores docendo pepererat, effugeret, in Hispaniam deinde reversus, retulit Origenis *Aug. ep. 169. al. 102. ad Evod. n. 13. ep. 166. al. 28. ad Hier. n. 2. II. Retr. c. 44o.* *Conf. Oros ap. Aug. to. 8. p. 667.* *Sup. XVII. §. 56.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum V. A. C. 413.

genis Doctrinam hos errores ex parte emendantem. Is Avitus idem esse creditur, cui S. Hieronymus circa annum 409. suam de Principiis Origenis translationem submisit, cum epistola, in qua errores adnotabantur; si idem est, nihil ei moneri profuit. Quidquid autem sit, Doctrina Origenis ab Avito in Hispaniam delata, veram fidem de Trinitate, de Creatione, de operum Dei Bonitate exponebat, sed aliqui errores erant immixti; nempe Angelos, Dæmones, animas ejusdem esse substantiæ, & singulis pro suo merito gradum assignatum. Mundum corporeum ultimo fuisse productum, ut in eo animæ, quæ prius peccaverant, purgarentur. Ignem æternum nihil esse præter conscientiæ remorsum, dictum æternum, eo quod longo tempore esset duraturus. Itaque omnes animas in fine, & ipsum Diabolum, fore purgatas. Filium Dei semper corpus habuisse, sed magis, minusve subtile, pro illarum Creaturarum exigentia, quibus prædicaverat, nempe Angelis, Potestatibus, & denique hominibus. Creaturam, se invita, corruptioni subjectam, esse Solem, Lunam, & stellas, quæ essent Potestates rationabiles. Avitus iste, & alter Avitus etiam Hispanus, & alius Græcus, nomine Basilius, hæc, tanquam Origenis Doctrinam, tradebant.

Sup. l. XX. §. 37.

Hier. ep. 59. ad Avit.

S. Au-

S. Augustinus ad Consultationem Orosii brevi scripto respondit, in quo eum initio remittit ad legenda opera sua contra Manetis Hæresin, cujus partus erat Priscilliani error. Probat esse de fide, animam esse opus Dei, & sicut alia ex nihilo extractam. Ignem æternum esse verum ignem, & vere æternum. Mundum non ideo productum, ut Spiritus puniantur, sed Creationis causam esse Dei Bonitatem. Nihil esse causæ, cur credamus, astra animari; nec expedire, ut naturam corporum, & Spirituum cœlestium curiosius investigemus. (*) Postea dicit: *Credo firmissime existere Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, & quod inter se differant, ne vero putetis, omnia me scire, me, quem magnum Doctorem æstimatis, fateor, quod nesciam, quid Angeli sint, aut in quo unus ab altero differat.*

Sæculum V. A.C. 413. *n.* 8. *n.* 9. *n.* 11. *n.* 13.

§. XVII.

Epistolæ ad S. Hieronymum, ferente Orosio.

Cum Marcellinus Tribunus S. Hieronymum consuluisset, super quæstione de *ap. Aug. ep.* 165. *al.* 27.

(*) Hæc S. Patris Doctrina illis bene notanda, qui cerebrum fatigant suum quærendo, an non tot soles sint, quot stellæ fixæ, & num Planetæ inhabitentur.

Sæculum V. A.C. 413. de origine animarum, ab eo ad S. Augustinum remissus fuerat, qui ipsum ista viva voce docere poterat, quia ambo in Africa versabantur. Sed S. Augustinus hæc ipsa quæstio haud parum negotii facessebat, & quia etiam inter illas erat, de quibus Orosius plenius instrui cupiebat, suasit, ut in Palæstinam proficiscerentur, & S. Hieronymum consuleret, rogans, ut deinde per Africam redux iter institueret. Placuit Orosio consilium, profectionem suscepit, & S. Augustinus commoda occasione ad S. Hieronymum scribendi usus est, quod jam a longo tempore exoptabat. Scripsit ergo duas amplissimas epistolas, seu magis libros de duobus quæstionibus, tunc temporis propter Pelagianos gravissimis. Prima erat de origine animæ; secunda super illis verbis S. Jacobi: *qui in uno præcepto delinquit, reus est omnium.*

Aug. ep. 166. al. 281. *n.* 1. 2.

II. Retr. c. 4.

Jac. 2. 10.

In libro primo S. Augustinus initio asserit, quæ de natura animæ certa sunt; ipsam esse immortalem, non esse Divinitatis portionem, nec esse corpoream. Tandem non aliter in peccatum lapsam, quam culpa sua, & propria voluntate, nec aliter, quam per gratiam JEsu Christi a peccato posse liberari. *Hæc sunt,* inquit, *quæ firmiter circa animam credo; hoc autem est, quod quæro, ubinam hoc peccatum contraxerit, quod damnationem inducit*

ep. 166. *c.* 2.

n. 6.

Sæculum V. A. C. 413.

ducit etiam puerorum, sine baptismo mortuorum? In libris de libero arbitrio contra Manichæos quatuor opiniones de origine animæ recensui. An omnes animæ ex anima primi hominis sint productæ? an pro quolibet homine quotidie novæ creentur? an, si alicubi præexistant, Deus illas corporibus immittat, vel sua sponte adveniant? secunda opinio, tua est, quod Deus pro quolibet homine nascente animam producat, sicut ex tua ad Marcellinum epistola apparet. Vellem, ut ea etiam mea esset, sed magnæ occurrunt difficultates. n. 8.

Has difficultates deinde explicat, profici-scentes a peccato originali, & pœnis, quas infantes patiuntur, non solum in hac vita, sed præcipue in altera, si sine Baptismo decedunt; pœnas istas non videri juste infligi, si sint animæ novæ, expresse singulis corporibus inhabitandis creatæ. In illa ætate nullum peccatum deprehendi, nec posse Deum animam condemnare, in qua nullum peccatum videt. *Has enim animas*, inquit: *condemnari, si ita e corpore egrediantur, Sacra Scriptura, & Sancta Ecclesia testantur. Volo igitur, hanc opinionem de novarum animarum Creatione etiam meam esse, si huic immutabili articulo nostræ fidei contraria non est, si contraria est, nec tuam esse.* Dicit postea: *illi ex ista difficultate melius se extricare putant, qui affirmant, animas* n. 10. n. 16. 17. &c. n. 25. S. Augustinus. n. 27.

Sæculum V. A. C. 413.

his vel illis corporibus injici, habita præcedentis vitæ, & meritorum ratione. Ego vero, quod animæ peccaverint in alia vita, unde in carceres carneos præcipitentur, nullus credo, nec istam opinionem pati possum. Et inferius: *quamvis copiam, & ardenter a Deo petam, ut me ab hac ignorantia tua ope liberet, nihilominus si obtinere non possum, orabo, ut mihi det patientiam, nam ita in ipsum credimus, ut nunquam contra ipsum liceat in murmurationes solvi, si in quibusdam quæstionibus cœleste lumen non concedat. Plures alias ignoro, quæ tam multæ sunt, ut numerare nequeam. Ignorantiam meam in isto articulo libenter ferrem, nisi timerem, ne quidam, levis ingenii, homines, aliqua istarum opinionum seducti, a fidei soliditate aberrent.* Hunc in modum S. Augustinus, sexagenarius, loquebatur, cui inter maximos Ecclesiæ Doctores locum omnes dabant.

n. 28.

In libro secundo S. Hieronymum consulit super quæstione de æqualitate peccatorum, & de connexione virtutum. In exordio dicit, sibi hanc quæstionem majoris momenti, quam priorem, videri, quia non de statu alicujus vitæ præcedentis agitur, sed de vitæ ratione, quam hic tenere debemus. Non eo solum contentus est, ut dubia proponat, sicut in epistola prima, sed quæstionem resolvit; decisionem

ep. 167. al. 29.

sionem tamen S. Hieronymi judicio relinquit. Stoici docebant, omnia errata esse æqualia, eumque, qui ad perfectionem sapientiæ non perveniſſet, nihil de ea posſidere; ſicut homo ſub aqua reſpirare non poteſt, niſi totus egrediatur. Sæculum V. A.C. 413. S. Auguſtinus ad S. Hieronymum.

Pelagiani hanc Doctrinam amplectebantur, & favere ipſis videbatur S. Jacobus Apoſtolus, qui velut peccatum grave adducit, ſi pauper infra divitem aſſidere jubeatur, & dicit: *quicunque totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus.* S. Auguſtinus advertit, omnium Philoſophorum opinione virtutes omnes ita inter ſe eſſe connexas, ut una ſola, ſi vera ſit, poſſideri nequeat, niſi ſimul omnes adſint; aliud autem dicendum de vitiis, cum aliqua ſint ſibi invicem directe oppoſita. Probat, homini poſſe unam virtutem ineſſe ſine aliis, ſaltem in eodem gradu, ex eo, quod juſti in hac vita peccent, ideoque nec virtutem, nec Sapientiam in puncto indiviſibili conſiſtere; ſed poſſe hominem in iis progredi; ſicut quis, ex tenebris egrediens, ſenſim ad lucem pervenit. Concludit, virtutem conſiſtere in Charitate, cujus partem alii majorem, alii minorem, alii nullam habent. (*) Hæc, ſecundum ipſum,

2. *Jacob.* 2. 3. *&c.*

2. 10.

ep. 167. *n.* 4.

n. 8.

n. 12.

n. 13.

n. 15.

(*) Quandoque Anonymus I. bene redarguit Fleurium, hic vero nimis rigide, dum dicit Fleurium,

Sæculum V. A. C. 413.

ipsum, in vita ista nunquam ita perfecta est, ut augeri non possit, & ex consequenti semper alicui defectui locum relinquat.

n. 16. Charitas totam legem includit, unde sequitur,

n. 17. eum, qui in uno articulo peccat, totam lædere, sed magis, minusve pro gravitate peccati. Itaque eo plus peccati in nobis est, quo minus charitatis reperitur, & quando nihil infirmitatis superaverit, tunc perfecti in charitate solidabimur.

§. XVIII.

S. Hieronymi scripta contra Pelagianos.

ep. 166. n. 6. In Prima istarum epistolarum S. Augustinus testatur, nullum sibi esse dubium, quin S. Hieronymus in materia de Gratia Catholice sentiret, ejusque tractatum adversus Jovinianum, & Commentarium in Jonam citat; inde colligimus, necdum ei

---

rium, referendo summatim S. Augustini Doctrinam, virtutes confundere. S. Augustini verba sunt hæc: epist. XXIX. *ut generaliter, breviterque complectar, quam de virtute habeam notionem, quod ad recte vivendum attinet, virtus est Charitas, qua id, quod diligendum est, diligitur.* Non ita certum est, ut putat Anonymus, hic S. Augustinum non de charitate, quæ est virtus Theologica, loqui; deinde meminisse oportet, Fleurium non Theologiam, sed Historiam scripsisse.

ei ad manus veniſſe, quæ S. Hieronymus adverſus ipſos Pelagianos ſcripſerat. Certe eodem tempore circa annum 414. ad Cteſiphonem reſponſum dedit, qui eum hac ſuper materia conſuluerat, ubi dicit, jam plures in Oriente his erroribus fuiſſe deceptos, refutatque, quin eorum auctores nominet. Horum originem adſcribit Philoſophis Pythagoricis, & Stoicis, docentibus, pravos affectus non ſolum reprimi, ſed etiam extingui poſſe. Ita quoque Pelagiani affirmabant, hominem, libero arbitrio bene utentem, ad eum perfectionis apicem poſſe aſcendere, ut non amplius peccet; & tamen non audebant adhibere vocem græcam: *Anamartétes*, quæ idem ſonat, ac: *ſine peccato*, quia eam Chriſtiani in Oriente ferre non potuiſſent. S. Hieronymus Pelagianos etiam accuſat, quod hunc errorem a Manichæis, & Priſcillianiſtis acceperint, qui Electos ſuos, & perfectos a peccato immunes jactitabant, partimque ab Origeniſtis, & Joviniani Diſcipulis. Promittit, ſe opus majus, iis refutandis, ſcripturum. c. 4. c. 8. c. 2.

Promiſſo ſtetit, dum ſcripſit Dialogum inter Catholicum, quem nominat Atticum, & Pelagianum, quem Critobulum dicit. Hunc compoſuit an. 415. ut inſtantiſſimis precibus ſatisfaceret, atque in tres libros diviſit. Hic fuſius eosdem errores de Libero

Sæculum V. A. C. 413.

bero Arbitrio, & impeccabilitate resc
lit, & ad plures articulos Tractatus Pe
lagii de capitulis, alio nomine, de ter
bus, seu Eulogiis respondet. Transfer
ter notat, Episcopos, Presbyteros, & Di
conos in Administratione Sacrificii v
stibus albis fuisse usos. In fine para
de peccato originali adjungit, & locu
S. Cypriani affert. Ubique iisdem ar
gumentis, quibus S. Augustinus, pugnat
& tandem citat in hunc modum: *Sa
ctus, & Eloquens Episcopus Augustinu
jam ante multum tempus duos libros d
Baptismo parvulorum adversus vestra
Hæresin scripsit, tertiumque contra illo
qui vobiscum dicunt, quod quis sine pe
cato esse possit, si velit; & nuperrim
scripsit quartum ad Hilarium. Ajun
ipsum & alios libros nominatim adver
sus vos componere; sed ad manus meas
necdum delati sunt. Hinc visum mihi,
ab hoc labore cessandum, eadem enim in
utiliter repeterem, aut si nova vellem in
medium afferre, non possem, cum excel
lens Augustini ingenium operam meam
anteverterit.* Tanta S. Hieronymi in
extrema senectute sinceritas, & humili
tas fuit.

Lib. I. ad tit. 73.

Lib. III. c. 6.

§. XIX.

Colloquium Jerosolymitanum.

Oros. Apol. Orosius, in Palæstinam adveniens, S. Hiero-

Hieronymum, hac scriptione occupatum, invenit, atque apud eum Bethlehemi divertit, ut in quæstionibus, ad Religionem pertinentibus, plurima disceret. Dum putabat, se omnibus ignotum, ibi satis latere, ecce Jerosolymam ire jubetur, ab illius Ecclesiæ Presbyteris circa finem mensis Junii anno 415. vocatus. Ubi advenit, Conventui Presbyterorum adfuit, in quo Joannes Episcopus, Præses, hospitem considere admonuit. Ante omnia rogant, utpote ex Africa venientem, ut, si quæ sciret, quæ ibi gesta fuissent, Pelagii, & Celestii Hæresin tangentia, simpliciter, & fideliter referret. Ipse paucis exposuit, Celestium ad multos Episcopos, Carthagine congregatos, fuisse delatum, ibique auditum, & condemnatum; post hæc ipsum fuga se proripuisse ex Africa. S. Augustinum jam opus conscribere, quo plene ad librum Pelagii responderet; idque eum facere a quibusdam ipsius Pelagii Discipulis rogatum, qui in hunc finem ei librum submisissent. Ii nempe erant Jacobus, & Timasus. Orosius subjunxit: *Etiam Epistola ejusdem Episcopi in manibus meis est, quam nuper in Siciliam misit, & in qua plures Hæreticorum quæstiones notat.* Tumque eam prælegere jussus, eandem recitavit. Erat hæc Epistola ad Hilarium.

Sæculum V. A. C. 415.

Tum

Sæculum V. A. C. 415.

Tum Joannes, Episcopus Jerosolymitanus, petiit, ut Pelagius introduceretur. Consensit congregatio, partim Episcopi Reverentia moti, partim ob rei ipsius utilitatem, quod crederent, præsentem multo melius convinci posse. Ubi ingressus est Pelagius, Presbyteri bono ore interrogant, an fateretur, se illam Doctrinam tradidisse, quam Episcopus Augustinus refutasset. Ipse respondit: *Quid mihi, & Augustino?* Omnes exclamare! qui tam contemptim loqueretur de Episcopo, cujus opera Deus ad religionem in tota Africa reducendam usus fuisset, mereri, non solum hoc conventu, sed etiam tota Ecclesia ejici. Ut Joannes Episcopus Pelagium in medio Episcoporum Catholicorum, quamvis esset simplex Laicus, & Hæresis accusatus, considere jussit, dixitque: *Jam ego sum Augustinus.* Ut indicaret, se velle eum repræsentare. Orosius ad Episcopum: *Si Personam Augustini sustines, etiam ejus mentem sequere!* Joannes Episcopus ad totum conventum: *Quod modo prælegi audivimus, an contra quosdam aliter scriptum, aut an vobis de Pelagio quæstio est? aperite jam, quæ adversus eum cogitatis.* Cum omnes ad Orosium converterentur, ait: *Pelagius dixit ad me; hominem posse existere sine peccato, & facile Dei præcepta servare, si velit.* Pelagi-

Sæculum V. A. C. 415.

lagius respondit: *Negare non possum, me hæc dixisse, & adhuc dicere.* Orosius subjunxit: *Sed hoc ipsum est, quod Concilium Africanum in Celestio detestatum est, & quod Episcopus Augustinus in suis scriptis cum horrore rejecit, ut audistis. Hoc ipsum est, quod Beatus Hieronymus, cujus sermones totus Occidens tanquam rorem Cæli expectat, condemnavit in Epistola, nuper ad Ctesiphonem data, & hodiedum in libro, quem in forma Dialogi scribit, refutat.*

Joannes Episcopus ad hæc omnia parum attendens, ab Orosio cæterisque exigebat, ut coram ipso in hac causa Actores se profiterentur. Id vero recusabant, dicentes, hanc Doctrinam fuisse ab Episcopis sufficienter condemnatam. Diu contentio tenuit, cumque Pelagius incusaretur, quod diceret, hominem existere posse sine peccato, si vellet, Episcopus Joannes eum interrogavit; respondit Pelagius: *Non dixi, hominem sua natura esse impeccabilem, sed dixi, eum, qui laborare voluerit, ne peccet, hanc potestatem a Deo habere.* Non nulli ad hoc responsum murmurabant, dicentes, Pelagium affirmare, quemquam sine Dei Gratia posse esse perfectum. At Joannes Episcopus murmurantes reprehendit, dixitque: *Ipse Apostolus testatus, quod multum laboret non secundum vires suas, sed secundum Gratiam Dei.* Assisten-

Aug. de Gest. Pelag. c. 30. n. 54.

c. 15. n. 37.

Conventus Jerosolymitanus.

Sæculum V. A. C. 415.

stentibus adhucdum querentibus, Pelagius dixit: *Hoc etiam credo; anathema dicenti, quod homo sine auxilio Dei in omnibus virtutibus proficere possit.* Joannes Episcopus dixit: *Si affirmaret, hominem hanc potestatem habere sine auxilio Dei, tunc esset damnabilis. Quid tu ad hæc? an auxilium Dei negatis?* Orosius respondit: *Anathema illi! qui negat.* Orosius latine loquebatur, & Episcopus Joannes græce; sic tantum per interpretem alter alterius dicta percipiebat; qui autem hoc ministerio fungebatur, homo erat Orosio ignotus, & boni interpretis officio minime satisfaciebat, cujus defectus eum huic colloquio præsentes sæpe convicerant; Orosius igitur, cum se in pessimum Interpretem, & Judicem minus faventem incidisse videret, exclamavit: *Hæreticus est latinus, nos quoque latini sumus, ista Hæresis remittenda est ad Judices latinos, quia apud latinos magis nota. Joannes Episcopus judicare præsumit absque accusatore, cum ipsemet a suspicione non sit immunis.* Postquam diutius disceptatum, tandem Joannes Episcopus sententiam, qualem Orosius postulabat, pronuntiavit; Delegatos cum Epistolis Romam ad Innocentium Papam mittendos, omnesque deinde judicio, quod ipse tulisset, ac-

Oros. Apol.

acquieturos. (*) Interim jussit, ut tam Pelagius, quam ejus Adversarii silerent, & nemo veluti convicto insultaret. Omnibus hæc sententia placuit. Gratiarum actiones celebratæ, pax utrinque data, acceptaque, quam ut confirmarent, antequam discessum, simul preces ad Deum fuderunt. Sæculum V. A. C. 415.

Post dies 47. cum Orosius ad Dedicationem Ecclesiæ Jerosolymitanæ, quæ 13. Sept. celebrabatur, venisset, prima die festi Episcopus Joannes, quem honoris causa pro more comitabatur, ad eum dixit: *Quare te mihi socium jungis, postquam Deum blasphemasti?* Orosius respondit: *Quid dixi, quod Blasphemia appellari queat?* Episcopus: *Audivi te dicentem, quod etiam cum Dei auxilio homo sine peccato esse non possit.* Tum Orosius omnes præsentes in testes vocare, nunquam talem sermonem ore suo excidisse, & subjunxit: *Quomodo Episcopus, qui Græcus est, & latinum non intelligit, audire me potuit, me, inquam: qui linguam solum latinam calleo? & quare me non in ipso instanti paterne admonuit?* Tunc Orosius hac occasione, quam sibi divina Providentia suggerere videbatur, utendum ratus, ut insolentiam Hæreticorum reprimeret, qui *Sup. l. XI. §. 54.*

(*) Solidum pro Auctoritate Summi Pontificis in Oriente argumentum!

Sæculum V. A. C. 415.

patientia Ecclesiæ, eos tolerantis, abutebantur, imo non solum errores Jerosolymæ disseminabant, sed etiam Catholicos ad certamen provocabant, & vecordiæ incusabant, Apologiam scripsit, qua se adversus calumniam Joannis Jerosolymitani tuebatur; cumque hactenus SS. Hieronymus, & Augustinus errores aggressi, Hæreticorum nomina pressissent, Orosius Pelagium, & Celestium nominat, & Marte aperto oppugnat. Opus claudit protestando his verbis: *Jesum Christum testem invoco! quod hæresin, non hæreticum oderim, aversor hæreticum propter venenum; Hæresin detestatur, & damnet, & illico eum colemus ut fratrem.* Itaque, quod in colloquio Jerosolymitano statutum fuerat, ob accusationem Episcopi Joannis, & Orosii Apologiam effectu caruit.

§. XX.

Concilium Diospolitanum.

Mense Decembri ejusdem anni 415. actum est in Palæstina Concilium quatuordecim Episcoporum. Primus erat Eulogius, quem Episcopum Cæsariensem fuisse credunt, deinde Joannes Jerosolymitanus, Ammonianus, Porphyrius Gazensis, Eutonius Sebastenus, alter Porphyrius, Fidus Joppensis, Zoninus, Zoboennes Eleutheropolitanus, Nym-

Nymphidius, Chromatius, Jovinus Aſca-lonenſis, Eleutherius Jerichuntinus, & Clematius. Hi circa 20. Dec. convenere in urbem Dioſpolim, quam ex Sacra Scriptura nomine Liddam novimus. Concilii convocandi cauſa fuerat libellus, oblatus a duobus Epiſcopis Gallis, Heroe Arelatenſi, S. Martini Diſcipulo, cujus ſuperius meminimus, & Lazaro Aquenſi, ſuis Sedibus ejectis. Hi duo Epiſcopi, Doctrina Pelagii offenſi, in compendium coegerunt errores, quos ex ejus, & Celeſtii libris collegerant, notatis articulis, propter quos Celeſtius in Concilio Carthaginenſi damnatus, illisque adjectis, quos Hilarius ex Sicilia ad S. Auguſtinum tranſmiſerat. Dictum igitur libellum, latine conſcriptum, Eulogio, Concilii Præſidi, tradiderunt; (*) ipſi vero conſtituta die comparere non potuerunt, quod alter eorum in gravem morbum incidiſſet. Econtra Pelagius adfuit, ut objecta dilueret, quod ei haud difficile accidit, cum nullum Actorem ſibi haberet oppoſitum. Nam neque Oroſius aderat. Suſpicio in Joannem Jeroſolymitanum cecidit, quod Pelagio conſilium ſuggeſſiſſet, ut hoc maxime tempus, quo ſibi omnia faverent, dicendæ cauſæ eligeret.

Sæculum V. A. C. 415.

Sup. n. 4. Aug. de Geſtis Pelag. c. 3.

(*) His videmus, Epiſcopum Jeroſolymitanum Epiſcopo Cæſarienſi ſubfuiſſe.

Sæculum V. A. C. 415.

Pelagius, ut optimam ſui exiſtimationem Concilii Patribus ingereret, ſe multis ſanctis Epiſcopis amicitia junctum jactabat; plures protulit Epiſtolas, quarum aliquæ prælectæ, inter alias brevis erat S. Auguſtini Epiſtola, qua quidem ſinceram amicitiam teſtabatur, ſed tacite ſimul excitabat, ut Gratiæ neceſſitatem agnoſceret. Hæc ante duos circiter annos ſcripta fuerat, cum S. Auguſtinus, jam errorum ejus non ignarus, adhuc in viam reduci poſſe ſperaret. Tandem etiam libellum Epiſcoporum Herois, & Lazari legere oportuit, quia vero Epiſcopi, in hoc Concilio Judices, latinum ſermonem non capiebant, interpretis opera uſi ſunt, qui, quod legebatur, explicabat, dum Pelagius contra ore proprio, & græce reſpondebat.

de geſt. c. 25. ep. 146.

de Geſt. c. 26.

de Geſt. c. 1. Hier. Dial. c. 1.

Primum, quod ipſi objiciebatur, illud fuit, quod in uno librorum ſuorum ſcripſiſſet, nempe de Capitulis, neminem ſine peccato eſſe poſſe, niſi legis ſcientiam habeat. Poſt hanc lectionem Concilium dixit: *Pelagi! an hoc publice tradidiſti?* Reſpondit: *Tradidi, ſed non in eo ſenſu, quo alii accipiunt. Non dixi, eum, qui ſcientiam legis habet, peccare non poſſe, ſed ſcientia legis adjuvari, ne peccet, ſicut ſcriptum eſt: Dedit eis auxilium legis.* Concilium dixit: *Quod dixit Pelagius, a Doctrina Eccleſiæ non*

Iſai. 8. 20. ſec. 70.

Concilium Dioſpolitanum.

eſt

est alienum. Et addidit: *Legatur alius articulus!* Tunc lectum est, quod in eodem libro Pelagius inseruerat; omnes sua propria voluntate regi. Pelagius respondit: *Hoc etiam dixi, quia habet liberum arbitrium; Deus ad eligendum bonum auxiliatur, & homo peccans sua culpa peccat, quia libero arbitrio utitur.* Episcopi dixerunt: *Neque istud a Doctrina Ecclesiæ alienum est.*

Sæculum V. A. C. 415. *Aug. Gest. c. 2. n. 6.*

Inde ex Pelagii libro lectum est, quod dixisset; in die Judicii iniquis, & peccatoribus non esse veniam concedendam, sed in igne æterno comburendos. Accusatores ejus ideo hæc verba excerpserant; quod non distingueret, peccatores per merita JEsu Christi salvandos, ab illis, qui damnabuntur. Quia vero nullus aderat Adversarius, qui eum ad verba ista clare explicanda compelleret, simpliciter respondit, se ea dixisse secundum Evangelium, ubi dicit Evangelista: peccatores ituros in supplicium æternum, & justos in vitam æternam; & adjecit: *Si quis aliud credit, Origenista est.* Concilium dixit: *Hoc a Doctrina Ecclesiæ non est alienum.* Rursus objiciebatur, quod scripsisset; malum justis ne quidem cogitatione incidere; respondit: *Istud non ita expressi, sed dixi, Christianum conari oportere, ut nunquam malum cogitet.* Et hoc etiam Episcopis proba-

c. 3. n. 9.

Matt. 25. 46.

c. 4. n. 12.

Sæculum V. A. C. 415.

tum. Illud quoque lectum, quod scripserat; Regnum Cælorum etiam in veteri Testamento fuisse promissum. Nempe ipse omnino legem veterem novæ exæquabat. At, nullo premente adversario, respondit: *Hoc etiam ex Scriptura probari potest; sed Hæretici non levi veteris Testamenti injuria negant.* (Manichæos designabat) *Ego vero*, addidit, *hoc secundum Auctoritatem Scripturæ dixi, quia in Daniele scriptum legimus: suscipient autem Regnum Sancti Dei altissimi.* Concilium dixit: *Neque ipsum a fide Ecclesiæ remotum.*

c. 5.

Dan. 7. 18.

Objectum deinde, quod Pelagius in eodem libro scripsisset; Hominem posse, si velit, sine peccato esse; & quod in Epistola ad quamdam viduam dixisset; *Pietas apud te locum, qui ei nullibi alias conceditur, inveniat!* atque alia similia adulationem redolentia. In alio libro, ad eandem directo, docens, quomodo Sanctos orare oporteret, dicebat: *Ille bona conscientia orat, qui potest dicere: Tu scis, Domine! quam puræ sint manus, quas ad te extendo, & labia, quibus a te misericordiam peto.* Ad hæc Pelagius: *Dixi, hominem posse esse sine peccato, & Dei mandata observare, si vult, Deus enim homini hoc posse dedit; sed non dixi, quemquam esse, qui nunquam ab infantia usque ad senectutem peccaverit;*

de Gest. c. 6.

caverit; hoc solum dixi, quod a peccatis suis conversus sine peccato vivere possit per proprium laborem, & Dei gratiam, quin in futurum immutabilis sit. Reliqua, quæ addiderunt, in meis libris non leguntur, nunquam talia dixi. Concilium dixit: *Cum hæc scripsisse neges, an illos anathematizas, qui credunt?* Pelagius respondit: *Anathematizo eorum insolentiam, non autem Hæresin, cum hæc ad dogma fidei non pertineant.* Tum Episcopi interlocuti dixerunt: *Cum Pelagius propositiones incertas, atque ad rem non pertinentes anathematizaverit, & bene responderit, hominem cum Dei auxilio, & gratia posse sine peccato vivere, jam etiam ad alios articulos respondeat!*

Sæculum V. A. C. 415.

§. XXI.

Idem Concilium continuatur.

Illas deinde Pelagio propositiones objecere, quas ex Doctrina Celestii, ipsius Discipuli, extraxerant. Adamum creatum fuisse mortalem, videlicet sive peccaret, sive non peccaret, moriturum. Adami peccatum ipsi soli, & non Generi humano nocuisse. Homines æque sub Lege, ac sub Evangelio in Regnum missos. Ante Adventum JEsu Christi homines aliquos sine peccato extitisse. Pueros neo-natos in eodem statu esse, ac Adam ante peccatum. Totum Ge-

de Gest. c. 11.

Sæculum V. A.C. 415.

nus humanum per mortem Adami ante per peccatum ejus, non mori & per Resurrectionem JEsu Christi non resurgere. Dum in has propositiones inquiritur, non omittebant referre, easdem in Concilio Carthaginensi fuisse auditas, & damnatas. Illæ quoque propositiones examinatæ, quæ ex Sicilia S. Augustino transmissæ, quibusque in libro ad Hilarium responderat, nempe hominem sine peccato esse posse, si velit. Infantes sine Baptismo ad vitam æternam admitti. Divitibus Baptizatis, nisi omnibus renuntient, bona, quæ facere videntur, nihil prodesse, nec eos Regnum Dei posse acquirere. Pelagius ad has objectiones respondit: *Quod homo sine peccato esse possit; hac de re satis dictum. Quantum ad illos attinet, qui ante adventum Domini sine peccato fuere, dico etiam, quod ante ejus adventum aliqui sancte, & juste vixerint, ut Sacræ Scripturæ docent. Cætera, ipsis meis adversariis fatentibus, nunquam dixi, nullam ergo rationem reddere teneor, veruntamen, ut sancto Concilio plenissime satisfaciam, anathematizo illos, qui ea tenent, aut unquam crediderunt.* Post hanc responsionem Concilium dixit: *Pelagius, hic præsens, bene & sufficienter ad hos articulos respondit, & quæ ab ipso profecta non sunt, anathematizavit.*

Ulte-

Ulterius objecerunt, Pelagium dicere; Ecclesiam jam hic esse sine macula, & ruga. Respondit: *Dixi, quia Ecclesia per Baptismum mundata est, & Dominus vult, ut ita permaneat.* Concilium dixit: *Nos quoque id probamus.* Non nullæ deinde propositiones ex libro Celestii adductæ, ex quibus potius sensus uniuscujusque articuli, quam verba, desumptus. Prima erat; nos plura facere, quam per Legem, & per Evangelium præcipimur; ad hoc Pelagius respondit: *Istud posuerunt, tanquam a nobis dictum; sed nos id dicendo tantummodo S. Paulum, de Virginitate loquentem, secuti sumus: Præceptum Domini non habeo.* Concilium dixit: *Ecclesia hoc quoque recipit.*

Sæculum V. A. C. 415.

Gest. c. 12.

c. 13.

c. 14.

His proxime alii articuli principales Celestii proponebantur. Gratiam Dei, & auxilium non dari ad singulas actiones particulares, sed illud in libero arbitrio, aut in lege, & in Doctrina consistere. Et rursus, Gratiam Dei nobis dari secundum merita nostra, quia si eam Deus peccatoribus daret, injustus esse videretur, unde inferebat: *Ergo ipsa gratia a mea voluntate, qua ea dignus sum, vel indignus, dependet. Si enim omnia per gratiam agimus, quotiescunque a peccato vincimur, non nos vincimur, sed Gratia Dei, quæ nobis auxiliari absolute voluit, & non potuit.* Et iterum:

Pelagius.

Si

Sæculum V. A. C. 415.

Si Gratia Dei est, quæ facit, ut peccatum vincamus, ipsius ergo defectus est, quando vincimur, quia absolute non potuit, vel noluit nos servare. Ad hæc Pelagius respondit: *An hæ sint opiniones Celestii, eorum est examinare, qui affirmant. Ego hanc Doctrinam nunquam tenui, sed eum, qui tenet, anathematizo.* Concilium dixit: *Sanctum Concilium te recipit, quia has opiniones reprobatas damnas.*

c. 14. n. 32. Tum hæc Celestii propositio in medium adducta; quemlibet hominem posse habere omnes virtutes, & Gratias. *Sic enim*, dicebant: *diversitas Gratiarum, quam docet Apostolus, tollitur.* Pelagius respondit: *Diximus, sed id adversarii maligne, & per ignorantiam reprehendunt, nam diversitatem Gratiarum* 1. Cor. 12. 28. *non tollimus, sed dicimus, Deum omnes Gratias dare illi, qui eas accipere dignus est, sicut eas S. Paulo Apostolo dedit.* Concilium dixit: *Tu Doctrina sane consequenti, & in sensu Ecclesiæ donum Gratiarum, de quo Apostolus loquitur, accepisti.*

c. 18. Tandem ex libro Celestii lecti articuli sequentes; Neminem posse appellari Filium Dei, nisi illos, qui absolute sine peccato sunt; ex quo sequebatur, Philip. 3. 22. ipsum S. Paulum sine peccato non fuisse, cum dicat, necdum se esse perfectum.

Oblivio-

Sæculum V. A. C. 415.

Oblivionem, & ignorantiam peccatum non suscipere, quia non voluntatis, sed necessitatis sunt. Nullum esse liberum arbitrium, si auxilio Dei indigeat, quia ab uniuscujusque voluntate dependet, ut agat, vel non agat. Victoriam nostram non ab auxilio Dei, sed a libero arbitrio ortum trahere, quod ultimum Celestius exprimebat, in hunc modum: *Nostra est victoria, quia propria nostra voluntate arma sumpsimus, sicut econtra nostra culpa fit, quod vincamur, si voluntarie arma arripere contempsimus.* Illa S. Petri verba adducebat: *Divinæ consortes Naturæ.* 2. *Pet.* 1. 4. Unde inferebat, quod, si anima absque peccato esse non possit, etiam Deus subjectus peccato esset, cum anima, Dei particula, peccabilis sit. Rursus Celestius dicebat, veniam peccatoribus concedi non secundum mensuram Gratiæ, & Misericordiæ Divinæ, sed meritorum, & conatus eorum, qui per pœnitentiam se Misericordia dignos reddunt.

His omnibus lectis, Concilium dixit: *c.* 19. *Quid ad hos articulos dicit Pelagius Monachus, hic præsens? nam sanctum Concilium, & sancta Ecclesia Catholica hanc Doctrinam rejiciunt.* Pelagius respondit: *Iterum dico; propositiones istæ ex proprio Adversariorum meorum testimonio non sunt meæ, nec ratio a me exigi potest.*

Sæculum V. A. C. 415.

Pelagius.

poteſt. Quæ a me dicta faſſus ſum, de-fendo eſſe vera; quæ mea eſſe negavi, ſe-cundum ſanctæ Eccleſiæ judicium rejicio, & Anathema dico omnibus, qui Doctrinæ ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ contradicunt. Nam credo in Trinitatem unius Subſtan-tiæ, & omnia reliqua ſecundum Doctri-nam Eccleſiæ. Quisquis aliud credit, a-nathema ſit! Concilium dixit: *Quia*

c. 20. *Monachus Pelagius, hic præſens, ſuis re-ſponſis nobis plene ſatisfecit, quia ſanctæ Doctrinæ conſentit, &, quæ fidei Eccle-ſiæ contraria ſunt, condemnat, ipſum in Communione Eccleſiaſtica, & Catholica exiſtere declaramus.* Hæc fuit Concilii Dioſpolitani ſententia. In eo quidem Pelagius abſolutus fuit, quia Catholicus videbatur; at Doctrina ejus damnata eſt, & ipſe in ſe ipſum damnationis ſen-tentiam ferre coactus. Verum, quod ſolum ore id fecerit, nam mentem non mutavit, ſed Epiſcopos fefellit.

§. XXII.

Revelatio Presbyteri Luciani.

Marcel. Chr. an. 415. n. 2. epiſt. Luc. n. 8 Chryſip. ap. Phot. c. 17. n. 3.

Joanni Jeroſolymitano, in hoc Concilio aſſidenti, nuntius affertur, S. Stepha-ni Reliquias eſſe inventas. Viginti a Je-roſolyma milliariis vicus erat, quem Ce-phargamalam, id eſt, vicum Gamalielis dicebant. Ibi Presbyter, cui nomen Lu-cianus, Vir Sanctus, & Dei ſervus Chri-ſtia-

stianis præerat. Die Veneris, tertio Nonas Decembris; Honorio decimo, & Theodosio sexto Consulibus, hora noctis tertia, id est, tertia Dec. anno 415. hora nona Vespertina, Lucianus in lecto suo dormiebat, quem habebat in Baptisterio stratum, ubi cubabat, ut vasa sacra custodiret. Cum esset semisopitus, vidit Senem magna statura, & optimo vultu, longa, & candida barba; ex humeris dependebat ejusdem coloris pallium, cujus oras exiguæ ex auro laminæ, & interius cruces circumdabant; auream manu virgam tenebat. Is accedens, stansque ad Luciani dextram, eum virga aurea fodicavit, dicens, *Luciane! Luciane! Luciane!* tumque græcis verbis: *ito Jerosolymam, & Episcopo Joanni dicito! quousque inclusi detinemur? sine mora sepulchrum aperi, in quo Reliquiæ nostræ incultæ jacent! ut Deus per nos mundo Clementiæ suæ januam aperiat. Nec tanta mihi mei ipsius cura est, quam Sanctorum, qui mecum hic sunt.* Lucianus respondit: *Quis es, Domine! & illi, qui apud te sunt?* Respondit: *Ego sum Gamaliel, Apostoli Pauli in lege Magister; apud me autem in monumento ad Orientem, est Dominus meus Stephanus, quem Judæi extra portam Septentrionalem lapidaverunt. Ibi illa die, & sequenti nocte impiorum Pontificum jussu relictus*

Sæculum V. A. C. 415.

Sæculum V. A. C. 415.

ctus est, ut corpus ejus a Bestiis devora-retur; at nec feræ, nec aves Sanctum e-tingere ausæ. Noctu quosdam ex meis Jerosolymam misi ad Fideles, quos bene noveram; me hortante, meisque impe-diis, permoti sunt, ut corpus, secreto ablo-tum, & meo currui impositum in domum meam & hunc locum transferrent. Ibi per quadraginta dies funus celebrari jus-si, atque in meo sepulchro ad latus Orien-tale deponi. Nicodemus quoque ibi est in alio feretro, ille ipse, qui noctu ad JEsum Salvatorem venit, & a Discipulis ejus ba-ptizatus est; hoc Judæos non latuit, qui eum, sua Dignitate dejectum, excommu-nicarunt, & Jerosolyma proscripserunt. Ego in domum meam, quam ruri habebam, receptum, nutrivi, quamdiu vixit, foci, & mortuum penes Stephanum bonorum causa sepelivi. Illuc etiam filium meum Abibam collocavi, qui ante me annos na-tus viginti diem obiit, postquam mecum JEsu Christi Baptismum accepit; is jacet in tertio feretro, magis elevato, quo me etiam defunctum posuerunt. Uxor mea Ethna, & filius meus primogenitus Sele-mias, quia JEsu Christi fidem amplecti noluerunt, in alio prædio Matris suæ, quod Caphar semalia dicebatur, sepulti sunt. Lucianus interrogavit: *Ubi vos pernoc-taremus?* Gamaliel respondit: *in Subur-bio, quod Delagabri dicitur.*

Lucia-

Lucianus evigilans, oravit in hunc modum: *Domine JEsu! si a te est hæc visio, da ut eam secundo, & tertio habeam!* tum cœpit, in pane, & aqua usque sequentem diem Veneris jejunare. Gamaliel ei rursus in eadem specie apparens, dixit: *Quare non adivisti Sanctum Episcopum Joannem, & quare non monuisti?* Lucianus respondit: *Timui, Domine! ne, si post primam visionem irem, seductor esse videar.* Gamaliel dixit: *Obedi, obedi, obedi!* & subjunxit: *quia ex me interrogasti, ubi Reliquiæ nostræ sint, attende ad ea, quæ visurus es!* Statimque attulit quatuor corbulas, aureas tres, & unam argenteam; tres aureæ plenæ erant rosis, duæ rosis albis, & una rubris. Corbula argentea fragrantis odoris croco impleta erat. Lucianus, quid hoc esset, interrogavit; Gamaliel dixit: *Sunt Reliquiæ nostræ. Rosæ rubræ significant Stephanum, qui ad ostium sepulchri jacet; secunda corbula Nicodemus est, qui jacet prope januam; corbula argentea est filius meus Abibas, qui ex hoc mundo exiit sine macula; corbula ejus meæ juncta est.* His dictis disparuit.

Sæculum V. A. C. 415.

n. 4.

Luciani Revelatio.

Lucianus, somno discusso, Deo gratias egit, & jejunare perseveravit. Tertia septimana, eadem, qua prius, die, & hora ei Gamaliel visus est, minitans, & segnitiem ejus increpans; *An non vi-*

n. 5.

Sæculum V. A. C. 415.

des, inquiebat: *terræ ſiccitatem, qua mun-dus affligitur? non perpendis, in deſer-multos Sanctos vivere, meliores tē, qu reliquimus, & te elegimus, per quem m nifeſtaremur? in hunc finem ex alio va vocatus es, ut hic Presbyter eſſes.* Lu cianus perterritus, non ultra ſe cunct turum promiſit. (*) Alia deinde ipſi ſio oſtenſa; videbatur ſibi Jeroſolym verſari, & viſionem ſuam narrare Epi copo Joanni, ſibi dicenti: *Si hæc ita ſe h bent, magnus iſte bos mihi aſſumendus currui, & aratro aptus; alios unum terra vobis relinquam. Præſtat, ſi in magna urbe eſſe, reliqui vobis ſuf cient.*

§. XXIII.

Inventio Reliquiarum S. Stephani.

c. 6. Poſt ultimam viſionem Lucianus Jero ſolymam ſe contulit, & omnia Epiſ copo Joanni narravit, ultima parte ex cepta, ubi de magno bove fuiſſet men tio facienda; intellexerat enim, per hanc ſignificatum fuiſſe S. Stephanum, atque Epiſcopum ipſius Reliquias petiturum, Eccleſiam Sion, per magnum currum a dicatam, deponendas. Hinc expect bat, num Epiſcopus prior hac de re loqueretur. Epiſcopus Joannes flens pr gaudio

(*) Interpres Proteſtans in hoc, & ſequen numero, aliqua omiſit.

gaudio, & Deum laudans, dixit: *Si ita est, charissime fili mi! oportet, ut inde Beatum Stephanum, primum Martyrem, & primum Diaconum transferam;* subjunxitque: *Ito! fode sub lapidum cumulo, qui in campo visitur, & si Reliquias inveneris, rem ad me referri cura!* Lucianus dixit: *In isto campo spatiatus, vidi in medio exiguorum lapillorum cumulum; credidi, ibi latere Reliquias.* Episcopus respondit: *Ito, sicut jussi, & si inveneris, mane ibi, ut locum custodias, & mitte ad me Diaconum, ut veniam.* Lucianus ad vicum suum reversus, omnes incolas per præconem monuit, ut altera die mane ad fodiendum dictum lapidum cumulum convenirent. Sæculum V. A. C. 415.

Sequenti luce, eunti ad locum, ut laborem inciperet, occurrit Monachus, nomine Migecius, qui omnibus fratribus visionem, sibi illa nocte objectam, referebat; hunc ergo ad se vocatum Lucianus interrogat, quid vidisset; Migecius vir erat simplex, & integerrimæ vitæ. Ei Gamaliel apparuerat eadem specie, qua Luciano, qui omnia signa agnovit, & præceperat, ut Luciano diceret: *Frustra in isto lapidum acervo laboras, non enim ibi sumus. Ibi quidem depositi fuimus, quando pro more veteri justa nobis persoluta, & lapidum acervus signum luctus fuerat. Ex alia regione quære in loco,*

Sæculum V. A. C. 415.

Visio.

quem Syriace DEBATALIA dicunt. *Atque omnino*, addidit Migecius, dum visionis narrationem prosequitur, *in campum translatus mihi visus sum. Conspexi monumentum neglectum, & ruinæ proximum, in quo tres lecti, auro ornati, positi, unus cæteris altior, ubi viri duo, senex unus, & alter juvenis quiescebant, singuli in aliis duobus jacebant. Qui in altiori erat, dixit ad me: Vade, & Presbytero Luciano indica, nos olim hujus loci Dominos fuisse. Si virum magnum, & justum invenire vis, ad Orientem jacet.* Lucianus, audito Monachi Migecii sermone, Deum laudabat, quod & alterum Revelationis testem dedisset.

Igitur, postquam inutili labore illos lapides moverant, ad monumentum, a Migecio indicatum, delati, effossa terra, tres arcas invenerunt cum lapide, cui maximis litteris inscripta, legebantur nomina: *Cheliel*, *Nasuam*, *Gamaliel*, *Abiba*. Prima vocabula erant nomina Stephani, & Nicodemi Syriace reddita. Lucianus sine mora rem ad Episcopum Joannem, tunc Diospoli in Concilio præsentem, deferri mandavit; is duos alios Episcopos, ex præsentium numero, secum ducens, nempe Eutonium Sebastenum, & Eleutherium Jerichuntinum, ad campum, in quo inventæ erant Reliquiæ, venit. Ubi loculus S. Stephani apertus est,

est, contremuit terra, exivitque amœ- Sæculum V.
nissimus odor, qualem se nunquam sua A. C. 415.
vita sensisse, omnes præsentes fatebantur. Magnus fuit populi concursus, & permulti aderant variis morbis vexati. Septuaginta tres languentes confestim bono illo odore sanati. Hi a Dæmone liberati, alii a fluxu sanguinis, alii a strumis, aliisve tumoribus, ulceribus, febri, epilepsia, capitis, aut viscerum doloribus. Postquam Fideles osculo sanctas Reliquias venerati sunt, loculi rursus occlusi. (*)

(*) Hic cernitur, quam antiqua sit veneratio Reliquiarum! interim istud osculum apud Novatores Idololatria audit. Legi nuper Scriptum cujusdam Calviniſtæ, inter Bellicos tumultus anni 1757. editum sine nomine Auctoris, & Typographi. Titulus est: Schreiben eines Brandenburgers an einen Ausländer. Scriptor videtur esse bona anima, in tenebris nata, & suæ educationis tenebris obcæcata. Plurima de crudelitate Catholicorum, vi, effuso sanguine, armis, Heterodoxos ad fidem cogentium, conqueritur, quæ omnia, si dentur, non concedantur, potiori tamen jure in Novatorum primos Doctores retorqueri possunt. Deinde, quod ad nostram materiam pertinet, Catholicis per Apostrophen objicit: Behaltet eure Verehrung der Heiligen; wir verachten keine fromme Leute. Aber vergönnet uns nur, daß wir gerad ohne Umschweif unsere Zuflucht zu dem lebendigen

gen

Sæculum V. A. C. 415.

Tum S. Stephani corpus in Ecclesiam Sion delatum, in qua Diaconus fuerat ordinatus. Exiguæ tamen particulæ & phargamalæ relictæ. S. Martyris corpus in cineres abierat, exceptis ossibus quæ integra, & in situ naturali cohærebant. Hæc translatio septimo Kalendas Jan. id est 26. Dec. contigit, qua die Ecclesia exinde S. Stephani memoriam semper coluit; attamen ipsius translationis memoria 30. Aug. agitur, cujus rei ratio haud facile redditur. Durante translatione largissimus imber, cælo effusus, arenti terræ, quod maxime Regionis hujus Cultores affligebat, fertilitatem reddidit.

n. 9.

Lucianus Presbyter S. Stephani Reliquiarum, quas servaverat, partem Avito, Presbytero Hispano, tunc in Palæstina mo-

gen GOtt nehmen! Bene! quis Catholicorum cogitat istum hominem cogere, ut Sanctos invocet? redeat ad Communionem Ecclesiæ Romanæ, a qua Patres ejus nuper ante ducentos & aliquot annos temere defecerunt, extra quam nemo salvatur, &, si ita visum fuerit, tota vita sua neminem Sanctorum invocet, nulla alia orandi formula, nisi: *JEsu miserere mei!* & orationis Dominicæ utatur! nemo ad aliud orationis genus coget. Miserrimum! quod Protestantes ab unguiculis mendacia in Catholicam Religionem conficta audiant, veritatem non audiant. Sed judicia Dei abyssus multa!

moranti, dedit, quo etiam rogante, simpliciter, & fideliter historiam, quo modo hæc SS. corpora invenissent, scripsit. Avitus eandem in latinum sermonem translatam, cum quibusdam S. Stephani Reliquiis, id est, carnis ejus, & nervorum solutorum pulvere, atque ossium solidorum particulis per manus Orosii Palconio, Episcopo Braccarensi in Lusitania transmisit, Epistolam quoque ad Episcopum, Clericos ejus, & populum direxit, qua Barbarorum incursibus vexatos consolabatur. Epistola ejus, & translatio narrationis Luciani hodieque supereſt.(*)

Sæculum V. A. C. 415.

§. XXIV.

Reliquiæ S. Zachariæ.

Eodem tempore in Oriente plures Reliquiæ inventæ. In Palæstina etiam Reliquiæ Prophetæ Zachariæ in oppido, ab ejus nomine Capharzacharia dicto, territorii Eleutheropolitani erutæ sunt. *Soz. IX. c. ult.*

(*) Postquam Protestans in sua annotatione superexistentis hujus Epistolæ testes adduxit S. Augustinum, Surium, Baronium. Gennadium, in fine frivole dubitat, an ista narratio Criticen severiorem sustinere valeat, eo quod circumstantiæ ipso, egregio scilicet Judice, non satis conciliari possint. Nempe ubi de miraculis quæstio est, per invocationem, & intercessionem Sanctorum impetratis, nulla Interpreti nostro Lutherano sufficit demonstratio.

Sæculum V. A. C. 415.

S. Propheta ſervo, cui nomen Calemerus, agrum illum pro Domino ſuo colendi, apparuit, & quemdam horrendum manu indicans, dixit: *Terram fodiens a ſepe cubitos juxta viam, quæ in urbem Bittherebim ducit, ibi invenies arcam duplicem, ligneam unam, & in alvea plumbea vas vitreum, aqua plenum, duosque angues mediæ magnitudinis, maximos, & veneno carentes.* Calemerus accepto Prophetæ imperio, in locum monſtratum ſe conferens, ſacram arcam in prædictis ſignis agnovit. Intus vigilabatur Propheta, veſte alba, nempe, ut credebatur, Sacerdotali, indutus; ſub pedibus ejus jacebat infans, Regali ornatu ſepultus, quippe Regiam prolem corona capitis, aurea calceamenta, pretioſæque veſtes indicare videbantur. Dum cœteris doctiores conjecturis aſſequi conantur, quis hic infans eſſet, Zacharias, Monaſterii Gerarienſis Abbas, dixit; legiſſe ſe veterem Hebræorum librum, Sacris non adſcriptum, in quo narrabatur; cum Rex Joas Prophetam Zachariam interfici juſſiſſet, unum filiorum ejus, quem tenerrime amabat, poſt dies ſeptem ſubito fato functum. Filii mortem in criminis ſui pœnam, a Deo immiſſam, Regem credidiſſe, juſſiſſeque puerum ad pedes Prophetæ, quaſi in expiationem ſceleris ſepeliri. Secundum hanc

2. *Parat.* 24. 22.

hanc traditionem ut verum recipitur, Prophetam Zachariam, cujus Reliquiæ inventæ sunt, fuisse filium Jojadæ, non vero Barachiæ filium, cujus Prophetiam habemus. (*) Corpus Prophetæ integrum erat, quamvis tot Sæculis sub terra jacuisset; capilli arctissime rasi, nasus erat rectus, barba mediocris, caput exiguum, oculi depressi, & superciliis tecti. Verba sunt Sozomeni, cujus Historia, nempe quod ex ea nobis supereſt, hic finitur. Post hæc inventionem Reliquiarum S. Stephani referebat, & narrationem deducebat usque ad annum 439. & decimum septimum Consulatum Theodosii junioris, quo imperante scribebat. S. Cyrillus, Episcopus Alexandrinus, etiam Reliquias SS. Martyrum Cyri, & Joannis Manutham prope Canopum transtulit, ut ibi Dæmonum potentiam, jam occisam, penitus deleret.

Sæculum V. A.C. 415.

Soz. IX. c. 16. Id. præf. p. 324. Acta Cyri, & Jo. ap. Sur. 31. Jan.

§. XXV.

Judæi Alexandria pulsi.

Circa id temporis S. Cyrillus Judæos Alexandriæ expulit. Occasio hæc erat,

Socr. VII. c. 13.

(*) In hac opinione alia quoque oritur quæstio; cur Zacharias filius Jojadæ hic Propheta dicatur, cum alias nullibi, nec a S. Hieronymo in sua Homilia in c. 23. Matthæi, Propheta appelletur.

Sæculum V. A.C. 415.

erat. Cum quadam die Oreſtes, urbis Prætor, munere ſuo fungeretur, non nulli Chriſtiani, Epiſcopo addictiſſimi, propius acceſſere, ut Prætoris Edicta perciperent; inter alios aderat aliquis, cui nomen Hierax, Ludimagiſter, ferventiſſimus Epiſcopi auditor, & eo concionante ad ciendos plauſus promptiſſimus. Judæi, veteres Chriſtianorum inimici, tunc que forte occaſione quorumdam ludionum excitatiores, conſpecto in theatro Hierace, illico exclamare; ideo certe veniſſe, ut ſeditionem commoveret. Oreſtes jam diu offenſus Epiſcoporum potentia, quæ Prætorum Auctoritatem obfuscabat, facile credidit, a S. Cyrillo miſſum, ut ſua mandata carperet; itaque comprehenſum Hieracem publice in theatro virgis cædi jubet. S. Cyrillus re comperta, vocatis Judæorum præcipuis, graves minas ingeſſit, niſi Chriſtianos laceſſere deſinerent; ſed inde fæx viliſſima populi multo magis efferbuit; nocte Chriſtianos invadere ſtatuunt, in conjurationis ſigna annulos ex palmæ foliis ſumunt, atque emiſſarios in omnes urbis regiones ſpargunt, qui clamarent, Eccleſiam Alexandrinam a flammis correptam. Dum undique Chriſtiani accurrunt, Judæi in inermes irruunt, & maximam ſtragem edunt. Ubi illuxit, auctores miſerandæ cædis patuere; tum S. Cyrillus magna

magna populi multitudine cinctus, ad Judæorum Synagogas se confert, has rebellibus aufert, atque tantam pestem urbe ejicit; bona, domosque Christiani diripiunt. Hoc pacto Judæi Alexandria expulsi ubi ab Alexandri Magni, Fundatoris ejus ætate, habitaverant. Hæc res Oresti minime probabatur, gravissimum malum ratus, quod ea urbs subito tanto civium numero privaretur. Factum per epistolas ad Imperatorem defert, ad quem Cyrillus quoque, quanta fuerint Judæorum crimina, perscripsit. Sæculum V. A.C. 415.

Interim Episcopus, stimulante populo, ad Orestem misit, qui de pace agerent, imo judicem per Evangeliorum libros obtestatus est, ut in amicitiam rediret; sed surdo canebatur fabula. Tunc vero ex monte Nitriensi Monachi, qui in partes Episcopi Theophili adversus Dioscorum, & majores fratres præfervide transierant, relictis Monasteriis, numero quingenti Alexandriam perveniunt. Orestem Prætorem, curru suo domo exeuntem, ex insidiis circumstant, Ethnicum, Idololatram appellant, aliisque injuriis impetunt. Orestes, suspicatus, a Cyrillo sibi laqueos parari, exclamavit, se esse Christianum, atque ab Episcopo Attico Constantinopoli baptizatum. Sed non audiebant Monachi, quorum unus, nomine Ammonius, lapide Judicis capiti impacto, c. 14.

Sæculum V. A.C. 415.

impacto, totum cruentavit. Satellites Prætoris, ut lapidum grandinem, quam Monachorum manus fundebant, effugerent, dispersuntur: populo autem ad ejus tutelam advolante, Monachi in fugam versi. Ammonius persequentium manibus correptus, Prætori sistitur, qui, instituto judicio damnatum, in tormentis occidit. S. Cyrillus sublatum corpus in aliqua Ecclesia deposuit, & mutato nomine Thaumasium, id est, admirabilem appellavit, cupiens, ut Martyribus accenseretur; sed sapientioribus inter Christianos factum Episcopi displicebat; ipse S. Cyrillus rem silentio pressit, atque oblivioni tradi permisit.

c. 15. At necdum quievit populus. Suspicionibus agebatur, (*) illustrem fœminam, nomine Hypatiam, causam esse, quod Præfectus Orestes, & Episcopus in gratiam non redirent. Ea erat Philosophi Theonis filia, tanta sapientia, ut suæ ætatis Philosophos omnes longe post se relinqueret. In Schola Platonica Magistra successerat, docebatque publice, auditoribus undique confluentibus. Plures Synesii datas ad eam epistolas habemus, in quibus

(*) Protestans hic oscitanter posuit pro verbis Fleurii: populus, suspicionibus agebatur. Der Bischof gab vor. p. 215. Iste homo somnia de delictis confictis Episcoporum præcingitur.

quibus se fæminæ fatetur discipulum. Tantam Doctrinam singularis modestia condecorabat, hinc magna apud Magistratus pollebat auctoritate. Sæpe colloquebatur Oresti, & inde suspicioni locum dedit, virum ab ea in S. Cyrillum concitari. Ergo furiosorum hominum cohors, Duce quodam Petro Lectore, explorato tempore, quo domus suæ limen erat ingressura, carpento detractam, ad Ecclesiam, quæ Cæsarea dicebatur, raptant, spoliant, confractorum vasorum testis occidunt, in frusta discerpunt, membra in loco, *Cinaron* dicto, flammis tradunt. *Hoc factum*, inquit Historicus Socrates: *magnam Cyrillo, & Ecclesiæ Alexandrinæ creavit invidiam, quod tanta crudelitas a Spiritu Christianæ Religionis maximopere abhorreat.* Subditque: *hoc accidit anno Episcopatus Cyrilli quarto, Honorio decimo, & Theodosio sexto Consulatum gerentibus, Mense Martio, tempore jejuniorum, id est, in quadragesima anno* 415.

Sæculum V. A. C. 415.

Hypatia discerpta.

Tam effrœna Alexandrinorum licentia causam dedit Legi, a Theodosio mense Octobri an. 416. latæ, ut Parabolanorum audacia reprimeretur. (*) Ita appellabantur

L. 42. Th. de Episc.

(*) Protestans hic pag. 216. infamem Notam adjecit, ex qua patet, ipsum superius verba: der Bischof

Sæculum V. A.C. 416.

bantur infimi ordinis Clerici, ad curandos ægrotos, præsertim morbo contagioso laborantes, destinati; inde enim traxerant nomen, quod græce tales designat, qui periculo se exponunt. Civitas Alexandrina Legatos Constantinopolim misit, qui hominum istorum insolentiam accusarent. Mandavit Imperator, ut Clericis universim non liceret, se negotiis publicis immiscere, & nominatim de Parabolanis, ne quingentis plures essent, iique ex familia egena, aut sordido opificio; nomina eorum conscripta Præfecto Alexandrinæ urbis traderentur, qui mortuis alios sufficeret. His nulli spectaculo, aut in loco ubi Senatus congregabatur, adesse liceret; non in judicio stare, nisi pro privatis suis commodis aut per Syndicum possent. Verum hæc lex post menses octodecim, 13. Februarii anno 418. ex parte abrogata est. Numerus Parabolanorum ad sexcentos auctus, rursusque

L. 43. C. Th. de Episc.

Bischof gab vor. non oscitanter, sed nequiter posuisse. Dicit: für den *Cyrillus*, der nicht werth ist, unter die Bischöffe gezählet zu werden, waren das nun die rechten Leute. Ita loqui audet homo, toties impostor, quoties a viro zelosissimo, & prudentissimo Philopio in edito Indice: Anzeige der Betrüge in Religions-Schriften. Moguntiæ anno 1756. impostura convincitur.

susque eosdem & legere, & regere Episcopo Alexandrino concessum. Sæculum V. A. C. 416.

§. XXVI.

Exitus Schismatis Antiocheni.

Porphyrio Episcopo Antiocheno vita functo, successerat Alexander, qui vitam in Professionis Monasticæ Disciplina peregerat, paupertatis, omniumque virtutum studiosus; hinc, quæ magna, qua pollebat, eloquentia Fideles docebat, factorum exemplo confirmabat. Exhortationum suarum vi Eustathianos Sectatores, tam diu a reliquis Catholicis sub Episcopis Paulino, & Evagrio separatos, ad unionem reduxit, eamque lætitiam adornato festo celebravit, cui similem nemo viderat. Omnibus tam Clericis, quam Laicis suæ Communionis comitantibus, ad locum, quo Eustathiani convenire solebant, se contulit, cumque eos ibi cantantes invenisset, suorum voces misceri jussit; tumque simul omnes per forum in ripa Orontis versus magnam Ecclesiam procedere cœperunt. Judæi, Ariani, paucæque Paganorum Reliquiæ, ad felicissimam Catholicorum concordiam ingemuere. Alexander omnes illos, quos Paulinus, & Evagrius ordinaverant, quemque in suo ordine, inter Clericos suos recepit. Hoc pacto Schisma Antiochenum, quod 85. annis ab exilio S. Eusta-

Theod. V. hist. c. 35.

Innoc. ep. 14. ad Bonif. Theod. III. hist. c. 5. & ibi Vales.

Sup. l. XI. §. 43.

Sæculum V. A.C. 416.

Euſtathii, id eſt, ab anno circiter 329 duraverat, extinctum; ſequiturque, id circa annum 414. factum.

Theod. V. c. 35.

Idem S. Alexander, omnium primus S. Joannis Chryſoſtomi Nomen Diptychis Eccleſiaſticis reddidit. Elpidium Laodicenum, & Pappum, ſemper Joannis partes ſecutos, Epiſcopos agnovit, eosque ſuis Eccleſiis, nullo prævio examine, reſtituit. Inde Legatos ad Innocentium Papam miſit, qui rem exoptatiſſimam nuntiarent, ejusque Communionem expeterent. (*) Caſſianus Presbyter S. Joannis Chryſoſtomi Diſcipulus, qui tunc Romæ verſabatur, SS. Pontificis reſponſum procurabat. Innocentius Papa, poſtquam Acta, ſibi ab Alexandro ſubmiſſa, examinavit, & quæ Legati afferebant, audivit, omnia rata habuit; deditque ad Alexandrum publicam epiſtolam, quæ, cum viginti Epiſcopi Italiæ ſubſcripſerint, pro Synodali haberi poteſt. Dedit quoque ad Alexandrum epiſtolam privatam, in amicitiæ ſignum, utque teſtaretur, quam grata ſibi accidiſſet ejus legatio. Tres viciſſim remiſit ad eum Legatos, Paulum Presbyterum, Nicolaum Diaconum

Innoc. ep. 17. ad Alex.

Epiſt. 15.

Schisma Antiochenum extinguitur.

(*) Ex hoc loco, ſicut etiam paulo inferius ex facto Aſcaſii, unitas Communionis, & Principalis Eccleſiæ Romanæ etiam in Oriente Auctoritas comprobatur.

num, & Petrum Subdiaconum, monuit- Sæculum V.
que, ut sæpissime ad se litteras dando, A.C. 416.
prioris temporis jacturam repararet. In-
nocentius felicem eventum Bonifacio *Epist.* 14.
Presbytero, Constantinopoli in aula Im-
peratoris Legato suo, & postmodum in
Sede Petri Successori, per litteras com-
municavit. Acacius, Episcopus Bereen-
sis, ex præcipuis eorum unus, qui S. Chry-
sostomo adversati fuerant, etiam tunc
temporis ad Communionem rediit, scri-
psitque Papæ, significans, omnia sibi ab
Alexandro acta probari, tam quod Cleri-
cos Paulini, & Evagrii recepisset, quam
quod Episcopos Elpidium, & Pappum in
suas Sedes reposuisset. S. Innocentius *Epist.* 19.
Papa rem Alexandro commisit, qui ani-
mi ejus sinceritatem examinaret, quippe
præterita suspectum reddebant; consen-
sit vero, ut in Communionem recipere-
tur, postquam mentem suam verbis co-
ram Alexandro declarasset.

Itaque cum Pax, & Communio inter Ecclesiam Romanam, & Antiochenam essent reductæ, S. Innocentius Papa ad Alexandrum dedit epistolam Decreta-
lem, de variis Disciplinæ capitibus agen-
tem; nam Pontificem Alexander consu-
luerat, qua ratione abusus in Oriente,
quos schismata, & hæreses foverant, tolli
possent. Caput primum auctoritatem *Epist.* 18.
Ecclesiæ Antiochenæ respicit; juxt Con- *ap. Dionys.*
cilium *c.* 45.

Sæculum V. A.C. 416.

cilium Nicænum hujus Ecclesiæ jurisdictio non solum in unam Provinciam, sed in integram Diœcesin extendebatur. *Atque hæc prærogativa*, inquit Papa: *ita concessa est, non tam propter ejus Magnificentiam, quam quod prima Sedes prima Apostolorum fuit; nec ea ipsi Romæ deberet, nisi illum Pastorem solummodo ad tempus habuisset, quem Roma usque in finem possedit.* (*) *Igitur, quia Metropolitas*

(*) Protestans noster sciolus hic Notam affert pag. 218. parte IV. Die Wendung, die hier Innocentius in seinem Briefe gemacht, ist so fein, daß man an ihm einen grossen Politicus erkennen muß. Es ist leicht zu erachten, was er damit gesucht, da er die Vorrechte des Stuhls zu Antiochien nicht von der Stadt selbst, sondern von *Petro* hergeleitet. Hanc nempe rationem S. Innocentius sui Primatus reddidit, quam ante ipsum omnes. Vel ostendat Sycophanta noster Protestans, quis unquam ex veteribus Christianis Scriptoribus, aut ex SS. Patribus, aut quod Concilium, Primatum Pontificis ab urbe, & non a S. Petro deduxerit? Quidam Episcopi in Oriente, ut inferius Lib. XXIV. §. XXXI. videbimus, Constitutionem ab Imperatore Theodosio junior re obtinuerant, in qua legebatur; *si quæ lites orirentur in Illyrico, deciderentur in Concilio Episcoporum cum communicatione Episcopi urbis Constantinopolitanæ, quæ veteris Romæ prærogativa gauderet.* Theodosius, deinde ab Ho-

litas auctoritate, qua gaudes singulari, or- Sæculum V.
dinas, judico, non oportere, ut Episcopos A. C. 416.
sine tuo consensu ordinari permittas. Ad confirmandam ordinationem eorum, qui in loco remoto degunt, epistolas mittes; qui prope sunt, si visum fuerit, ad te venire jubebis, ut eis manus imponas. Episcopi Cyprii, qui, ut Arianorum Tyrannidem effugerent, jam sunt in possessione, omnibus inconsultis, ordinandi Episcopos, canones

norio Patruo melius informatus, hanc Constitutionem irritam voluit in hunc modum; *nulla ratione habita eorum, quæ Episcopi nonnulli Illyrici Orientalis obreptitie impetrassent, antiquæ Ecclesiæ Romanæ privilegia juxta Canones observarentur.* Hæc Constitutio secunda in Tabulis Ecclesiæ Romanæ semper asservata; in Bibliothecis vero Constantinopolitanis suppressa est. Qua fide? nempe græca. Imperatores jura civilia Roma Constantinopolim transferre potuerunt, Ecclesiastica non potuerunt. Sed subjungit Protestans: wenn aber auch dieses richtig wäre, so ist das wieder was unbegreifliches, warum der Bischöfliche Stuhl zu Antiochien unter den Alexandrinischen herunter gesetzet worden, da doch dieser letzte weder von *Petro* gestiftet, noch diese Stadt jemals seiner Gegenwart gewürdiget worden. Iterum egregie! iste Protestans nescit, quod omnes sciunt, S. Marcum a nemine alio, quam a S. Petro missum, ut Ecclesiam Alexandrinam fundaret, sicut ipsemet

Sæculum V. A. C. 416.

ut antebac observent, id est, sub jurisdictionem Episcopi Antiocheni redeant. Ecclesia non in omnibus mutationibus Regiminum Politicum imitatur; hinc una Provincia, Principe jubente, in duas divisa, non ideo habeat duos Metropolitas, sed consuetudo antiqua servetur. Clerici Arianorum, aliorumve Hæreticorum, qui ad Eccle-

c. 2.

met in sua translatione parte I. p. 160. ex Flecrio exscripsit. Jam vero factum Discipuli, qui mandatum se mittentis exequitur, utique mittenti adscribendum. At S. Petrus Antiochiæ solummodo ad tempus fuit. In sua Nota ad eundem locum part. I. p. 160. Protestans dicit: **Vielleicht haben wir es als eine besondere Probe göttlicher Weisheit anzusehen, daß sie uns selbst nichts mehr von ihm (*Petro*) wollen wissen lassen, und daß die Nachrichten bloßer Menschen von ihm nicht übereinstimmen.** Reflexio vel stupida, vel hypocritica! quæ de S. Petro ex Evangeliis, ex Actis Apostolorum, & veteribus Scriptoribus Ecclesiasticis habemus, satis superque sunt ad convincendum intellectum, ipsum jure Divino toti Ecclesiæ fuisse præpositum. Nempe illa verba Christi subjuncta Joannis XXI. 15. Pasce oves meas! Interpres noster nec intelligit, nec intelligere potest, extra Romanam Ecclesiam positus. In sua Additione de Historia Jesu Christi usque ad ejus Ascensionem refert part. I. pag. 119. illud Christi cum S. Petro Colloquium: *Petre diligis me plus his?* ibid. & arguatur, ideo

Ecclesiam redeunt, ad nullam functionem Sacerdotii, aut Ministerii Ecclesiastici admittantur. Quamvis enim Baptimus eorum validus sit, tamen illis Gratiam non confert; (*) *hinc est, quod eorum Laici non nisi cum impositione manuum recipiantur, ut Spiritum Sanctum accipiant.* (**)

Sæculum V. A.C. 416.

ideo Christum Dominum ter interrogasse, & Petrum ter respondisse: *quia amo te.* ibid. **Damit er Christum der unverbrüchlichsten Treue dreymal nach einander versicherte, so wie er ihn dreymal verleugnet hatte.** Iterum bellissime! Profecto! si Christus hac trina interrogatione nihil aliud intendisset, subjungendum fuisset: Petre! quia ter me negasti, & jam ter me confessus es, remittitur tibi peccatum tuum! sed subjunxit: pasce agnos meos! pasce agnos meos! pasce oves meas! ibid. nam cur Christus, interrogans Petrum: *Simon Joannis! diligis me plus his?* ibid. plus ab eo, quam a cæteris amari exigit, nisi quod plura, quam cæteris velit conferre? Tandem cur, mi Interpres Protestans! cæteris omnibus in citata tua pag. enarratis usque ad hæc verba: pasce oves meas; hic obmutuisti, & resecasti? nempe educationis tuæ vitio caligans, hodieque oculos claudis, ne videas.

(*) Hoc est intelligendum de adultis, Baptismum recipientibus.

(**) Quæri hic potest, de quali manuum impositione Summus Pontifex loquatur; accedo opinioni

Sæculum V. A. C. 416.

S. Innocentius Papa Alexandro Antiocheno præcipit, ut hæc ſtatuta aliis quoque Epiſcopis communicet, ſuamque epiſtolam in Concilio, ſi congregari poſſit, prælegi jubeat.

§. XXVII.

S. Chryſoſtomi memoria honoratur.

Cum S. Alexander Antiochenus Conſtantinopolim veniſſet, libere edicebat, famam S. Joanni Chryſoſtomo eſſe reddeo-

opinioni Anonymi I. dicentis, hic non eſſe Quæſtionem de Sacramentis Confirmationis, & Ordinis, ſed de eo, quod Hæreticis, vel Schismaticis per impoſitionem manuum tribuatur Gratia Baptismi, cujus cum baptizati ſunt, ob peccatum non fuere capaces. Id colligitur ex ipſis verbis S. Innocentii: *Arianos præterea, cæterasque hujusmodi peſtes, quia eorum Laicos, converſos ad Dominum, ſub imagine pœnitentiæ, ac S. Spiritus Sanctificatione per manus impoſitionem ſuſcipimus . . . . . nec Spiritum Sanctum illos habere ex illo Baptismo . . . . arbitramur.* Quæſtio an Converſis ab aliqua Hæreſi Sacramentum quidem Confirmationis, non vero Baptismi fuerit collatum, eo quod illi Hæretici Confirmationem conferre non ſolerent, alibi recurrit, nempe in Epiſtola 135. S. Leonis Papæ.

Multo difficilius eſt ad illud reſpondere; an Confirmatio ab Hæreticis collata, unquam ab Eccleſia nulla fuerit æſtimata, quod argumentum S. Cypriani fuiſſe videtur.

reddendam, populumque excitabat, ut ab Episcopo Attico Nominis ejus inscriptionem in Diptyca extorquerent; at incassum tunc omnia. Diu id facere Atticus recusavit, & S. Innocentius Papa in vices Communionem eidem negabat, (*) etiamsi Maximianus, ex Macedonia Episcopus, & quondam S. Joannis Chrysostomi amicus, ferventer instaret. S. Alexander Sedem Antiochenam non diu tenuit; successit Theodotus, vir integris moribus, & mansuetudine singulari. Is flecti se passus est, ut Apollinaristarum Reliquos Ecclesiæ restitueret, quamvis eorum aliqui aperte satis errores suos non dimitterent. Populo quoque impellente, Nomen S. Joannis Chrysostomi Diptycis inseruit; sed timens, ne id Atticus Constantinopolitanus improbaret, ab Acacio Bereensi petiit, ut ad Atticum scriberet, rogaretque, ut sibi ignosceret, quod cogente necessitate fecisset. Acacius ad S. Cyrillum etiam perscripsit, Episcopum Antiochenum coactum fuisse, Joannis Nomen recipere, ideo conscientiam ejus angi, & quærere remedium, quo vim repelleret. Presbyter, qui Theodoti epistolam Constantinopolim attulerat, itineris sui causam, atque epistolæ materiam

Sæculum V. A. C. 416.

Ep. ap. Cyr. to. 5. p. 202.

Innoc. ep. 10. Theod. V. hist. c. 38.

Cyrill. ep. ad Attic. to. 5. par. 2. p. 207.

(*) Exemplum Excommunicationis sine latæ, aut ferendæ sententiæ.

Sæculum V. A. C. 416.

in vulgus sparsit, quod prope magnum excitavit tumultum. Expavit Atticus, atque ad Imperatorem se conferens, quomodo consulebat, quo populus mitigaretur, & pax civilis conservaretur. Imperator respondit, ad conservandum bonum pacis, non nimium dari, si nomen hominis defuncti inscribi permitteretur. Atticus, Cæsaris auctoritati, & populi desiderio cedens, S. Joannis Chrysostomi Nomen tabulis Ecclesiasticis inseri jussit. (*)

Id ipsum ad S. Cyrillum Alexandrinum perscribere non distulit, ut facti rationem redderet, atque ad sequelam hortaretur. *Nascuntur quandoque occasiones*, inquit: *in quibus pax, summum illud Bonum, Canonum severitati praferenda, etiamsi libenter fatear, summopere nobis cavendum, ne populus, quasi in Democratia, dominari adsuescat. Caterum contra Canones me peccasse non existimo, nam beatus Joannes non solum inter defunctos Episcopos, sed etiam inter Laicos, & fœminas nominatur, magna etiam est inter defunctos, & vivos differentia, cum* 1. *Reg.* 2. 15. *in diversis libris conscribantur. Exhibitus Saulo sepulturæ honor, Davidi non obfuit.*

Eude-

(*) Hic videmus, quod jam libro superiore notatum, causam interruptæ Communionis cum Ecclesia Romana fuisse sublatam.

Eudoxius Arianus Apostolis non nocet, etiamsi sub eodem Altari positus. Paulinus, & Evagrius, Schismatis Antiocheni auctores, post obitum suum in Sacris Diptycis jam diu leguntur. Responsum S. Cyrilli habemus, in quo reprehendit Attici facilitatem, quod Joannis nomen in Episcoporum seriem inseruisset, factumque contra Canones affirmat. Nec mirum, quod ita loquatur, cum Concilium, in quo Joannes depositus, legitimum crederet. *Diu est*, inquit ad Atticum: *quod Sedem Constantinopolitanam tenes; nemo hactenus tecum communicare detrectavit, quinam ergo illi sunt, quorum causa Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim ab Ecclesia excludis?* Hæ tres Provinciæ Ægyptiam Diœcesin constituebant, in quibus S. Joannem Chrysostomum jure damnatum existimabant. Tum epistolam claudit his verbis: *itaque Arsacium secundo loco post Nectarium beatæ memoriæ relinquamus.* S. Isidorus Pelusiacus quoque ad S. Cyrillum cum vigore, & auctoritate scripsit, exhortans, ne depravatum cognati sui affectum imitaretur, sicque Ecclesiam divisione æterna turbaret falsa pietatis specie. Tandem S. Cyrillus victas manus dedit; jamque Ecclesia Alexandrina ab an. 419. ad Communionem Ecclesiæ Romanæ redierat. (*)

Sæculum V. A.C. 416.

Cyrill. ep. ad Attic. to. 5. part. 2. pag. 204.

p. 205.

Lib. 1. ep. 370.

(*) Duo hic occurrunt notanda. Contentio orta

Sæculum V.
A.C. 416.

§. XXVIII.

Theodorus Mopsuestenus Pelagianus.

Mercat. comment. Pelagius interim usque in Oriente vexabatur, ubi potentes Fautores nactus fuerat; inter alios erat Theodorus Mopsuestenus, quem aliqui omnino illius *Phot. cod.* 177. hæresis Auctorem existimarunt. Quippe *Theod. aut.* ut hanc defenderet, quinque libros conscripsit adversus illos, qui dicerent, homines sua natura, non voluntate peccare, nempe contra fidem Catholicam de peccato

orta erat de restituendo Nomine S. Chrysostomi, & Communione Ecclesiastica inter S. Cyrillum, Alexandrinum, Episcopos, Atticum Constantinopolitanum, & S. Isidorum Pelusiacum: redditus est honor S. Chrysostomo; ergo dicet oportebat Fleurium, pacem rediisse inter Sedem Alexandrinam, & Constantinopolitanam; sed dicit: *jamque Ecclesia Alexandrina ab anno 419. ad Communionem Ecclesiæ Romanæ rediurat.* Cur hoc? nisi quod sola Communio cum Ecclesia Romana certissimum Orthodoxiæ signum sit. Alterum, quod notetur, est contra Protestantem Interpretem, superius dicentem, a tempore Persecutionis, in S. Chrysostomum motæ, schisma inter Ecclesiam Romanam, & Constantinopolitanam non amplius fuisse compositum; nam si, causa discordiæ sublata, Ecclesia Alexandrina cum Romana reconciliata est, cur non, cum nulla alia subfuerit, remota eadem causa, Ecclesia Constantinopolitana in pacem cum eadem Ecclesia Romana redierit?

peccato Originali. Dicit, hujus Hæresis Auctorem ex Occidente veniſſe, & in Oriente habitare. Hunc Haram vocat, ſed veroſimile eſt, S. Hieronymum deſignari, nam præterquam quod id appareat ex quæſtione, quæ hic agitatur, eundem etiam inſimulat, quintum Evangelium fabricaſſe, & dixiſſe, quod illud in Bibliotheca Euſebii Palæſtini inveniſſet. Hoc nullum aliud eſt, quam Evangelium S. Matthæi ſecundum Nazaræos, quod ſæpe S. Hieronymus, atque etiam in Dialogis contra Pelagianos citat. Præterea Theodorus eundem incuſat, quod rejecta verſione ſeptuaginta Interpretum, & cæteris antiquis, novam ſubſtituerit, quamvis linguam Hebraicam valde ſero, & a Judæorum miſerrimis didiciſſet. Sæculum V. A.C. 416.

Ulterius dicit Theodorus, virum iſtum compoſitos de nova Hæreſi, quam finxerat, tractatus in Patriam ſuam miſiſſe, ſcilicet in Occidentem, ubi non modo privatos quosdam, ſed integras Eccleſias ſeduxiſſet. Errores, quos ei attribuit, ſunt ſequentes; primo. Homines induci ad peccandum natura ſua, non illa quidem, in qua ab initio Adam creatus fuit, hæc enim bona erat, & Dei opus, ſed illa, quæ ei poſt peccatum ſupervenit, quæ mala eſt, atque mortalis. Hoc pacto homines evaſiſſe malos, atque peccatum eorum naturæ, non libero arbitrio adſcribi.

Sæculum V. A.C. 416.

bi. Secundo. Etiam infantes neo-natos a peccato non esse immunes, quod ex tempore, quo Adam lapsus est, natura subdita sit peccato, idque totam suam posteritatem corripuerit. *In hujus rei probationem adducunt*, inquit Theodorus: *in iniquitate conceptus sum.* Alique similes textus; Baptismum, & Communionem Corporis Domini nostri in remissionem peccatorum, cum etiam infantibus conferantur. Tertio. Neminem inter homines justum esse. Quarto. Ipsum JEsum Christum, Deum nostrum, a peccato purum non fuisse, quia Naturam peccato infectam assumpsisset, etiamsi aliunde dicant, Incarnationem non veram, sed tantum apparentem fuisse. Quinto. Matrimonium, & omnia, quæ ad humani generis propagationem serviunt, opera esse malæ naturæ, in quam Adam per peccatum suum delapsus fuisset. Horum errorum Theodorus Mopsuestenus novos Occidentis Hæreticos insimulabat; revera nihil aliud erant, quam Doctrina Ecclesiæ Catholicæ, prout eam Pelagiani detorquebant, ut invidiosam redderent.

Psal. 50. 7.

§. XXIX.

Pelagii Scripta.

Orosius ex Palæstina rediit circa veris initium anno 416. S. Stephani Reliquias afferens. Responsum etiam S. Hieronymi

Sæculum V. A. C. 416.

ronymi ferebat ad quæstiones de origine animarum, & peccatorum æqualitate. Ex S. Hieronymi litteris elucet, quod S. Augustinum non modo magno amoris affectu fuerit prosecutus, sed etiam plurimi æstimaverit. Excusat vero, quod ad ejus quæstiones modo non respondeat, ob temporum iniquitatem, ne, si contrarias foverent opiniones, Hæretici ambos calumniandi occasionem nanciscerentur. Verosimile est, Orosium unacum ista epistola S. Hieronymi Dialogos attulisse, cum S. Augustinus eosdem, haud multo post ad Oceanum scribens, citet. Attulit quoque epistolas Herois, & Lazari adversus Pelagium, & Celestium. In iis significabatur, Pelagium Jerosolymæ esse, ibique non nullos adhucdum ab eo seduci, quamvis alii, qui mentem ejus penitius penetrarent, fortiter, & præcipue S. Hieronymus, resisterent. Pelagio post Concilium Diospolitanum animus intumuerat; plurimum absolutionem ibi acceptam jactabat. Acta tamen producere non audebat, quia inspicientibus patuisset, coactum fuisse proprios suos errores damnare; sed potius, quamdiu potuit, horum Actorum editionem impediit; interim epistolam vulgabat, ad unum amicorum suorum, Presbyterum datam, in qua dicebat; quatuordecim Episcopis, nempe Concilio Diospolitano illam Doctrinam,

ap. Aug. ep. 172. *al.* 30.

Ep. 180. *al.* 260. *n.* 5.

Ep. 175. *al.* 50. *init.*

Ep. 176. *n.* 4.

Innoc. ep. 183. *apud Aug. al.* 96. *n.* 3. *de Gest. Pel. c.* 30.

Sæculum V. A. C. 416.

ctrinam, quam ipse teneret, fuisse probatam; hominem sine peccato posse existere, & præcepta Dei facile observare, si vellet, hoc vero supprimebat, quod in Concilio addiderit: *cum Gratia Dei*, in eadem epistola vocem: *facile*, obreptitie inserit, quam in Concilio addere ausus non fuerat; econtra dixerat, laborandum esse, & pugnandum.

Scripsit etiam brevem apologiam, in qua hujus Concilii Auctoritate se tuebatur, dicens, se Episcoporum Gallorum objectiones diluisse, & plene fuisse absolutum. Hanc Apologiam per manus Diaconi, cui nomen Cari, ad S. Augustinum submisit. S. Augustino suboluit, quod res erat, Pelagium non alia ratione fuisse absolutum, quam quod Catholicum se finxisset; sed cum tunc sibi deessent, quibus eum convinceret, hac super re scribere noluit. Pelagius eodem tempore quatuor suos libros de libero Arbitrio scripsit adversus S. Hieronymum, in quibus ob hoc Concilium inflatus in libro tertio Doctrinæ suæ fundamentum plene explicat; distinguit posse, velle, & esse, id est, operari; atque ex his perspiciebatur, quid Pelagius dicere vellet, quotiescunque de Gratia, aut auxilio Dei loquebatur.

de Gest. c. 1. Ep. 179. n. 7. al. 252.

c. 32. de Gest.

Ep. 186. al. 106. c. 19. n. 34. de pecc. orig. c. 14. Aug. de Gr. Chr. c 4.

§. XXX.

Sæculum V.
A. C. 416.

§. XXX.

Concilia Carthaginense, & Milevitanum.

Orosius epistolas Herois, & Lazari tradidit Concilio, quod Carthagine Episcopi Provinciæ Proconsularis sexaginta & octo, anno 416. agebant. Præcipui erant Aurelius Carthaginensis, Concilii Præses, Vincentius Culusensis, Theasius Membresanus. Postquam Litteræ Herois, & Lazari in hoc Concilio prælectæ, etiam illius Concilii Carthaginensis acta lecta sunt, in quo ante annos ferme quinque Celestius damnatus. His omnibus auditis, existimarunt Episcopi, consultum fore, si hujus erroris Auctores, nempe Pelagius, & Celestius anathemate percuterentur, nisi ipsi prius errores suos clarissimis verbis anathematizarent; ut pronuntiata sententia damnationis, omnibus nota, illis saltem saluti esset, quos deceperant, aut exinde decipere possent, si ipsos Auctores mali ad frugem reducendi spes nulla affulgeret. Tunc enim omnes anguli fervebant hominum garridu, & contentione; rudes seducebantur, fortiores in fide fatigabantur.

Aug. ep. 175. n. 1.

Sup. n. 2.

Ep. 177. n. 3.

Concilio etiam visum, hanc suam sententiam ad S. Innocentium Papam perscribere, ut accedente Sedis Apostolicæ Auctoritate confirmaretur; idque multo magis

Ep. 175. n. 2.

Ep. 177. n. 2.

Sæculum V. A.C. 416.

magis congruum censebatur, quod ad notitiam Episcoporum Africæ veniisset, Romæ Pelagii Sectatores invenire esse, ubi diu fuerat moratus. Alii veram esse omnino Doctrinam ejus existimabant, plerique talem esse, qualis dicebatur, non credebant, maxime propter sententiam, latam in Concilio Diospolitano, qua ab errore immunis declaratus ferebatur. Ergo Episcopi Concilii Carthaginensis epistolam Synodalem ad Papam dederunt, adjunctis epistolis Herois, & Lazari, & ultimi hujus Concilii Actis, quibus Acta Concilii anni 412. erant inserta. In his epistolis præcipuos Pelagii errores notant, quos summatim Scripturarum auctoritate refutant, atque concludunt in n. 6. hæc verba: *Etiamsi Pelagius, & Cœlestius hanc Doctrinam suam esse, aut in Scriptis contra eos editis contineri, negent quia mendacii convinci possint, nihilominus generatim anathematizandus est, quicunque docet, Naturam humanam sibi sufficere posse ad evitandum peccatum, & præcepta Dei adimplenda; cum sit inimicus Gratiæ, quam Sanctorum preces evidenter demonstrant; aut quicunque negat, per Baptismum JEsu Christi infantes a perditione liberari, & Salutem æternam obtinere.*

Ep. 178. al. 94. ad Hilar.

Circa idem tempus Milevi Concilium egere Episcopi Numidiæ, numero sexaginta, & unus, quorum præcipui erant

Sylva-

Sylvanus Zummanus, Primas, Aurelius Macommadesinus, Alipius, S. Augustinus, Severus Milevitanus, Fortunatus Cyrthanus, Possidius Calamensis. Hi Episcopi, eo comperto, quod Patres Concilii Carthaginensis fecerant, ipsorum secuti exemplum, ad S. Innocentium Papam scripserunt, similiter postulantes condemnationem hujus Hæresis, quæ adultis preces, & parvulis Baptismum auferebat. (*)

Sæculum V. A.C. 416.

Concilium Milevitanum, *Ep.* 176. *al.* 92. *ap. Aug.*

Præter has epistolas Synodales S. Augustinus aliam quoque, nomine quinque Episcoporum, quorum aliquis ipse erat, ad S. Innocentium Papam dedit; alii quatuor Aurelius Carthaginensis, Alipius, Evodius, & Possidius fuere. In hac epistola familiarius totam Pelagii causam exponebant, petentes, ut Papa hominem Romam ire juberet, ubi accurate interrogaretur,

Ep. 177. *al.* 95.

Ep. 186. *n.* 2

(*) Ecce Patres Concilii Carthaginensis, & Milevitani, ut latæ a se contra Hæreticos sententiæ majus robur conferrent, ad Auctoritatem Romanæ Ecclesiæ sponte recurrunt! Quis cum Interprete nostro, ut Nota XXIII. vidimus, nisi cum ipso desipiat, dixerit, hæc omnia non jure facta, sed astutiæ Politicæ adscribenda? S. Innocentius in sua epistola ad Conc. Carthag. initio, ut bene notat Anonymus I. dicit, quod hi Patres, se consulendo, Traditionem, & Disciplinam Ecclesiæ secuti fuerint.

Sæculum V. A.C. 416.

garetur, & exploraretur, quale Gratiæ genus admitteret; aut per epistolas negotium tractaretur, ut si eam Gratiam quam Ecclesia docet, agnosceret, absque difficultate absolveretur. Cum hac epistola Episcopi ad Papam misere Pelagii librum, quem Timasus, & Jacobus S. Augustino attulerant, & ad eundem respon-

n. 3. n. 6. ep. 177.

In hoc Pelagii libro illi textus notati erant, quibus indicabat, se nullam aliam agnoscere Gratiam, quam Naturam, in qua Deus nos creavit. Tum dicebant: *Si in hoc libro, aut in his locis mentem suam exprimi neget, nolumus contendere, tantum hos textus anathematizet, & Gratiam Christianis propriam clare confiteatur.* Et inferius: *postquam amici ejus hunc librum non modo Episcoporum Catholicorum, præsertim Tuæ Sanctitatis, Auctoritate, sed etiam ab ipsomet Auctore anathematizatum viderint, non putamus, ipsos ulterius adversus Dei Gratiam obloqui ausuros.* S. Augustinus ad Papam quoque transmittebat epistolam, quam ad Pelagium dabat super ejus Apologia, sibi per Diaconum Canesium allata, rogans Papam, ut eam submitteret, quo promptiori animo legeretur. Tres illas epistolas, nempe a Conciliis Carthaginensi, & Milevitano scriptas, alteramque quinque Episcoporum, quidam Episcopus, cui nomen Julius, detulit.

n. 15.

§. XXXI.

Sæculum V.
A. C. 416.

§. XXXI.

Litteræ datæ ad Joannem Jerosolymitanum.

Eadem ferme tempestate cum S. Augustinus comperisset, Joannem Jerosolymæ Episcopum magno affectu in Pelagium ferri, scripsit ad eum, ut sibi caveret, misitque eundem librum, quem a Timaso, & Jacobo acceperat, addito suo responso, rogans Joannem Episcopum, ut Pelagium ad explicandam mentem suam de necessitate orationis, & de peccato originali cogeret. Tum subjungit: *Rogo te etiam, ut nobis Acta Ecclesiastica, quibus absolutus dicitur, transmittere velis. Id a te nomine Episcoporum, qui hanc ob rem juxta me anguntur, postulo.* S. Papa Innocentius etiam ad Joannem Jerosolymitanum scripsit, de facinore Pelagianorum, quorum funesta cohors homines piissimos in Palæstina ultima sævitia persecuta fuerat; in Sanctum Hieronymum, aliosque viros, & fœminas, Deo devotas, sub ejus Regimine viventes, hostiliter invecti, non nullos occiderunt, inter quos erat Diaconus; Monasteria incensa, & expilata. Ipse S. Hieronymus vix in turrim munitam evasit. S. Eustochium, & S. Paula, neptis ejus, Virgines, rebus suis spoliatæ, sociis in conspectu earum trucidatis,

ep. 179 *al.* 252.

n. 7.

Aug. de Gest. Pelag. in fine

Sæculum V. A. C. 416.

ægerrime perſequentium manus effugerunt. Hæ igitur, ſicut & S. Hieronymus de immani ferocia apud S. Innocentium in ſuis Epiſtolis querebantur, inimicorum tamen neminem nominabant. Hac ſuper re S. Innocentius ad Joannem Jeroſolymitanum reſcribens, dicit; de Auctore tanti ſceleris neminem dubitare, ipſius vero Joannis officii fuiſſe, furioſos cohibere, aut ſaltem, malo jam perpetrato, afflictis ſuccurrere, & conſolari. Monet vero, ut muneri ſuo ſatisfaciat, alioqui ſecundum leges Eccleſiæ ad reddendam culpabilis indulgentiæ rationem compellendum. Ad S. Hieronymum quoque Epiſtolam conſolatoriam dedit, dicitque; ſi quis coram ſe actionem contra perſonam certam moverit, Judices ſe daturum, aut velocioni remedio proviſurum. Memoria digna eſt hæc Epiſtola ad Auctoritatem Papæ per univerſam Eccleſiam demonſtrandam. (*) Credunt, Joannem Jeroſolymitanum jam e vivis exceſſiſſe, quando iſta

Innoc. ep. 32. *to.* 2. *conc.*

Innoc. ep. 33.

(*) Verba Fleurii, Gallice hæc ſunt: *Cette lettre eſt remarquable pour montrer l' Autorité du Pape par toute l' Egliſe.* Nunc vero, an Anonymus II. dicens in ſuo Paragrapho ſecundo, Fleurium SS. Pontifices in ordinem aliorum Epiſcoporum voluiſſe deprimere, fidem mereatur, aliorum judicium eſto!

Hæc

istæ Epistolæ in Palæstinam pervenerunt; quippe 10. Jan. anno 417. defunctus est. S. Cyrillo successerat, atque Sedem Jerosolymitanam ultra annos triginta tenuit. Successorem habuit Prailem, cujus nomen, quod Græce dulcis dicitur, moribus ejus conveniebat. Is annos ferme tredecim sedit. Sæculum V. A. C. 416. *Sup. Lib. XVIII. §. 36. Theo. V. hist. c. 38.*

§. XXXII.

S. Innocentii Decretalis ad Decentium.

Sanctus Papa Innocentius eodem anno 416. Pontificatus sui ultimo, Decretalem celeberrimam dedit ad Decentium Episcopum Eugubiensem in Ducatu Urbinate. Initio conqueritur, contemni traditiones, quas Ecclesia Romana a S. Petro Apostolo accepit, *Cum tamen*, inquit: *exploratum sit, neminem Ecclesias in Italia, Galliis, Hispaniis, Africa, Sicilia, & adjacentibus Insulis fundasse, nisi eos, quos S. Petrus Apostolus, aut ejus* *Innoc. ep. 1.*

Hæc Fleurii verba Protestans corrupit, dum pro voce l' Autorité du Pape, Auctoritatem Papæ, posuit: parte IV. pag. 224. §. 58. Die Autorität dieses Pabstes. Audacter deinde in adjecta Nota mentitur; Episcopos Africæ de hac Auctoritate nihil sciviſſe. Sed quis ex Protestantibus quoque vir veritatis amans falsario fidem adhibebit?

Sæculum V. A. C. 416.

jus Succeſſores Epiſcopos conſtituerunt. Et inferius: *Haud dubie ſæpe Romam veniſti, noſtræ Eccleſiæ conventibus adfuiſti; vidiſti, quos ritus ſeu in conſecratione Myſteriorum, ſeu in aliis actionibus ſecretis, obſervet; idque ad tuam informationem ſufficeret.* Hic videmus, quod Epiſcopi Sacramentorum adminiſtrationem per exemplum, & vivæ vocis traditionem didicerint.

c. 1. Tum ad particularia deſcendens Papa decidit; pacem non niſi poſt Myſte-
c. 2. riorum conſecrationem dandam, ut indicetur, populum conſenſiſſe, & Actionem eſſe finitam. Nomina eorum, qui oblationes attulerunt, non ante recitanda, quam Sacerdos eosdem in oratione ſua Deo comendaverit. Id de Momento in Canone intelligendum. Fermentum ad Eccleſias rurales non eſſe mittendum. Hoc Fermentum Evchariſtiæ
c. 5. Particula fuiſſe creditur, quæ poſt Sacrificium ſervabatur, Sacrificio ſequenti miſcenda, tanquam fermentum ſacrum, & ſignum ſenſibile, quod ſemper eadem ejusdem Corporis JEſu Chriſti oblatio permaneat. (*) Iſtud Papa die Dominica

Mabill. Diff. de ferm. Id. comment. in Ord. Rom. c. 6. n. 1. & 2.

(*) Proteſtans, præter alias depravationes, hæc verba ſic reddidit: Zum Zeichen, daß es immer ein, und daſſelbe Brodt ſey. pag. 225.

Secun-

ca mittebat ad urbis Romæ titulos, id est, Ecclesias, quorum Presbyteri hac die cum ipso congregari non poterant, propter populum sibi commissum. Presbyteri igitur per manus Acolythorum fermentum, a Papa consecratum, in signum communionis accipiebant; verum ad Presbyteros in Cœmeteriis remotis non mittebatur, ne per vias longas Sacramenta deportari necesse esset, sed Presbyteri in Cœmeteriis jure eadem consecrandi potiebantur. (*) *Omnes nostræ Ecclesiæ*, inquit Pontifex: *in urbe sunt*; nempe Roma totam Episcopi Romani Diœcesim constituebat. Hinc etiam in exiguis civitatibus, Romæ proximis, quales sunt Ostia, Prænestе, Tibur, Episcopos videmus. Die Sabbati cujuslibet Septimanæ, sicut die Veneris, jejunandum; his diebus Mysteria non celebrantur, in memoriam Tristitiæ qua eos Apostoli transegere. Hic mos erat Ecclesiæ Romanæ, in aliis Ecclesiis solo Sabbato Sancto per totum annum jeju-

Sæculum V. A. C. 416.

c. 4. S. Innocentii Decretalis.

c. 5.

Secundum hunc Interpretem ineptissime loqueretur S. Innocentius; quis enim tunc temporis, vel hodie dubitaverit, panem semper panem permansurum, donec vel ab homine, vel a vermibus consumatur?

(*) Eadem pagina 225. §. 159. Protestans hæc verba: Sed Presbyteri &c. omisit, errores minoris momenti prætermitto.

Sæculum V. A. C. 416.

nabatur. Si quos post acceptum Baptismum Dæmon insideat, impositionem manuum Presbyteri, aut alterius Cleri accipere possunt, sed tunc tantum, c. 6.
Episcopus jusserit. Pœnitentes absolutionem non nisi in Cœna Domini, excepto casu necessitatis, accipiant. Solus c. 7.
Episcopus parvulis sigillum sacrum, id est, Sacramentum Confirmationis, dare potest; *Hæc discimus*, inquit hic Pontifex: c. 2.
non solum ex Consuetudine Ecclesiarum, sed etiam ex Sacra Scriptura in Actis, exemplo SS. Petri, & Joannis. Presbyteri Baptizatis unctionem Chrysmatis conferre possunt, si modo illud ab Episcopo fuerit consecratum; at neminis frontem Chrysmate signent; hoc Solis Episcopis competit, dum Spiritum S. conferunt. Act. 8. 14. c. 7.
Ægrotorum unctio a Presbyteris administrari potest, juxta Epistolam S. Jacobi Apostoli, cujus ratio redditur, quod Episcopis per negotia non vacet, ad omnes ægrotos se conferre; *Oleum autem hujus Unctionis ab Episcopo sit consecratum. Hæc unctio pœnitentibus non datur, quia Sacramentum est.* Ecce duo Confirmationis, & Extremæ Unctionis Sacramenta in hac Decretali optime ex Traditione, & Sacra Scriptura probantur. Papa in finem subjungit: *Quando huc veneris, reliqua tibi coram eloqui potero.* Videlicet, quæ scribere non licebat. Jac. 5. 14.

bat. Jam antea dixerat, dum de S. Sacrificio sermo erat; *post illa omnia, quæ aperte scribere non debeo.* *Et*, dum de Confirmatione loquitur; *verba ponere non possum, ne magis Mysteria prodere, quam consulenti respondere videar.* Ita illa adhuc ætate inviolabilis erat de Mysteriis silentii fides. (*)

Sæculum V. A.C. 416

c. 1.

c. 3.

§. XXXIII.

Aliæ Decretales.

Prædicta Decretalis data est 14. Calendas Aprilis, Theodosio, & Palladio Con-

Epist. 4.

(*) Hic apposuit Protestans doctissimam Notam: So hoch dieses Schreiben *Innocentii* geachtet wird, so werden doch auch viele Dinge darinn angetroffen, die er besser hätte wissen können. Er saget zum Exempel, daß ausser Petro kein anderer Apostel im Occidente das Evangelium geprediget. Hätte er nicht wenigstens den Apostel Paulum ausnehmen sollen, welcher zu Rom gelehret? Stolidissimus Mortalium vel credit, vel credere vult videri, S. Innocentium nesciviſſe, quod S. Paulus Romæ prædicaverit. Et quid inde sequatur contra Catholicos, etiamsi S. Paulus, & alii Apostoli in Occidente prædicaverint? Nunquid ideo minus verum est, Christum Dominum ad solum Petrum dixisse: *Pasce oves meas?* Reliqua hujus Notæ, ne lectori tædium pariam, silentio premo.

Joan. 21.

Sæculum V. A. C. 416.

Consulibus, id est, 19. Martii, anno 416. Plures aliæ Decretales S. Innocentii Papæ adsunt ad diversos Italiæ Episcopos datæ, quarum tempus nescitur. Una inscribitur Felici Episcopo Nucerienſi, & de ordinationibus tractat; in ea SS. Pontifex declarat, mutilationem digiti, aut alicujus alterius partis corporis tantum tunc irregularitatem inducere, si sit voluntaria, non vero si casu, aut dum quis ruri laborat, accidit. Inter Laicos, illos esse irregulares, qui post Baptismum arma tulerint, aut in foro causas dixerint, aut publicæ administrationi impliciti fuerint, illosque, qui Curiales appellabantur, ne post ordinationem ad publica in urbibus munia obeunda revocarentur. Qui concubinam aluissent. Bigamos, inter quos tales, qui viduam duxissent, numerantur.

c. 1.

c. 3.

v. Ep. Siric. ad Himer. c. 5. Suv. XVIII. n. 34

c. 4.

c. 2.

ep. 5. 6.

In duabus aliis Epistolis una ad Maximum, & Severum, in Provincia Brutiorum, id est, Calabria, Episcopos, altera ad Agapetum, Macedonium, & Marianum in Apulia Episcopos datis, Papa his Episcopis mandat, ut comparere coram se quosdam Clericos jubeant, qui ipsi a privatis hominibus fuerant accusati, atque eos deponant, si, quæ objiciebantur, vera essent. Florentium vero, Episcopum Tiburiensem, accusatum, quod jura Vicini sui violet, Papa invitat, ut post Pa-

ep. 8.

scha

scha Romam veniat, ut ibi jura ejus discu- Sæculum V.
terentur. Nempe ad suum Concilium A. C. 416.
hunc Episcopum, loco propinquum, citat,
Clericos autem remotiores ad loci Epis-
copos dimittit. In alia Decretali decer- Decretales
nit, secundum Matrimonium, durante Innocentii.
primæ uxoris captivitate, contractum,
oportere declarari nullum, si redeat.
Tres Decretales extant, ad Episcopos Ma- *Epist.* 9. *ad*
cedoniæ datæ, agentes de ordinationi- *Prob.*
bus, quas Bonosus, sub Siricio Papa circa
annum 390. condemnatus, facere præ-
sumpserat. S. Innocentius Papa accepe-
rat Epistolam Synodalem ex Macedonia
plusquam viginti trium Episcoporum,
quorum primi erant Rufus, & Eusebius;
hi Papam de variis Disciplinæ articulis *Sup. XIX.*
circa ordinationes, præsertim Hæretico- *n.* 27.
rum, consulebant. S. Innocentius in suo *ep.* 22.
Rescripto initio Regulam ponit; Ordi- *n.* 3.
nationes Hæreticorum esse nullas, id est,
sine effectu, eosque, quos ordinarunt, si
ad Ecclesiam redierint, Laicis accenseri
debere, sicut alios peccatores publicos,
quia Ordinatio crimina non delet. Re- *n.* 5.
gulam confirmat exemplo Anysii Thessa-
lonicensis, & suæ ætatis Episcoporum, qui,
a Bonoso ordinatos, non nisi ex di-
spensatione, & ut scandalum evitaretur,
recepissent; ex eo probatur, antiquam
Regulam Apostolicam fuisse contrariam.

Dice-

Sæculum V. A.C. 416.

Dicebant aliqui, a Bonoso quosdam invitos ordinatos. Ad hoc Papa respondet; id de illis credi posse, qui post ejusmodi ordinationem statim ab ejus Communione recesserunt, & ad Ecclesiam reversi sunt; de illis autem, qui post annum, aut mensem redierunt, judicari posse, eos, cum se Ordinatione legitima indignos agnoscerent, illum adiisse, qui quibuscunque petentibus manus imponebat, quod sperarent, in Ecclesia Catholica gradum suum se servaturos. Etiam illos, qui nullo deinde Ministerio functi sunt, distingui oportet ab iis, qui Mysteria consecrarunt, distribuerunt, &
c. 6. pro more Missas celebrarunt. Concludit Papa; quæ temporum necessitate permissa fuissent, pace Ecclesiæ restituta, argumento esse non debere; atque hanc maximi momenti Regulam ponit; ubi
Sup. totus populus peccasset, multa dissimulari, quia omnes, qui rei sunt, puniri non possent. Data est hæc Decretalis 13. Dec. Constantio Consule, id est, anno 414. S. Innocentio Papa Ravennæ in causis populi Romani agente, quidam ab iis missi advenere, qui se a Bonoso ante ejus condemnationem ordinatos dicebant. Rescripsit Papa ad Marcianum Episcopum Naissenum, ut eos reciperet, si dicta veritati niterentur. At respectu Sectatorum Bonosi, qui etiam Photiniani dicebantur, quia

quia JEsu Christi Divinitatem negabant, S. Innocentius Papa ad Laurentium, Episcopum Segnienſem reſcripſit, ut eos ejiceret, ſicut Dux eorum, nomine Marcus, Roma fuiſſet expulſus; caveret quoque, ne homines ſimplices, & agreſtes ſeducerent. Sæculum V. A.C. 416. *ep.* 21. *ep.* 20.

§. XXXIV.

Epiſtolæ ad Africanos.

Anno 416. ſub Palladii Conſulatu, ſecunda Junii, S. Innocentius Papa ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem ſeveram circa Ordinationes Epiſtolam ſcripſit. Indignum in Africa Eccleſiæ ſtatum dolet, & queritur, tantam eſſe Epiſcopos eligentium incuriam, ut hanc nemo neſciat, & Præfecti in ſuis Epiſtolis publice vituperent. Clericos, in amore ſcientiæ, & miniſterio Eccleſiæ enutritos, rejici, econtra homines, negotiis implicitos, & quorum mores nihil niſi Sæculum ſapiunt, ſubito ad Sacerdotium evehi. Aurelium rogat, ut Epiſtolam ſuam in omnibus Africæ Eccleſiis prælegi jubeat, unacum Epiſtolis Præfectorum, quas ei ſubmittebat. Hoc malum a Clericorum paucitate originem forte trahebat, de quo defectu Aurelium queritantem in pleno Concilio vidimus. S. Innocentius Papa, acceptis Epiſtolis Synodalibus Concilii Milevitani, atque Epiſtola *ep.* 12. *Sup. XXI.* §. 13.

Sæculum V. A. C. 417.

la familiari quinque Episcoporum, respondit tribus Epistolis separatis, eadem die datis, scilicet sexto Calendas Februarii, post septimum Theodosii, & Junii Quarti Palladii Consulatum, seu Honorio, & Constantio Consulibus, id est, vigesima septima Jan. anno 417. Episcopus Julius, qui litteras Africanorum attulerat, etiam responsorias retulit. Primæ duæ, quibus ad duas Epistolas Synodales respondet, ferme similes sunt. Initio Papa Episcopos Africanos laudat, quod pro more antiquo consilium exquisierint sanctæ Sedis, cujus auctoritatem, & Dignitatem extollere non omittit. Summam Doctrinam Catholicam de Gratia assent, damnatque Pelagium, Celestium, & Sectatores eorum, a Communione Ecclesiæ separatos pronuntiat, iterum tamen recipiendos, si erroribus suis renuntiaverint.

Inn. ep. 24. 25 ap. Aug. 181. 182. al. 91. 93
ep. 181. n. 8. 9
ep. 182. n. 6.
ep. 183.
Innoc. 26.

In Epistola tertia, qua ad quinque Episcopos respondet, S. Innocentius Papa inquit, nec affirmari a se, nec negari an Romæ Pelagianos invenire sit; si enim adsint, has occultare se, & in tanta hominum multitudine non facile detegi posse, subjungit, de Pelagio loquens; *Credere non possumus, fuisse absolutum; quum homines Laici Acta ad nos attulerint, quibus se erroribus immunem pronuntiatum dicit; sed de Actorum istorum veri-*

n. 8.

tate

Sæculum V. A. C. 417.

tate ideo dubitamus, quod ipsius Concilii nomine ad nos missa non fuerint, nec ullam ab iis, qui interfuere, Epistolam acceperimus. Si enim Pelagius sententiam pro se latam demonstrare potuisset, non neglexisset, a Judicibus suis postulare, ut eam nobis communicarent. In ipsis Actis, quæ ipsi objiciebantur, pure & præcise non diluit, sed statum quæstionis declinare, & intricare conatus est. Itaque hoc judicium nec laudare, nec vituperare possumus. Si Pelagius sciat, nihil sibi timendum, non nostrum est eum accersere, sed magis ipsius est celeriter ad nos venire, & omni contentione instare, ut absolvatur. Si in suis opinionibus persistit, etiamsi per Epistolas advocaretur, nunquam judicium nostrum periclitari audebit. Si autem ipsum in judicium vocari oporteret, ab iis, qui ei propinquiores habitant, id fieri expediret. Librum qui ipsius esse dicitur, & quem ad nos misistis, totum legimus. Multas in eo invenimus propositiones, Dei Gratiæ adversantes, multas blasphemias, nihil, quod nobis placuerit, ferme nihil, quod non displicuerit, atque ab omnibus probis rejiciendum non sit. Hoc est S. Innocentii Papæ de Pelagii Doctrina judicium.

§. XXXV.

Sæculum V. A. C. 417.

§. XXXV.

S. Innocentii obitus. S. Zosimus Papa.

Marty. Bed. Usuardi &c. v. Præf. in ep. 186. Aug. Sup. XXI. §. 14. lib. Pontif.

Sanctus iste Papa haud diu post mortalitatem exuit, 12. Martii, ejusdem anni 417. cum sacram Sedem annis ferme 15. occupasset. Ecclesiam dedicavit in nomine SS. Gervasii, & Protasii, ex testamento, & liberalitate nobilissimæ fœminæ, cui nomen Vestina, atque curis Presbyterorum Ursicini, & Leopardi, & Libiani Diaconi ædificatam. Multa numero vasa argentea illuc collata, inter alia turris ad sacram Evchariſtiam conservandam, & columba deaurata. In Baptisterium Cervus argenteus, qui aquam affundebat, vas sacro Chrysmati asservando, atque alterum pro oleo Catechumenorum. Pondus omnium vasorum argenteorum hujus Ecclesiæ quadringentas quadraginta octo libras Romanas conficit, quæ ferme quingentas, nonaginta marcas exæquant. Triginta sex magna candelabra cuprea aderant, quæ nongentas sexaginta libras æquabant, non computato plurimorum candelabrorum argenteorum numero. Inde colligendum, magnam lucem in Ecclesiis ad officia divina nocturna fuisse. Ecclesiæ hujus redditus, qui ex pluribus ædibus, ei propriis, in urbe, & ex fundis in

in Italia colligebantur, summam septingentorum, octoginta sex aureorum assium conficiebant, quod sex millibus, ducentis, octoginta octo libris nostræ monetæ æquivalet. S. Papa Innocentius sepultus est in Cœmeterio Priscillæ. (*) Successorem habuit Zosimum, Natione Græcum, qui anno uno, & novem mensibus sedit. Sæculum V. A. C. 417. *Prosp. Chr. an.* 417.

Hoc anno 417. dies Paschæ juxta accuratam computationem in Decimam Calendas Maji, id est, 22. Aprilis incidebat. At quædam Ecclesiæ in Occidente errarunt, & Pascha octavo Calendas Aprilis, nempe 25. Martii celebrarunt. Hic error manifestatus, & vera computatio miraculo confirmata. Erat in Siciliæ præaltis montibus, densisque sylvis exiguus pagus, cui nomen Meltines; sacra ædicula, ita constructa, ut egenos accolas scires, stabat, prodigio tamen clara, quippe fontes baptismales singu- *ep. Pasch. ap. S. Leon. an.* 443.

(*) In Nota hic adjecta Protestans rursus plurima garrit; nempe S. Innocentium sua industria, & jure humano sibi, & successoribus suis magnam in universam Ecclesiam acquisivisse auctoritatem. Mirum profecto! quod Episcopi Europæ, Asiæ, & Africæ sua jura nescierint, & Ambitionem Innocentii non adverterint, quam Interpres iste deprehendisse sibi imaginatur.

Sæculum V. A. C. 417.

singulis annis nocte Paschali illa hora, qua Baptismus solemnis conferri solet, sponte implebantur, quamvis nec rivus, nec fistula, nec omnino aqua in propinquo esset; rursusque pauculis, qui baptizandi aderant, ablutis, aqua eo, quo affluxerat, secreto dilabebatur, quin vel rima, qua penetrare posset, appareret. Hoc igitur anno, lectionibus consuetis nocte Paschali recitatis, cum Presbyter pro more baptizare vellet, aquæ affluxum usque ad vesperam frustra expectavit; & qui Baptizandi aderant, recesserre. Ecce autem! nocte Sabbati, præcedente diem Dominicam, vigesimam secundam Aprilis, sacri fontes, hora competenti, aqua impleti sunt. Hinc constitit, Occidentis Christianos illo anno errasse. Paschasinus Episcopus Lilibæensis post annos viginti sex hoc prodigium narrabat, testimonio cujusdam Diaconi, cui nomen Libanius, nixus. Plura ejusmodi miracula de fontibus baptismalibus, modo arcano impletis, referuntur.

Prat. Spirit. c. 214. 213. Greg. Tur. de Glor. Mart. c. 24. Cassio. VIII. var. 53.

§. XXXVI.

Liber S. Augustini de Trinitate.

ep. 174.

Sanctus Augustinus circa illud tempus libros suos de Trinitate, quos circa annum 400. scribere cœperat, absolvit. Dimiserat hoc opus, eoquod primos libros

bros necdum perfectos, aut correctos sibi quidam suffurati fuissent, quippe simul omnes in lucem edere decreverat, quia continuo cognitionum ordine connectuntur. Persuaderi tamen sibi passus est, ut opus perficeret, & corrigeret, non eo quidem modo, ut ipse voluisset, sed ut potuit, ne illa, quæ se invito in publicum prodierant, nimium mutarentur. Id ab eo factum, ut pluribus quæstionibus responderet, quas aliqui proponebant, & simplici fide non contenti, petebant, ut sibi Mysteriorum ratio redderetur; atque etiam ut ea suppleret, quæ de hac materia in Scriptis Latinorum desiderabantur; scripsit ergo illorum bono, qui Græcos Scriptores legere non poterant. Quia vero sciebat, hos libros a paucis capi posse, sæpe e manibus dimittebat, ut opera pluribus utilia, & ideo magis necessaria, scriberet.

Sæculum V. A.C. 417.

III. Trinit. init. c. 1. n. 3.

ep. 165. ad Evod. n. 1.

Tractatus S. Augustini de Trinitate dividitur in quindecim libros; in septem primis ea explicantur, quæ nobis de hoc Mysterio per Scripturam, & Traditionem revelata sunt. Præcipue divinarum Personarum æqualitatem statuit, & objectionibus Arianorum respondet, præsertim illis, quas ex variis Dei apparitionibus ante Verbi Incarnationem formabant; & ostendit, nullam esse causam, cur uni Personæ potius, quam alteri ad-

Lib. I. II. III.

Sæculum V. A. C. 417.

scribantur. Explicat, quare dicatur, Filium esse virtutem, & sapientiam Patris, quamvis omnes tres Personæ una, eademque virtus sint, & una sapientia. Tandem quæstionem de Hypostasi inter Græcos, & Latinos celeberrimam clare decidit. In libro octavo demonstrare incipit, quomodo amor Boni, sicut etiam amor veritatis, & Justitiæ nos ad cognitionem Naturæ divinæ naturaliter deducat. In libris sequentibus pergit ostendere, quod in anima nostra imaginem Trinitatis inveniamus; nec non ejusdem vestigium, quamvis tenue in natura corporea deprehendi. Posteriores hi libri continent, quidquid sublime, & solidum in Metaphysica, imprimis de distinctione animæ, & corporis, & natura substantiæ spiritualis reperitur. Hoc de Trinitate opus inter præstantissimos S. Augustini libros adnumeratur. Id Aurelio Episcopo Carthaginensi inscripsit, atque haud diu post etiam eidem illud dicavit, quod de Actis Concilii in Palæstina exaravit.

VI. 1. Cor. 1. 24.

L. VII. c. 4. V. c. 8. 9. Sup. Lib. XVII. §. 29.

VIII. XI.

§. XXXVII.

Liber S. Augustini de Actis in Palæstina.

de Gest. Pel. c. 1.

Tandem S. Augustino Acta transmissa, quæ jam diu habere optabat, ut sciret, quo pacto Pelagius fuisset absolutus, suspi-

suspicans, Episcopos ab eo fuisse decep-
tos. Rem ita se habere, prout ante
conjecerat, vidit, egitque Deo Gratias,
quod se concepta de Confratribus suis
opinio non fefellisset. Igitur quia Pela-
gius, & Sectarii ejus, illam absolutionem
ubique jactabant, S. Augustinus, qui ha- *Retr. II. c. 47*
ctenus calamum stringere noluerat, do-
nec certa facti indicia teneret, speciatim
in hæc Acta Tractatum scripsit, in quo
singula, quæ Pelagio in Concilio Palæsti-
næ objecta, & ejus responsa examinat.
Ostendit, ideo solum fuisse absolutum,
quod errores suos dissimulasset, verbis
ambiguis involvisset, aut expresse negas-
set. Cæterum non habuisse actorem
sibi oppositum, qui ambigue dicta distin-
xisset; Judices fuisse Episcopos Græcos,
qui scripta ejus non nisi per Interpretem
intelligere valuissent, cum ipse coram,
& Græce loqueretur. Neminem fuisse, *de Gest. c. 1.*
qui Pelagio ex suis ipsius libris objecis- *n. 3. c. 9.*
set textus, qui demonstrassent, ipsum re- *n. 17. 19.*
vera docere, quod tunc ore negaret.
Palæstinæ Episcopos, cum hæc omnia ne-
scirent, & ex Pelagii ore nullas præter
propositiones orthodoxas audirent, ju-
re eum absolvisse. Ita hos Episcopos *c. 17. n. 43*
S. Augustinus discretione, & charitate
singulari excusat; sed asserit, Pelagium *c. 21.*
non ideo esse culpa immunem, cum scri-
pta ejus, & conversatio suspicioni lo-

Sæculum V. A. C. 417.

cum faciant, ipsum mentem necdum mutasse. Interim istud constat, Hæresin, cujus Pelagius incusabatur, in Concilio Palæstinæ fuisse damnatam, cum non alia via, quam ipsam damnando, ipse Pelagius fuerit absolutus. Quia etiam Pelagius Epistolis humanissimis quorumdam Episcoporum, & una S. Augustini, ad se datis, utebatur ad conciliandam sibi multorum fidem; hanc ipsam Epistolam S. Augustinus refert, & explicat, tali modo, ex quo cognoscas, quam circumspecte omnia verba elegerit, & ponderaverit, etiam tunc, quando solummodo communi humanitatis officio satisfacere velle videbatur. Ut huic operi majorem auctoritatem, & famam daret, id Aurelio Episcopo Carthaginensi dedicavit.

§. XXXVIII.

Epistolæ ad S. Paulinum, Dardanum, & Julianam.

ep. 186. *al.* 106. *n.* 1.

Sanctus Augustinus non ignorabat, Pelagium tanquam magnum Dei servum in amoribus fuisse S. Paulino Nolano; compererat etiam, in eadem civitate quosdam reperiri, ejus erroribus tam obstinate inhærentes, ut dicerent, se ab ipso

n. 29. Pelagio defecturos, si verum esset, quod

n. 1. in Concilio Palæstinæ anathema dixisset, affirmantibus, parvulos non baptizatos

vitam

vitam æternam possidere. Hinc S. Augustinus, cum præsentia alicujus, cui nomen Januarius, scribendi occasionem præberet, circa medium anni 417. ad S. Paulinum longam Epistolam dedit, non eum in finem, ut ipsum in fide roboraret, utpote quem sciebat firmissimum, sed ut eam adversus Hæreticos defendere adjuvaret. Nempe Sanctus Paulinus neglecto in juvenilibus annis Religionis studio, subtilis Theologus non erat. Initio suæ Epistolæ S. Augustinus fatetur, sibi ipsi Pelagium charum fuisse, quod Orthodoxum credidisset, nec leviter errores ejus referentibus fidem adhibuisse, donec eos in libro, sibi a Timaso, & Jacobo transmisso, invenisset; subdit deinde ea, quæ in Africa, & Romæ sub Innocentio Papa acta fuerant, atque quomodo Pelagius condemnatus. Omnia scripta, huc pertinentia, S. Paulino misit. Dum Doctrinam Catholicam de necessitate Gratiæ firmat, & refutat fatuam opinionem, in quorumdam cerebro natam, qui, cum necessitatem Baptismi negare non auderent, nec peccatum Originale vellent agnoscere, dicebant, parvulos, antequam nascerentur, peccata committere, & libero suo arbitrio jam in utero matris uti, idque ex lucta necdum natorum Esau, & Jacob probari posse, somniabant.

Sæculum V. A. C. 417.

n. 39.

n. 2.

n. 12. 13.

Gen. 25. 22.

Sæculum V. A. C. 417.

Alii eidem opinioni suffragari putabant exultationem S. Joannis Baptistæ, quam S. Elisabeth sensit in corpore suo. Hos S. Augustinus in Epistola, circa illud tempus ad Dardanum data, refellit. Erat Dardanus vir in maxima Dignitate constitutus, creditur que ille ipse fuisse Galliæ Præfectus, cui S. Hieronymus paucos ante annos opusculum inscripserat, ut quæstioni, sibi ab eo propositæ, responderet. Epistolæ ad Dardanum, quam ipse S. Augustinus librum appellat, principalis materia est Dei præsentia. In eo simplicem præsentiam ab inhabitatione per gratiam distinguit, & impugnat Pelagianos, quos non nominat. Circa idem tempus ipse, & Alypius ad Julianam viduam scripserunt, ut monerent, in Epistola, ad filiam ejus Demetriadem a quoquam data, errores contineri; rogant, ut hujus Epistolæ scriptorem ediceret, quem Pelagium esse suspicabantur. Docent, quam periculosa sit illius Epistolæ lectio.

Luc. 1. 44. *Ep.* 187. *al.* 57. c. 7. *Hier. ep.* 129.

II. Retr. c. 49 *epist.* 188. *al.* 143. *Sup.* §. 13.

§. XXXIX.

Tractatus de Correctione Donatistarum.

L. 54. *C. Th. de Hær. Sup.* §. 11.

A tempore colloquii, & post editas contra se leges, Donatistarum integra agmina Ecclesiæ uniebantur; maxime premebat lex 22. Junii, anno 414. lata, qua

qua omnes ad graves mulctas damnabantur. Illi vero, quos legum istarum metus ad Ecclesiam redire non coegit, eo furore abrepti sunt, ut in odium Catholicorum se ipsos interficerent, persecutores mortis suæ invidia oneraturi. Non nulli, homines piissimi, inhumanæ sævitiæ exempla horrentes, dubitare cœperunt, an non præstaret permittere, ut quiete viverent, quam inflexibiles in desperationem agere. Donatistæ etiam immanem se pati persecutionem vociferabantur. Hæc est Epistolæ S. Augustini materia ad Bonifacium, tunc Tribunum, & posteriori tempore Comitem, cui in Africa legum illarum observationem urgendi Auctoritas erat. Ad eum ergo S. Augustinus circa annum 417. longam Epistolam, seu potius, ut ipsemet eam vocat, librum de Correctione Donatistarum scripsit, ubi solide quæstionem tractat; an contra Hæreticos pœnæ temporales adhibendæ? de qua jam ante novem, decemve annos in Epistola ad Vincentium Rogatistam egerat.

Sæculum V. A. C. 417.

ep. 185. *al.* 50. *II. Retr.* 48.

In ista Epistola ad Bonifacium S. Augustinus verorum, & Pseudo-Martyrum differentiam indicat. *Quando Imperatores*, inquit: *impias leges pro errore contra veritatem condunt, Fideles probantur, & qui perseverant, coronantur; quando econtra bonas leges pro veritate contra*

ep. 144. *al.* 48. *c.* 2. *n.* 8. 9. 10. 40.

Sæculum V. A. C. 417.

errorem edunt, qui iræ impotentes sunt, consternantur, saniores emendantur. Duas leges Nabuchodonosoris allegat, unam, qua Idolum suum adorari imperabat, &

Dan. 3. 5.

ibid. 96.

cui resistere jubebat pietas; alteram, ut verus Deus adoraretur, quorum transgressores pœnam, quam sua impietate fuissent meriti, tulissent. Itaque veri Martyres non illi sunt, qui generatim quacunque ex causa persecutionem sustinent, sed qui propter Justitiam patiuntur. Atqui cur Donatistæ paterentur, nulla alia erat causa, quam improbitas

n. 11.

eorum, & crudelitas. *Quia volumus,* inquit S. Augustinus: *his hominibus salutem æternam procurare, vitam corporis nobis eripere, omni, qua possunt vi, conantur; ea rabie sanguinem humanum sitiunt, ut se ipsos occidant, quando alios*

c. 3. *n.* 12.

perimendi facultas adempta est. Qui mores eorum ignorant, arbitrantur, eos tantam in se ipsos sævitiam ex eo primum tempore exercere, quo legibus ad reditum

Pseudo Martyres.

in Ecclesiæ sinum adiguntur, sed aliter habet; illis jam, quibus Idololatria regnabat, temporibus, ad Gentilium solemnitates turmatim advolabant, non ut Idola confringerent, sed ut se ipsos percussoribus præberent; ita ut fortissimus quisque inter Ethnicos votum Diis suis faceret, ferro tamdiu non parcendi, donec destinatum sibi antea Donatistarum

nume-

numerum immolasset. Alii in peregrinantes armati irruebant, voce terribili acclamantes: aut nos occidite, aut vos occidemus! non nunquam Judices, iter facientes, ad mandata scribenda cogebant, ut a carnifice, vel lictoribus interficerentur; Judicum unus, prudentior, insanorum rabiem elusisse fertur, dum volentes comprehendi jussit, & postea illæsos dimitti. Familiare erat feriatis, & jucundum etiam e rupibus altis corpora præcipitare, in aquas, aut flammas insilire, si nemo esset, quem ad se jugulandos cogere possent. Et inferius: Etiam quietem honestissimarum familiarum turbabant; Dominus mancipium suum metuere cogebatur, qui se eorum tutelæ commiserat, quippe Dominos, si quæ cæteris pejora habebant mancipia, ea manumittere compellebant, aut chirographum reddere debitoribus. Qui eorum minas spernebant, brevi domibus suis vel dirutis vel incensis, vim experiebantur; inventi sunt honestissimi homines, verberibus contusi, & ab ipsis relicti, quod occisos credidissent. Alios vi abductos, & molæ junctos, flagris, tanquam bruta, ad eam non segniter circumagendam excitabant. Nihil auxilii in legibus latis, aut in Magistratibus contra feroces istos nobis fuit. Quis Ministrorum publicorum coram ipsis mutire ausus? Multi inter ipsos Donatistas

Sup. l. XI. §. 46.

c. 4. n. 15.

Sæculum V. A. C. 417.

stas barbaram immanitatem horrebant, multi convertere se optabant, quos futurorum inimicorum atrocitas retinebat.

n. 18. *Ex quo Schisma Maximianistarum ortum, quod partibus Catholicorum profuit, eorum, qui inter Donatistas pervicacissimi remanserunt, ita accensum est odium, ut vix ulla Ecclesia, quæ furiosorum insultus non tulerit! nemo, qui ad unionem animos reducere conaretur, secure iter facere poterat; ipsis Episcopis dura lex imposita, ut tacerent, vel eorum ferociam tolerarent. Tacendo vero nemo convertebatur, sed plures seducebantur; prædicando horum Schismaticorum furor incitabatur, & quamvis aliqui reducerentur, imbecilliores tamen timor cohibebat.*

§. XL.

Rationes Legum pœnalium.

c. 7. n. 25. Sup. XXI. §. 53. *Nihilominus antequam leges istæ pœnales contra omnes Donatistas in Africam advenissent, non nulli Fratres, & ego quoque credebamus, nihil aliud ab Imperatoribus postulandum, quam ut illos, qui Veritatem Catholicam prædicarent, ab eorum violentia securos præstarent. Sed aliud præter legatorum nostrorum voluntatem factum, quippe legem jam promulgatam invenerunt, non solum huic Hæresi reprimendæ, sed etiam extirpan-*

dæ

dæ conditam; *verum quidem, quod, ne* moderatio, *Christianæ Religionis Decus,* læderetur, *non mortis, sed pœnæ pecuniariæ & exilium in Episcopos, Clericosque eorum decreta.* Deinde S. Augustinus harum legum effectum, & multitudinem conversorum refert, & subdit: *O utinam videre posses lætitiam eorum, qui ad unitatem redierunt! quo fervore, & constantia in Ecclesia divinas laudes cantent, & Evangelii Prædicationem audiant, quanto dolore præteritæ insaniæ recordentur, quam felices se æstiment, quibus jam veritas illuxerit, quantum a Doctorum suorum deceptionibus abhorreant! o si oculis tuis usurpare posses in variis Africæ partibus populorum istorum, ad fidem conversorum, conventus! diceres, atrox nimis crudelitatis genus futurum fuisse, permittere, ut homines isti in æternas flammas inciderent, ne quidam furiosi, quorum numerus, si ad conversos referas, minimus est, desperent, & igne se suffocent. Ecclesia summo dolore afficitur, si videat aliquos perire, quos salvare non potuit. Ardentissime desiderat, ut omnes vivant, sed multo magis timet, ne omnes pereant.*

Sæculum V. A. C. 417.

n.29.32.

n.14.

Verum enimvero, dicebant Donatistæ: *nusquam leguntur Apostoli hujus generis auxilia a Terræ Principibus postulasse.* 6.5.n.19. *Id verum est*, respondet S. Augustinus;

Sæculum V. A. C. 417.

S. Augustinus ad Donatistas

nus; *at nunc alia vivimus tempora. Principes tunc Dei hostes erant, hodie servimus ei. Et serviunt non tanquam homini tantum, sed tanquam Reges, atque ea ad Dei honorem faciunt, quæ soli Reges præstare possunt. Quis itaque sanæ mentis compos Regibus dicet? Nolite curare, an in Regno vestro Ecclesia Domini vestri pacem habeat, vel bellum! quid Religio, aut Sacrilegia ad vos? dum nemo est, qui eis dicere audeat: Nihil ad vos, an pudicis, vel lascivis moribus cives vestri sint. Si ideo, quod homo a Deo liberum accepit arbitrium, sacrilegum esse liceat, nihil causæ est, cur adulterium puniatur. Satius est, haud dubie, homines ad Dei servitium prædicatione adducere, non ideo tamen illi extra curam sint, qui nisi metus urgeret, non venirent.* Refert exemplum S. Pauli, quasi vi illata conversi, & in illis JEsu Christi verbis insistit: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, quoscunque inveneris!

n. 20.

n. 22.

Act. 9. 4.

n. 24.

Luc. 14. 23.

c. 9. n. 35.

Donatistæ Catholicos incusabant, quod se avaritiæ causa persequerentur, quia nempe leges præcipiebant, ut omnia, quæ ipsorum Ecclesiæ possidebant, cum ipsis Ecclesiis ad Catholicos transirent. *Deus det!* inquit S. Augustinus: *ut Donatistæ Catholici fiant, atque sic nobiscum non solum ea, quæ ipsi Bona sua appellant, sed etiam nostra in pace, & chari-*

c. 9. n. 35.

L. 52. C. Th. de Hær.

charitate possideant! si bonis eorum in- Sæculum V.
biaremus, non eos profecto, ut ad nostram A. C. 417.
Communionem redeant, cogeremus, quod tamen amarissime queruntur. Quis hominum, si avaritia ducatur, in possessione Bonorum suorum socium adsciscit? an non vident, eos, qui ex ipsorum cœtu fuere, postquam ad nos transeundo fratres nostri facti sunt, non ea solum, quæ antea tenebant, sed & nostra possidere. Vel enim pauperes sumus, & tunc sicut & aliorum pauperum, ita & nostra sunt, hæc bona; si patrimonia habemus, quibus sustentemur, jam non nostra sunt hæc bona, sed pauperum. Administratio quodammodo ad nos pertinet, sed proprietatem nobis non arrogamus, nam crimen esset hæc usurpatio. Hoc, S. Augustino Judice, Episcopi jus habent in Bona Ecclesiastica.

At iterum Donatistæ: *Inter Clericos* c. 10. n. 44.
nos suscipitis, cum inter pœnitentes oporteret, postquam ab Ecclesia aut separati, aut ejusdem inimici fuimus. S. Augustinus: *Verum dicitis; & in hoc Ecclesiæ Disciplina læditur, sed vulnere salutari, quale illud est, quod arbori inferimus, ut surculus inseratur. Quando enim Ecclesia præcepit, ut nemo post pœnitentiam in statu Clericali remanere,* n. 45.
vel ingredi posset, non ideo ita statuit, quod de sua peccata remittendi potestate dubita-

Sæculum V. A. C. 417.

bitaret, sed pœnitentium humilitatem, & conversionis sinceritatem exploratam esse voluit, si illis in hac vita omnem ad bonores perveniendi spem absque salutis præjudicio abscinderet. His autem, quibus agimus, temporibus, ubi de integrorum populorum periculo agitur, charitas postulat, non nihil relaxari, ne pejora eveniant.

(*) §. XLI.

Alia ad Bonifacium Epistola.

ep. 189. *al.* 205. *n.* 4. Haud diu post hæc S. Augustinus ad Comitem Bonifacium in ejus ædificationem Epistolam dedit, ab eo rogatus. Docet, posse hominem Christianum Deo placere, etiamsi conditione miles sit, probatque ab exemplo Davidis, Centurionis Evangelici, Cornelii, rursusque ex

Luc. 3. 14. Doctrina, quam S. Joannes Baptista militibus tradebat, quin exigeret, ut conditionem mutarent. *At vero*, inquit: *quando ad capessendam pugnam armis accingeris, prius cogita! vires corporis Dei donum esse. Datam fidem servabis, etiam hosti. Pacem semper exoptes. Bellum non nisi necessitate gerendum. Vim*

n. 7. *contra hostem non adhibeas, nisi cum resistit. Castitatem conjugalem, sobrietatem, frugalitatem ama. Turpe est homi-*

num

(*) Numerus iste a Protestante somnolento totus est omissus.

num victori, suis affectibus vinci. Ob Bonorum temporalium abundantiam vir, & Christianus non infletur, ob penuriam non trepidet.

Etiamsi Donatistæ quererentur, persecutionem se a Catholicis pati, tamen Episcopos ordinare, & celebrare Concilia vacabat. Unum circa illud tempus triginta Episcoporum actum, cui Petilianus interfuit. In eo statuerunt, ut Episcopi, aut Presbyteri, qui inviti cum Catholicis communicassent, si neque prædicassent, neque Sacrificium obtulissent, veniam consequerentur, & suam Dignitatem retinerent. Per hoc mandatum iterum suo principio adversabantur; crimen esse, cum peccatoribus communicare. 1. *Cont. Gaud. c. 37.*

§. XLII.

Celestius Romæ.

Pelagius, & Celestius, non solum ab Episcopis Africæ, sed etiam a S. Innocentio Papa damnati, omnem movebant lapidem, ut hanc notam coram oculis hominum abstergerent. Pelagius ad Papam scripsit, ut se purgaret. Celestius ipse Romam venit. Sperabat se ibi præsidium, & multos ex Clericis, qui se defenderent, inventurum. Rumor quoque spargebatur, Presbyterum Sixtum, inde Summum Pontificem, gratiæ ini- *Aug. de pec. orig. c. 8. & cont. 2. ep. Pel. l. II. c. 3. ep. 191. n. 1.*

Sæculum V. A.C. 417.

inimicis favere. Celestius Carthagine anno 412. damnatus, ad Papam appellaverat; sed omissa appellatione, Ephesum profectus, per subreptionem obtinuit, ut Presbyter ordinaretur. Inde post aliquot annos Constantinopolim delatus est; sed Atticus, cum pessimas ejus artes detexisset, omnem curam impendit, ut pelleretur, & hunc in finem ad Episcopos Asiæ, Thessalonicam quoque, & Carthaginem scripsit. Non apparet, ipsum etiam Romam scripsisse; forte Atticus S. Joannis Chrysostomi causa necdum cum Papa in Gratiam redierat. Igitur Celestius, Constantinopoli ejectus, quam poterat celerrime Romam veniens, Zosimo Papæ se sistit, volebatque, ut ipse quidem dicebat, appellationi suæ, quam ante annos quinque moverat, insistere, & objectos sibi errores coram Sacra Sede diluere. Multum quoque causæ suæ accedere jactabat, quod accusatores sui non comparerent, nempe Diaconus Paulinus, qui eum Carthagine accusaverat, atque Episcopi Heros, & Lazarus, qui contra ipsum in Palæstina egerant.

Sup. §. 2. Merc. comm. ad Imp. c. 1.

Celestius fidei formulam obtulit, in qua per omnes articulos Symboli a Trinitate usque ad Resurrectionem mortuorum vagabatur, & fidem suam in omnibus punctis, in quibus eum nemo accusabat, explicabat; ad illud vero punctum, de

de quo præcipue agebatur, dicebat: *si quæ disputationes ortæ super quæstionibus, quæ de fide non sunt, non ea mihi mens fuit, ut illas tanquam novi dogmatis Auctor vellem decidere, sed examinanda tibi trado, quæ ex Prophetarum, & Apostolorum fontibus hausi, ut, si per ignorantiam erravi, tuo judicio corrigas.* De peccato originali deinde dicebat: *confitemur, baptizandos esse parvulos ob remissionem peccatorum, secundum Regulam universalis Ecclesiæ, & Evangelii Auctoritatem, quia Dominus dixit, Regnum Cœlorum non nisi baptizatis donari posse. Nolumus tamen ideo statuere peccatum per parentes transmissum, quod a Doctrina Catholica admodum remotum est; nam peccatum cum homine non nascitur, sed homo, postquam natus est, peccatum committit; nec illud a natura, sed a voluntate proficiscitur. Primum ergo confitemur, ne baptismum multiplicem admittere necesse sit, & hanc cautelam addimus, ne injuriam inferamus Creatori.* Hæc fuit Celestii fidei Confessio.

Sæculum V. A.C. 417.

Aug. de pecc. orig. c. 23.

Celestius.

ibid. c. 5. 6.

de Grat. c. 33.

Zosimum Papam tunc multa negotia occupabant, quæ majoris momenti, quam Celestii Causam, existimabat; hujus judicium tamen differre noluit, ne diutius Episcopi Africæ, qui Celestium Romæ esse sciebant, suspenderentur. Ergo judicii diem, & Locum pronuntiat, atque

Zosim. ep. 3.

Sæculum V. A. C. 417.

S. Clementis Ecclesiam elegit, ut Sancti Martyris exemplo ad rem istam eo, quo par esset, Religionis fervore tractandam excitaretur. Præter Ecclesiæ Romanæ Clericos plures e diversis Regionibus Episcopi adfuere. Omnia, quæ hucusque in causa Celestii acta fuerant, ad examen revocantur. Introducitur, Confessio fidei ejus recitatur. Aliquibus ex Clericis Romanis sensa ejus probabantur; ipse Papa agebat, ac si Professionem ejus Catholicam judicasset, non quod dogmata, in ea contenta, orthodoxa haberet, sed quod Celestius ediceret, Judicio Sacræ Sedis se subjicere paratum esse. Cum Papa hominem magnorum spirituum videret, qui, si errorem emendaret, Ecclesiæ utilissimus esse posset, voluntatem ejus se corrigendi laudavit, timens, ne, si dure haberetur, propelleretur in præcipitium. (*)

Aug. contra duas. epist. Lib. II. c. 3.

Soli

(*) Protestans in sua Nota p. 239. parte IV. falsum de Sancto Augustino refert his verbis: Wiewohl *Augustinus* die Schwierigkeit gar wohl erkannte, den Pabst gänzlich rein zu machen, daher er diese wahre Worte hinzu setzete: gesetzt aber, es wäre die Lehre vom Pabste, und seiner Clerisey gut geheissen worden, so würde daraus weiter nichts geschlossen werden können, als daß sie zusammen einen Fehltritt begangen; welchen Schluß zuzu geben

Soli autem scriptæ confessioni non acquiescens, oretenus multa quæsivit Pontifex, ut experiretur, an revera ita sentiret, de cætero relinquens Deo judicandum, an sincere responderet. Celestius viva voce, & iterato ea confirmavit, quæ scripserat. Interrogavit Papa, an omnes

Sæculum V. A.C. 417.

Judicium in causa Celestii.

geben *Augustinus* eben keine Bedenklichkeit gehabt zu haben scheinet. Longe alia sunt S. Augustini verba, & sensus. Fleurius Lib. XXIV. §. XIX. dicit S. Augustinum Lib. II. ad duas Pelag. excusare Clericos Romanos. Verba autem S. Augustini in eod. Libr. ad duas Pelag. relata ab Anonymo primo sunt: *Etiamsi vero (quod Deus avertat) Judicium in Ecclesia Romana, doctrinæ Pelagii, & Celestii favens, pronuntiatum fuisset, id Clericis Romanis, & non Sanctæ Sedi esset adscribendum, cum Innocentius perversa dogmata condemnaverit, & Zosimus nunquam approbaverit.* Quæso! an hic dicit S. Augustinus: daß sie zusammen einen Fehltritt begangen? dum expresse ait, Pelagiani dogmata ab Innocentio damnata, & a Zosimo nunquam approbata? Cæterum, Zosimum Papam Pelagianos expresse damnasse, §. L. videbimus. At Interpres noster, ut sæpius ex ejus Notis animadverti, credit, receptissimam inter omnes Catholicos esse sententiam, quod Papæ semper, ubique, publice, privatim, sint infallibiles; credat hoc usque, & usque cum omnibus suæ Religionis infantibus, & mulierculis. Si Zosimus in causa Herois, & Lazari erravit, fuit error facti.

Sæculum V. A.C. 417.

errores, ejus nomine vulgatos, condemnet; respondit Celestius, se eos secundum Judicium S. Innocentii Papæ condemnare, promisitque se damnaturum, quidquid Sacra Sedes esset damnatura. Cum tamen Zosimus Papa urgeret, ut ea, quæ ipsi Paulinus Diaconus objecerat, damnaret, noluit. Interrogatus quoque super iis, quæ Heros, & Lazarus objecerant, atque in ipsorum litteris, a Concilio Carthaginensi Romam missis, continebantur, dixit, Lazarum a se nunquam nisi obiter visum, Heroem vero injuriam deprecatum, quod siniſtram de se opinionem concepisset.

Paul. Libell. tom. 2. conc. p. 15. 78.

Zosimo Papæ, quamvis Celestii animum non irritare statuisset, visum tamen est, a vinculo excommunicationis, qua tenebatur, necdum solvendum; ut et cautius ageret, duorum mensium dilationem dedit, antequam sententiam pronuntiaret, partim ut interim scriberet ad Episcopos Africæ, quibus plenior hujus causæ erat notitia, partim ut spatium faceret Celestio ad sanitatem redeundi. Ipsum vero, & præsentes Episcopos hortatus est, ut imposterum vanas disputationes, & quæstiones curiosas devitarent. Promptior adversus Heroem, & Lazarum fuit, atque etiam absentes Episcopatu deposuit, & excommunicavit; quippe ejus animum contra eos querelæ Celestii, seu Patrocli,

Patrocli, qui loco Herois Sedem Arelatensem tenebat, occupaverant. Sæculum V. A.C. 417.

Zosimus Papa ad Aurelium, aliosque Africæ Episcopos, quæ in hoc judicio fecisset, perscripsit, atque Acta transmisit. Queritur ipsos litteris Herois, & Lazari leviter fidem adhibuisse. *Invenimus*, inquit: *ordinationes eorum fuisse irregulares; nec ipsorum accusatio scripta recipienda erat contra absentem, qui, modo præsens, fidem suam exponit, & accusatorem provocat.* Et inferius: *sæpe, dum fidei suæ sinceritatem affirmantibus credere nolumus, in errorem quadam necessitate præcipitamus.* Hæc epistola data est, Honorio, & Constantio Consulibus, id est, anno 417. *Zos. ep. 3. to. Conc. p. 2. 58.*

§. XLIII.

Pelagius Papæ scribit.

Postquam Zosimus Papa hanc epistolam scripsisset, delata est ei epistola Praylis, Episcopi Jerosolymitani, qui Joanni successerat, & sollicite hortabatur, ut causam Pelagii in primis curis haberet. Huic juncta erat ipsius Pelagii epistola, cui fidei formula addita; utraque ad Innocentium Papam directa, cujus obitum nesciebat. In sua epistola dicebat Pelagius; velle inimicos suos in duobus punctis famam suam denigrare, in uno quasi parvulis Baptismum denegaret, & Reg- *Zos. epist. 4. Aug. de Gr. Chr. c. 30. & de pecc. orig. c. 17.*

Sæculum V. A.C. 417.

num Cœlorum absque JEsu Christi Redemptione promitteret; in altero, quasi tantam vim libero arbitrio tribueret, ut auxilium Gratiæ recusaret. Errorem primum rejiciebat, tanquam manifeste contrarium Evangelio, dicebatque: *quis eousque impius sit, ut infanti communem Generis humani Redemptionem subtrahat, atque impediat, ne ad vitam certam renascatur, qui ad incertam natus est.* His ultimis verbis, si forte ab adversariis premeretur, evadebat, nam hac super materia interrogatus, respondebat: *scio, quo non perveniant parvuli, sine Baptismo mortui, sed quo perveniant, nescio.* In Materia de Gratia dicebat: *datum est nobis liberum arbitrium, quo peccemus, & non peccemus, & in omnibus bonis operibus auxilio Divino adjuvatur.* Et iterum: *liberum arbitrium omnibus universim inesse dicimus, Christianis, Judæis, & Gentilibus. Id omnes a natura habent, at in solis Christianis per Gratiam adjuvatur. In aliis istud Creationis Bonum nudum est, & inerme. Judicabuntur, & condemnabuntur, quia, cum liberum arbitrium habeant, per quod ad fidem pervenire, & Gratiam Dei mereri possent, libertate sua abutuntur; Christiani mercedem accipient, quia, dum libero arbitrio bene utuntur, Gratiam Domini merentur, & mandata ejus observant.*

de pecc. orig. cap. 31. de Grat. c. 31.

Fidei

Fidei Confessio Pelagii, quam hodie- Sæculum V.
que habemus, illi, quam Celestius dede- A. C. 417.
rat, similis est. Fusissime explicat omnes *Libell. Pe-*
Fidei articulos, de quibus non erat quæ- *lag. tom. 2.*
stio, incipiens a Mysterio Trinitatis, us- *conc. p. 1565.*
que ad Carnis Resurrectionem. De Bap-
tismo ajebat: *Unicum credimus Baptis-*
mum, & affirmamus, parvulis iisdem ver-
bis, quibus adultis, administrari debere.
De Gratia dicit: *confitemur dari liberum*
arbitrium; simul vero dicimus, nos sem-
per auxilio Dei indigere, illosque falli
æqualiter, tam qui dicunt cum Manichæis,
hominem peccatum effugere non posse, quam
qui cum Joviniano, hominem peccare non
posse. Epistolæ epilogus erat in hunc
modum: *Hæc est fides, Beate Papa! quam*
ab Ecclesia Catholica didicimus, quam sem-
per tenuimus, & adhuc tenemus. Si quid
in ea est, quod non satis docte, vel caute ex-
plicatum, cupimus, ut corrigas, Tu, qui Pe-
tri fidem tenes, & Sedem! Nihil hac fidei
confessione magis Catholicum videbatur,
& nihilominus Pelagii erroribus portam
relinquebat apertam.

§. XLIV.

Pelagius Zosimum fallit.

His litteris Romæ publice recitatis, om- *Zosim. ep. 4.*
nium oculis, & ipsius Papæ quasi ca-
ligo offusa; videbant Pelagium Jerosoly-
mæ, eadem quæ Celestium Romæ loqui.

Sæculum V. A.C 417. Omnes gaudio, & admiratione repleti, vix lacrymas tenuere, eo præcipue commoti, inveniri potuisse, qui purissimæ fidei homines calumniarentur. Hæc scripta nil nisi Gratiam, & auxilium Dei loqui ipsis videbantur. Heros, & Lazarus, qui aliunde male audiebant, perturbatores fraternæ charitatis habebantur, qui dissensiones in Ecclesia foverent. Animis ita comparatis, Zosimus Papa, circa factum deceptus, alteram dedit epistolam ad Aurelium, omnesque Africæ Episcopos, prima vehementiorem, in qua se Pelagianæ fidei confessione contentum dicit, & de sinceritate ejus minime dubitare. Sed ut erat animo præjudiciis occupato, & leviter, quæ Celestius dixerat, credens hunc in modum adversus Heroem, & Lazarum loquitur: *anne possibile sit, Carissimi fratres! vos necdum comperisse, saltem per famam, eos esse Ecclesiæ perturbatores? an vitam ipsorum, & condemnationem ignoratis? Licet vero eos Ecclesia Apostolica ab omni Communione expresse Sententia separaverit, hic summatim, qua sit eorum vita, discite! Lazarus jam diu innocentes accusare adsuevit; in pluribus Conciliis calumniæ in Sanctum Confratrem nostrum Bricium, Episcopum Turonensem, convictus est. Proculus Massilienses tanquam Calumniatorem in Concilio Taurinensi condemnavit. Nihilominus idem*

Procu-

Proculus aliquot post annos eundem Episco- Sæculum V.
pum Aquensem ordinavit, ut Judicio ty- A. C. 417.
ranni suffragaretur; in Sedem Episcopa-
lem intravit, innocentis occisi sanguine
necdum satis detersо, atque speciem ali-
quam Sacerdotii habuit, quamdiu Tyran-
nus, qui ipsum tuebatur, Imperii umbram
retinuit. At, eo extincto, cessit loco, &
suo se facto damnavit. Tyrannus iste, Lazari Defensor, Constantinus est, quem suæ factionis homines anno 411. in Galliis Imperatorem salutarunt. Tum Zosimus Papa in hunc modum prosequitur: *eodem modo res se habet, si de Heroe loquendum; sub ejusdem Tyranni tutela fuit; occurrunt latrocinia, seditiones, Presbyterorum, ei adversantium, carceres, totius civitatis consternatio. Tandem simili, ac Lazarus, pœnitentia ductus, Sacerdotium abdicavit.* Nihilominus Episcopi isti, qui hic pessime habentur, hominibus notæ probitatis a S. Augustino accensentur. S. Prosper Heroem, virum Sanctum, & S. Martini Discipulum vocat. Inde credere oportet, Zosimum Papam facile nimis Patrocli Arelatensis calumniis aures dedisse.

De Gest. Pelag. c. 14.

Prosp. in Chr. ann. 412.

Papa etiam Herois, & Lazari absentiam in argumentum trahit, falsam esse eorum delationem, cum accusationem suam prosequi ausi non essent. Idem de Jacobo, & Timaso fert judicium. Episcopos

Sæculum V. A. C. 417.

copos Africæ reprehendit, quod ejusmodi accusationibus leviter fidem habuerint, hortatur, ut impostorum circumspectius agant, neminem, juxta Scripturæ *Joan. 7. 51. Act. 25. 16.* monitum, inauditum judicent, pacem, & Charitatem sollicite conservent, gaudeantque Pelagium, & Celestium nunquam a veritate Catholica fuisse separatos. Hæc epistola data est 11. Calendas Octobr. id est, vigesima secunda Sept. *Fæc. VII. c. 3.* Simul Papa Pelagii formulæ exempla descripta misit. Ita duorum istorum Hæreticorum artibus nimis credulus falli se passus est, quin eorum erroribus assentiretur.

§. XLV.

Litteræ Zosimi ad Episcopum Arelatensem.

epist. 5. epist. 9. epist. 11. Zosimus in Patroclum etiam, Episcopum Arelatensem, propenso nimis fuit animo cum aliorum Galliarum Episcoporum præjudicio; nam eodem anno, in Pontificatus sui principio, mandavit, ut omnes Clerici, etiam Episcopi, undecunque ex Galliis proficiscerentur, Romam iturj, aut in quamcunque aliam orbis terrarum partem, litteras formatas ab Episcopo Arelatensi afferrent, sine quibus non reciperentur. Dicit, ad omnes se hoc Decretum misisse, atque hanc prærogativam epistolarum formatarum singulariter Patro-

clo,

clo, consideratis ejus meritis, concessam Episcopo Arelatensi jus Metropoliticum asserit in Provinciam Viennensem, atque in primam, & secundam Narbonensem, tam in ordinationibus, quam in Judiciis, *nisi gravitas causæ*, inquit: *exposcat, ut nos de ea cognoscamus*. Ecce! causas majores Papæ reservatas! (*) Prærogativas Ecclesiæ Arelatensis fundat supra Dignitatem S. Trophymi, quem Sacra Sedes primum Episcopum illuc misit, fidei in Galliis Principium. (**) Data est hæc epistola 11. Calend. April. Honorio, & Constantio Consulibus, id est, 22. Martii anno 417. Sæculum V. A. C. 417. *ep.* 6.

Haud multo post, cum Ursus, & Tuentius, non requisito consensu Episcopi Arelatensis, in Episcopos ordinati fuissent, Zosimus Papa Epistolam circularem ad Episcopos Africæ, Galliæ, & Hispaniæ dedit, in qua plures alios defectus in his ordinationibus notat, atque Ursum, & Tuentium omni ordine Ecclesiastico, & ipsa Communione privatos edicit. Data est epistola 10. Calend. Octobr. iisdem Consulibus, id est, 23. Sept. 417.

Procu-

(*) His verbis Fleurius Anonymum II, adversarium suum, satis refutat.

(**) Hæc verba Protestans corrupit in modum: durch den die Christliche Religion in Gallien gepflanzet worden. Suppressa mentione de Missione Sacræ Sedis.

Sæculum V. A.C. 417.

Proculus, Episcopus Massilienſis, jus ſibi competere, in Secunda Narbonenſi ordinandi Episcopos asserebat. Simplicius Viennensis idem in ſua Provincia jus exigebat. Zosimus Papa damnat utrumque, dicens, nec ſacram Sedem ipſis hoc jus posse concedere, eo quod

ep. 7. conſervandæ antiquitati, & Patrum Decretis inviolabiliter ſtudeat. (*) Data eſt epiſtola tertio Calend. Octobr. id eſt, 29. Sept. eodem anno 417.

Eadem die ſcripſit ad Hilarium, Episcopum Narbonenſem, qui ſibi jus esse dicebat ordinandi in prima Narbonenſi, atque hac ſuper re Decretum a ſacra Sede obtinuerat. Zosimus Papa Decretum esse ſubreptitie obtentum pronuntiat, mandatque, ut Eccleſiæ Arelatenſis privilegium ſalvum remaneat, continua poſſeſſione a S. Trophymi temporibus confirmatum; idque jubet ſub pœna depoſitionis eorum, quos Hilarius ordinaverit, atque ipſius quoque depoſitionis.

Procu-

(*) Pulcherrimum hoc Zoſimi Papæ effatum illis præcipue notandum, qui quæſtionem tractant, an Summus Pontifex ſit ſupra Canones? Hic Proteſtans in ſua Nota lætitia diffluit, enarrans, quantum Proculus Zoſimo Papæ reſtiterit. Cauſam non diſcutio, hoc vero Proteſtanti reſpondeo, Reſiſtentiam ſubditi non nocere Superioris juri, aliunde ſtabilito.

Proculus Massilienſis non paruit, ſed, ut antea adſueverat, ordinabat, ideo Zoſimus Papa ad Patroclum Arelatenſem reſcripſit, ut nemo pro Epiſcopis haberet, quos Proculus ordinaverat; alio Reſcripto, ad Clericos, & populum Massilienſem dato, præcipit, ne ipſum Proculum pro ſuo Epiſcopo agnoſcant, ſed ad Patroclum accedant, & in Regimine ſuæ Eccleſiæ ei obediant. Ambæ litteræ datæ ſunt eadem die, tertio Nonas Martii, Honorio duodecimo, & Theodoſio octavo Conſulibus, id eſt, quinta Martii anno 418. at vero omnia iſta Decreta parum roboris a ſubſequentibus Pontificibus acceperunt, hinc credibile eſt, Zoſimi animum favore in Patroclum fuiſſe præoccupatum.

Sæculum V. A. C. 418. *ep.* 11.

§. XLVI.

S. Germani Antiſſiodorenſis initia.

Illa ferme tempeſtate in Epiſcopum Antiſſiodorenſem ordinatus eſt S. Germanus, maximum in Galliis Lumen. Circa annum 380. in eadem urbe Antiſſiodorenſi ex Ruſtico, & Germanilla, nobilibus Parentibus, natus, ab unguiculis bonis litteris imbuendus traditur. Galliarum ſcholas emenſus, Romam abiit, ut jurisprudentiæ operam daret; tum cauſidicum in Tribunali Præfecti Prætorio egit. Exinde paris conditionis mulieri,

vita per Coufiant. apud Sur. 31. *Jul. Hiſtor. Epiſc. Antiſ. tom.* 1. *Bib. Lab. p.* 414.

Sæculum V. A. C. 418.

lieri, cui nomen Eustachia, matrimonio junctus, ad varias Dignitates, atque tandem Ducis provectus est, id est, copiis Julius Regionis imperabat. Cum esset venationis studiosus, jucundum ei accidebat, capita ferarum, quas ceperat, pyra in medio urbis assurgenti, suspendere. S. Amatrius, seu Amator, tunc Episcopus Antissiodorensis sæpe hunc morem castigabat, quod adhuc Gentilium superstitionem redoleret. Tandem captata occasione, cum Germanus abesset, succidi arborem jussit. Germanus, facto irritatus, mortem Episcopo minitabatur. At S. Amatrio divinitus revelatum, instare obitus sui diem, & Germanum sibi in Episcopatu successurum. Igitur Augustodunum se confert ad Julium, Galliarum Præfectum, licentiamque petiit, ut eum tonsuraret. Ita hæc narrat Presbyter Constantius, qui ejus vitam eodem Sæculo scripsit. Ex hoc colligimus, jam tunc Clericos, capillorum tonsura, a Laicis fuisse distinctos.

S. Amatrius, accepta a Julio Præfecto hac licentia, Antissiodorum redit, populum in ædes suas convocat, proximum mortis suæ tempus prædicit, rogatque, ut sibi Successorem deligant. Nemine respondere ausо, totum conventum ad Ecclesiam deducit, cumque starent in ostio, monuit, ut arma deponerent. Verus Gallo-

Gallorum mos erat, semper armatos in- Sæculum V.
cedere. Tum S. Amatrius Ostiarium ju- A.C. 418.
bet Ecclesiam claudere, & turba Clericorum, atque Nobilium cinctus, apprehenso Germano capillos rescindit, Religionis habitu induit, abjectisque sæcularibus ornamentis, Diaconum ordinat, prædicit, suum in Sede Episcopali Successorem fore. Paucos post dies S. Amatrius e vivis abiit, die Mercurii prima Maji, quod indicat annum 418. dum exequiæ celebrantur, aqua, qua corpus defuncti lavatum, aliquis paralyticus sanatus est. Uno mense elapso, communi omnium consensu Germanus eligitur, hæc enim Clericorum, Nobilium, civium, ruricolarum una voluntas fuit. Ita Episcopatum accipere, quamvis admodum repugnaret, coactus. Cum Episcopatu novum hominem induisse videbatur; omni Sæculi pompæ renuntiavit, cum uxore vixit exinde tanquam frater cum sorore, paupertatem, & vitæ austeritatem amplexus est. A prima ordinationis suæ die usque ad mortem, id est, per annos triginta, nec pane triticeo, nec vino, nec aceto, nec oleo, nec leguminibus, nec sale usus est. Pane hordeaceo victitabat, quem suis manibus flagellaverat, & moluerat. Primum comesturo epulum, cineres erant. Non nisi ad vesperum cibum capiebat, non nunquam cum media hebdomadæ pars

Sæculum V. A.C. 418.

prætereiisset, multoties demum die septima. Vestes erant cucullus, & tunica; nihil in hyeme superaddebat, nihilque deponebat in æstate; has, nisi penitus laceras, non mutabat, atque sub eis semper cilicio cingebatur. Lectus ejus cineribus respersus, & cilicio stratus, sine cervicali, cum unica stragula asseribus claudebatur. Vestitus dormiebat, & sæpissime nec cingulum solvebat, nec calceos. Semper Sacras Reliquias in capsula, loro alligata, apud se circumferebat. (*) Hospitium, nemine excepto, præbebat; epulas advenientibus ipse jejunus ministrabat, pedes suis manibus lavabat.

Idem Monasterium e regione urbis Antissiodorensis in adversa Icaunæ ripa in honorem SS. Cosmæ, & Damiani construxit; id hodie nomen S. Mariani, unius ex primis Monasterii Abbatibus gerit. Illo S. Germanus sæpe secedebat. Primum ibi Abbatem constituit S. Allodium, seu Allogium, cui S. Mamertinus successit; is, cum antea Idolorum cultui fuisset addictissimus, prodigiosa apparitione S. Curcodomi, aliorumque Sanctorum, qui Ecclesiam Antissiodorensem fundaverant, conversus est; reliquit post se libellum, in

S. Germanus.

(*) Ecce antiquitatem fiduciæ Christianæ in SS. Reliquias!

in quo hujus rei historia referebatur. Sæculum V.
Hunc S. Germanus baptizavit, eumque A. C. 418.
ab infirmitate unius oculi, uniusque manus, qua laborabat, sanavit; multa quoque alia patravit miracula. Plura Martyrum Sepulchra invenit; inter alia detexit magnam multitudinem corporum illorum Martyrum, qui in Persecutione Aureliani cum S. Prisco, Galli S. Bry dicunt, in loco, quem Cociacum, alias Coucy, appellant, occisi fuerant; corpora eorum prima festinatione in cisternam conjecta fuerant; his inde exemptis, S. Germanus in eorum honorem Ecclesiam, & Monasterium, quod Sanctorum in Puysaye dicunt, ædificavit. Cœterum S. Germanus omnia sua Bona Ecclesiæ donavit; erant autem optimi, & vastissimi agri, omnes contigui, situ amœno, & pinguissimi. *Hist. Episc. Antisiod.* Septem prœdia dedit Ecclesiæ Cathedrali, nempe Apoignyacum, ubi Pater, & Mater ejus in Ecclesia S. Joannis erant sepulti; minus Varzyacum, in quo etiam Palatium stabat, majus Varzyacum, Tucyacum, Poellyacum, Marcynyacum, & Perigniacum. Tria alia dedit Monasterio S. Cosmæ, unum in quo vineas excolerent, & sibi potum pararent, alterum quod seminaretur, tertium, quo pecorum greges alerentur, nempe Moncenanum, Fontenanum, & Merillesium. Rursus alia tria dedit Ecclesiæ, quam extru-

Sæculum V. A.C. 418.

xit, in honorem S. Mauritii, quæ hodie S. Germani nomen, quia ibi Sepulchri honorem nactus est, gerit; hi tres agri sunt Garcyensis in territorio Senonensi, Cocovanus, & Molinensis in Antissiodorensi. Itaque S. Germanus, ad extremam paupertatem propria voluntate redactus, Ecclesiam suam antea pauperrimam ditavit. Ex hoc exemplo, aliisque similibus judicandum, magna multarum Ecclesiarum Bona ab Episcoporum suorum liberalitate fuisse profecta.

§. XLVII.

Concilium Carthaginense anno 417.

Zos. ep. 10. in fin.

Episcopi Africæ, accepta Zosimi Papæ epistola, quæ Celestio favebat, rescripsere, rogantes, ut res istas in eo, quo essent, statu relinqueret, donec plenius de his edoceretur. Hæc epistola Carthagine ab Episcopis, qui tunc ibi erant, vel quos propere Aurelius congregare potuit, scripta est. At circa Mensem Novembrem anno 417. Concilium ducentorum, & quatuordecim Episcoporum actum est; ibi aliqua de fide decreta, quæ Roma, totus orbis, & Imperatores amplexi sunt, & ex quibus Concilium sequens octo celebres articulos contra Pelagianos composuit. Horum Decretorum initio alteram ad Zosimum Papam epistolam præposuere, in qua sic ad eum loquebantur:

Prosp. ad Gall. 8. Id. cont. collat. c. to. 5. Id. Chron. qu. 418.

Decre-

Decrevimus, ut ſententia a Venerabili Epiſcopo Innocentio contra Pelagium, & Cœleſtium lata ſubſiſtat, donec clare confiteantur, JEſu Chriſti Gratiam nos adjuvare non ſolum, ut cognoſcamus, ſed etiam ut juſtitiam adimpleamus in qualibet actione, ita ut ſine Gratia nihil habere, cogitare, dicere, aut facere, quod veræ pietatis ſit, poſſimus. Subjungebant; non ſufficere hominibus minus doctis, quod Cœleſtius generatim dixerit, ſe epiſtolis Innocentii eſſe concordem, ſed ipſi ea expreſſe anathematizanda eſſe, quæ perverſa in ſuo ſcripto legebantur, ne aliqui potius Sedem Apoſtolicam ejus errores approbaſſe, quam ipſum hos correxiſſe credant. Epiſcopi Africæ Zoſimo Papæ etiam in memoriam reducebant Innocentii Papæ de Concilio Dioſpolitano judicium; artem doloſam confeſſionis Fidei, Romam a Pelagio miſſæ, detegebant, & omnia Hæreticorum ſophismata refutabant. Et quia Zoſimus eos reprehenderat, quod Cœleſtii accuſatoribus faciles aures præbuiſſent, ipſi econtra eidem ſignificabant, quod prompte nimis Cœleſtii verbis fidem habuiſſet. Tandem omnia, quæ in Africa circa hoc negotium acta eſſent, Papæ exponunt, & judicialiter ſcripta mittebant, ſive ea Cœleſtio præſente, ſeu abſente ſcripta eſſent. Hanc epiſtolam Marcellinus Eccleſiæ Carthaginenſis Subdiaconus detulit.

Contr. Coll. c. 5. n. 15.

Aug. cont. duas. ep. 3.

de pecc. or. c. 8. in fin.

Zoſ. ep. 10.

Merc. comm. p. 705.

Sæculum V. A. C. 418.

Epistolam quoque Paulini Diaconi, qui Celestium anno 412. accusaverat, & adhucdum Carthagine degebat, defendam recepit. Citatus fuerat Paulinus a Papa, ut secunda Nov. Romæ compareret in S. Sedis Judicio, quod voluisse devitare accusaretur. Ipse vero, ne veniret, excusat, dicens: *Celestius appellationem, quam an.* 412. *interjecerat, neglexit; nihil amplius est in hac causa, quod me privatim tangat, sed jam universam Ecclesiam respicit. Satis convictus est Celestius, quod Zosimo Papa urgente, ut ea, quorum ipsum Carthagine accusavi, damnaret, semper detrectaverit.* Hoc Paulini scriptum datum est octava Nov. anno 417. Zosimus Papa consensit, ut, quod Episcopi Africæ petebant, omnia in statu, quo erant, remanerent; id apparet ex ejus epistola, data duodecimo Cal. April. Honorio duodecimo Consulatum gerente, nempe 19. Martii an. 418. quæ Carthagine vigesima nona Aprilis reddita est. Imperator Honorius, receptis Concilii Carthaginensis Actis, Rescriptum contra Pelagianos edidit, quo primi duo eorum errores notantur; Adamum in creatione fuisse morti destinatum; & nullum peccatum in suam posteritatem transfudisse. Tum jubet, ut Celestius, & Pelagius Roma proscribantur, quod est intelligendum, si ibi sint, nam Pelagius adhuc in Pal-

Libell. Paul. ap. Aug. to. 10. p. 102. to. 2. conc. pag. 1578.

Cod. Can. Eccles. Rom. Quesnel. c. 14.

Palæstina hærebat. Deinde omnes, qui aliquos eorum Sectatores noviſſent, ad Magiſtratus deferant; rei in exilium ejiciantur. Iſtud Reſcriptum, Ravennæ datum 30. Aprilis anno 418. ad Palladium in Italia Prætorio Præfectum directum; is igitur mandatum ſuum conjunctim cum Monaxio, Præfecto Prætorio in Oriente, & Agricola Galliarum Præfecto, promulgavit, quo præcipitur, ut omnes, qui hujus erroris convicti fuerint, perpetuo exilio puniantur, & Bona Fiſco cedant. Sæculum V. A. C. 418. *c.* 15.

§. XLVIII.

Concilium Carthaginenſe prima Maji 418.

Interim Epiſcopi totius Africæ Carthagine in plenum Concilium, numero ultra ducentos, ex Provincia Bizacena, Tripolitana, Numidiæ, Mauritaniæ, Sitifienſi, Cæſariana congregati ſunt. Imo aliqui ex Hiſpania advenere. Aurelius Carthaginenſis, & Donatianus Telepſanus, Bizacenæ Primas, præerant huic Synodo, quæ in aula ſecreta Baſilicæ Fauſti, prima die Maji, Honorio duodecimo Conſule, id eſt, anno 418. celebrata. In ea octo articuli Doctrinæ contra Pelagianos definiti, in hunc modum: *Quicunque dixerit, Adamum creatum fuiſſe mortalem, ita ut, ſive peccaſſet, ſive non peccaſſet, eum mori oportuiſſet, id eſt, corpore exire, non* *Zoſim. Cod. can. c.* 13. *to.* 2. *Conc. pag.* 1576. *to.* 2. *Conc. p.* 1663.

Sæculum V. A. C. 418.

c. 2.

sui peccati merito, sed naturæ necessitate, anathema sit! quicunque dixerit, Neonatos parvulos non esse baptizandos, aut, etiamsi pro remissione peccatorum baptizentur, nullum tamen ab Adamo peccatum contraxisse, quod per regenerationem esset expiandum, unde sequitur, quod forma Baptismi in remissionem peccatorum respectu ipsorum esset falsa, Anathema sit! nam,

Rom. 5, 12. *quod dicit Apostolus: per unum hominem peccatum in hunc Mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt, id aliter accipi non debet, quam Ecclesia Catholica, (*) ubique diffusa, semper accepit.*

Cod. Rom. c. 3. Phot. Cod. 13. In aliquibus exemplis hic tertius articulus infertus est, in hunc modum: *si quis dicat, Dominum illis verbis: in domo Patris mei mansiones multæ sunt, voluisse significare, in Regno Cœlorum dari locum medium, aut aliquem alium locum, in quo felices vivunt parvuli, qui ex hoc mundo exeunt*

Joan. 14, 1.

(*) Omissa voce: *Ecclesia Catholica.* Interpres tantum posuit: die überall ausgebreitte Kirche. pag. 248. p. IV. Hanc vocem sæpissime permutat; nempe homo, extra Romanam Ecclesiam vivens, argumentum, quod ex sola hac voce formatur fortissimum, horret: semper, ubique, & ab omnibus vera Ecclesia dicta fuit Catholica; sub hoc nomine vero nunquam alia venit, quam illa, cujus Caput, & Communionis Centrum erat Ecclesia Romana.

Sæculum V. A.C. 418.

exeunt sine Baptismo, sine quo intrare nequeunt in Regnum cælorum, quod est vita aeterna, Anathema sit! nam quia dixit Dominus: quicunque non renatus fuerit ex aqua, & Spiritu S. non potest intrare Joan. 3, 5. *in Regnum Cælorum, quis Catholicus dubitare queat, illos, qui cohæredes JEsu Christi esse non merebuntur, partem cum Diabolo habituros. Qui a dextris non stat, sine dubio a sinistris stabit.* (*) Scripta exempla, quæ hunc articulum continent, universim deinde novem articulos exhibent; in aliis articulus tertius est, qui sequitur. *Cod. Rom.* c. 4. *Vulg.* c. 3. *to.* 2. *Conc. pag.* 1664.

Quicunque dixerit, Gratiam Dei, quæ nos per JEsum Christum justificat, tantum prodesse ad remissionem peccatorum, jam commissorum, non vero etiam hominem adjuvare, ne amplius peccet, anathema sit! si quis dicat, eandem Dei Gratiam per JEsum Christum nos adjuvare, ne peccemus, in eo solum sensu, quod nos doceat, quæ præcepta sunt, ut sciamus, quænam inquirere debeamus, & quænam devitare, non vero eandem nobis dare, ut etiam illa, quæ facienda cognoscimus, amemus, c. 5. 4.

(*) Hic bene notat Anonymus I. Causam esse dubitandi, an hic Canon sit authenticus, quia non in omnibus exemplis legitur, atque, etiamsi constaret fuisse conditum, hanc tamen opinionem ab Ecclesia nunquam fuisse receptam.

Sæculum V. A.C. 418.

& *facere possimus, Anathema sit! cum enim Apostolus dicat, scientiam inflare, &*
1. Cor. 8. 1. *Charitatem ædificare, impium est credere, dari nobis Gratiam JEsu Christi ad id, quod inflat, non vero ad id, quod ædificat; quandoquidem utrumque Donum Dei est, tam ut sciamus, quæ agenda sunt, quam etiam agere cupiamus; ne nos scientia inflet, dum Charitas ædificat; & sicut scriptum est, Deum docere hominem scientiam, ita etiam scriptum est, Charitatem a Deo esse.*
Psal. 93. 10.
1. Joan. 4. 7.

Si quis dixerit, Gratiam Justificationis nobis ideo dari, ut facilius possimus ad implere per Gratiam, quod præcipimur facere per liberum Arbitrium, quasi etiam sine accepta Gratia, etiamsi difficilius, præcepta Dei adimplere valeamus, Anathema sit! quippe Dominus de fructibus præceptorum Dei loquebatur, dum dixit: sine me nihil potestis facere, & non dixit: difficilius potestis. Quod etiam dicit S. Joannes Apostolus: si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si quis credat, hæc S. Apostoli verba ita accipienda, ac si tantum humilitatis causa non deceret nos dicere, quod peccatum non habeamus, non vero quia revera ita est, Anathema sit! subjungit enim Apostolus: Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab
c. 6. 5.
c. 7. 6.
1. Joan. 1. 8.

Pelagius refutatur.

ab omni iniquitate; inde satis patet, ipsum non tantum humilitatis, sed maxime etiam veritatis causa hoc dixisse. Poterat enim alias ita exprimere sensum suum: si dicimus, quod peccatum non habeamus, inflamur, & humilitas in nobis non est; sed dum dicit: ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est; satis indicat, dicentem, quod peccatum non habeat, non veritatem, sed mendacium loqui.

Si quis dixerit, Sanctos, dum in oratione Dominica dicunt: dimitte nobis debita nostra; non pro se ipsis orare, quia hæc petitio ipsis non amplius est necessaria, sed pro aliis, qui in eorum societate peccatores sunt, atque ex ea causa quemlibet Sanctorum non dicere: dimitte mihi peccata mea, sed dimitte nobis debita nostra, ita ut intelligi oporteat, justum magis, pro aliis, quam pro se hoc petere, Anathema sit! nam S. Jacobus Apostolus Sanctus erat, & justus, dum dicebat: omnes in multis delinquimus. Et quare dicit: omnes? nisi ut conformia loquatur Psalmo, ubi legimus: ne intres in judicium cum servo tuo? quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Et in oratione Sapientissimi Salomonis: nemo est, qui non peccet! & in libro Job: qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua. Ideo Sanctus, & Justus Daniel, postquam numero plurali orans, dixit: pecca-

c. 8. 7. Matth. 6. 12.

Jac. 3. 8.

Psal. 142. 2.

1. Paral. 6. 36.

Job. 37. 7.

Sæculum V. A.C. 418.

peccavimus, iniquitatem fecimus; & relijua, quæ vere, & humiliter confitetur; ne quis putet, eum potius loqui de peccatis populi sui, quam suis, subjungit: cum orarem, & confiterer Domino, Deo meo peccata mea, & peccata populi mei. Nolunt dicere: peccata nostra, sed dixit: peccata populi sui, & peccata sua, quia cum esset Propheta prævidebat illos, qui ejus verba male intelligebant. Qui dicunt, illa ipsa verba Orationis Dominicæ: dimitte nobis debita nostra, a Sanctis solum cum humilitate, non vero cum veritate pronuntiari, anathema sint. Quis enim hominis insolentiam ferat, qui dum orat, non hominibus, sed Deo mentitur! qui dicit labiis, ut sibi dimittantur peccata, & corde dicit, non esse peccata, quæ sibi remittantur? Hi Canones a S. Augustino, qui hujus Concilii anima erat, conditi creduntur.

Dan. 9. 5.

ibid. 20.

c. 9. 8.

Prosp. Carm.

§. XLIX.

Canones in causa Donatistarum.

Conc. Afric. c. 84. 85.

Post hæc idem Concilium quosdam Canones de unione Donatistarum confecit, ut definiretur, quibus Cathedralibus Ecclesiæ particulares, quas Episcopi ante vel post leges Imperiales in Donatistas latas, in sinum reduxissent, subjici deberent. Quomodo eorum Episcopos Diœcesin partiri cum Episcopis Catholicis oporteret. Quæ merces illorum zelo

Cod. Can. Justell. c. 108. 109.

redden-

Sæculum V. A. C. 418.

reddenda, qui majori, quam cœteri, cura, vicinos populos convertebant, nam negligentium portio ipsis tribuitur. Inter alia statuitur, nullam Ecclesiam ab eo, qui illam tribus annis possedisset, repeti posse. Qui via facti Confratris sui possessionem turbaverit, causa cadat. In omnibus ejusmodi litibus Episcopi judices sint. Ab electis consensu partium Judicibus non detur appellatio. Decernitur, ut Presbyteri, aut alii Clerici, qui contra sententiam Episcoporum suorum querentur, Episcopos vicinos, cum consensu Episcoporum suorum adeant. Si crediderint, appellatione opus esse, ad Concilium Africæ, aut ad Primates suarum Provinciarum appellent. Ille vero, qui ultra mare appellare voluerit, a nemine in Africa ad Communionem recipiatur. (*) In certis necessitatis casibus dispensatur, ut Virginibus, viginti quinque annis minoribus, sacrum velamen detur. Ne omnes Episcopi in Concilio diutius detinerentur, ex singulis Provinciis tres Commissarii electi, qui omnes causas particulares judicarent; nempe ex Provincia Carthaginensi Vincentius, Fortuna-

Cod. Afric. *Idem* 108. 109. *c.* 86. *c.* 87. *c.* 88. *c.* 89. *c.* 90. *c.* 93. *c.* 94.

(*) Hi Patres ejusmodi Presbyterum pro temerario appellante habuere, qui nec sententiæ sui Episcopi, nec vicinorum Episcoporum, & nequidem Concilii Provincialis acquiesceret.

Sæculum V. A. C. 418.

tunatianus, & Clarus. Ex Numidia Alypius, Auguſtinus, & Reſtitutus. Ex Byzacena Cresconius, Jocondus, & Æmilianus, cum Sene Donatiano Mauritaniæ Primate. Ex Sitifienſi Severinus, Aſiaticus, & Donatus. Ex Provincia Tripolitana Plautius ſolus pro more deputatus. His quatuordecim deputatis tribuebatur poteſtas de omnibus cauſis diſcernendi unacum Aurelio Carthaginenſi, quem Concilium rogavit, ut omnibus actis, & omnibus epiſtolis ſignum ſuum apponeret. Hæc in Concilio pleno, Carthagine prima Maji anno 418. celebrato, acta ſunt.

§. L.

Zoſimus Papa Pelagianos damnat.

Aug. ep. 215. ad Valent. al. 47. n. 2.

Priusquam hujus Concilii Decretum ederetur, aut ſaltem antequam Romæ innoteſceret, Zoſimus Papa jam ſe deceptum non dubitabat, atque authentice Pelagianos damnaverat. Noverat omnium Fidelium, Romæ exiſtentium, zelum contra Pelagii errores, quos ignorare non poterant, cum tanto tempore apud eos verſatus fuiſſet; id quoque nemo neſciebat, Celeſtium Pelagii Diſcipulum eſſe. Fideles aliqua Pelagii ſcripta, qualia ſunt ejus commentationes in S. Paulum, ſuggeſſerint; ſaltem illud conſtat, Papam ex ejus commentariis condemna-

Sæculum V. A. C. 418.

demnationis argumenta desumpsisse. Interim Romæ sui etiam Hæresi Defensores erant; in tanta animorum divisione Pelagiani, captato prætextu, Catholicos Seditionis accusarunt, & Constantius, qui postquam Præfectorum Prætorio Vicarius fuisset, a Mundi tumultu secesserat, ut Deo serviret, tanta ab ipsis passus est, ut Confessorum numero accenseri dignus habitus fuerit. *Marc. comm. an. 429. Honor. Rescr. 30. Aprilis. Julian. ap. Aug. III. op. imp. c. 35. Prosp. Chro. an. 418.*

Fidelium animis Romæ ita comparatis, statuit Zosimus Papa consilium, sibi ab Episcopis Africæ datum, sequi, iterum Celestium ad examen vocare, atque responsa clara ex eo elicere, ut jam nemini dubitare liceret, ipsum errores suos abjurasse, aut pro impostore habendum. At Celestius examen sustinere non ausus, Roma auffugit; tum vero Zosimus Papa, cum jam nihil damnationem retardaret, sententiam tulit, qua Decreta Concilii Africæ anni 417. confirmavit, (*) & juxta Judicium Innocentii Papæ, Prædecessoris sui, Pelagium, & Celestium iterato condemnavit; eosque, si errores abjurarent, in ordinem pœnitentium redigebat, sin minus expresse excommunicabat. Hac super re Zosimus Papa speciatim ad Episcopos Africæ, & generatim ad omnes Episco- *Aug. cont. duas. ep. II. c. 3. Mercat. ibid. Prosp. cont. Collat. c. 21. Aug. 1. cont. Jul. c. 4. n. 13. 6. c. 12. de pecc. orig. c. 22. ep. 190. Cal. 157. ad Opt. n. 22.*

(*) Auctoritas SS. Pontificis, confirmantis Decreta Conciliorum.

Sæculum V. A. C. 418. Episcopos prolixam epistolam dedit, in qua errores, quorum Paulinus Celestium accusaverat, explicat, plures textus ex commentario Pelagii in Sanctum Paulum refert, nihilque omittit, quod causam

II. d. ann. Pelagii, & Celestii respicit. Peccatum
Orig. c. 12. originale solide stabiliebat, & Pelagium
n. 17. damnabat, quod parvulis, absque Baptismo defunctis, locum quietis, & Beatitudinis extra Regnum Cœlorum tribueret.

Ep. Celest. Docebat, nullum esse tempus, quo Dei
pro Prosp. auxilio non indigeamus, nobisque in omnibus
c. 8. 9. nibus nostris actionibus, cogitationibus, & affectibus omnia ab ejus Gratia, non vero a viribus Naturæ expectandum.

Mercat. ib. Hæc Zosimi Papæ epistola ad Episcopos Ægypti, & Orientis, Jerosolymam, Constantinopolim, Thessalonicam, denique ad omnes Mundi Ecclesias missa, atque omnes Episcopi Catholici juxta Papæ præceptum, præsertim Itali, subscripserunt. (*)

Totus Clerus Romanus huic Judicio se submisit etiam illi, quos sibi favere Pelagiani

(*) In hoc paragrapho Interpres Protestans aliquas constructiones sermonis oscitanter omisit. Contra eundem ex hoc loco dispicitur communio inter Ecclesiam Romanam, & Constantinopolitanam, quam post persecutionem S. Joannis Chrysostomi nunquam amplius coaluisse fidenter affirmat. Tum hic habemus clarissimum Auctoritatis

lagiani dictitabant; præsertim Sixtus Presbyter, quem præcipuum Sectæ suæ Præsidium jactabant; is omnium primus coram magna populi frequentia Pelagianis Anathema dixit, & diligenter ad illos omnes scripsit, apud quos Pelagiani eum ipsis amicitia junctum vulgaverant; nec eo contentus, quod se ipsum eorum inimicum ferret, urgere cœpit Hæreticos, Legum Imperialium terrore injecto, ut suis erroribus renuntiarent. Idem est ille Sixtus Presbyter, qui post annos quatuordecim Petri Cathedræ impositus. Epistolæ Zosimi Papæ de condemnatione Pelagii junxit aliam ad Aurelium Carthaginensem epistolam, eamque ferendam dedit Leoni Acolytho, quem eundem credunr, qui post annos viginti duos Papatum obtinuit. Sixtus ad S. Augustinum quoque per manus Firmi Presbyteri epistolam dedit.

Sæculum V. A.C. 418.

Aug. ep. 191. *al.* 104. *ad Six. Ep.* 194. *al.* 105. *in.*

§. LI.

Juliani Pelagiani initia.

Episcopi, qui condemnationi Pelagianorum subscribere detrectarunt, in Tribunali Ecclesiastico depositi, & vi legum Cæsa-

Merc. comm. 429.

ritatis Pontificiæ in omnes orbis partes argumentum. Sensit hoc Interpres noster, gnaviter impudens, hinc parte IV. p. 251. verba: *ad omnes Mundi Ecclesias missa.* & illa: *juxta Papæ præceptum.* nequiter omisit.

Sæculum V. A.C. 418.

Cæsarearum Italia ejecti. Multi errori renuntiantes, Sacræ Sedi se subjecerunt, rursusque in suas Ecclesias admissi. Octodecim Episcoporum obstinatio invincibilis fuit, quorum Princeps Julianus Episcopus Eclanensis. Cum monerentur, ut cum tota Ecclesia Pelagium, & Celestium damnarent, & epistolæ Zosimi Papæ nomen apponerent, renuerunt. Sed superest hodieque confessio fidei, qua se purgare volebant. Hæc a formula Pelagii & Celestii non multum abhorret. Fatentur, infantibus Baptismo opus esse, sed peccatum originale negant, petuntque a Papa, ut illis rescribat, an aliud credere debeant. At simul edicunt, si quis, se non convictis, scandala movere velit, ad plenum Concilium se appellare. Dicunt etiam, illos ipsos, qui damnatos errores tenere accusarentur, eosdem scripto damnasse. Rogant Papam, ne vitio vertat, quod istos homines absentes, & inauditos, damnare non possint, iisdemque utuntur argumentis, quæ Zosimus Papa initio adversus Episcopos Africæ adhibuerat, quasi inconstantiam exprobraturi. Nullam Zosimus hujus confessionis rationem habuit, sed Julianum, & complices damnavit. Julianus alteram epistolam ad Zosimum Papam dedit, in qua aliquos Celestii errores damnare videbatur, quos nihilominus deinde serere non cessavit.

App. to. 10. S. Aug. p. 110.

Aug. 1. cont. Jul. c. 4. n. 13. Merc. Comm. Subnot.

Ante-

Antequam hæc epistola ad manus Zosimi Papæ deveniret, eandem quidam Juliani Discipuli per totam Italiam detulerant, monstrabantque tanquam opus excellens, & omnium admiratione dignum. Sæculum V. A. C. 418.

Julianus Episcopus Eclanensis, Pelagianorum notissimus, in Apulia primo lucem aspexerat, Patre Memore, Episcopo, magnæ pietatis viro, & Juliana, fœmina virtutis amantissima, genitus. Memor S. Augustini amicus, atque etiam S. Paulini Nolani erat, quippe inter eos etiam aliqua familiarum necessitudo intercedebat. Julianus, adhuc infans, baptizatus, Lector post hæc ordinatus est; eumque parens in primis juvenilibus annis nobili puellæ, cui nomen Ja, matrimonio junxit, S. Paulino Epithalamium accinente. Sive deinde hæc fœmina vivis excesserit, seu continentiam elegerit, Julianus jam anno 408, aut 409 Diaconus erat; id cognoscitur ex epistola S. Augustini ad Patrem ejus data, quæ teneræ in Patrem, & Filium amicitiæ testis est. Tandem Innocentius I. Papa Julianum in Episcopum Eclanensem ordinavit. Hujus urbis hodie vix rudera supersunt; sita erat in Campania, quindecim milliariis, seu quinque Leucis Benevento distans, cujus Cathedra deinde Prigentum translata, & tandem Bellinensi Ecclesiæ unita. Julianum ipse Pelagius sua hæresi infecit, verosimiliter

Aug. op. imp. VI. c. 18. Merc. comm. Subnotat. Aug. 1. in Jul. c. 4. n. 12. ib. n. 14.

Paul. carm. 14.

Aug. Epist. 101. al. 131.

Merc. comm. in Pelag. Norisi. hist. Pelag. 1. c. 18. Beda Præf. in Cant. c. 4. Mercat. ibid.

Sæculum V. A.C. 418.

liter illa diuturna in urbe Roma commoratione. Julianus, quamdiu Innocentius Papa in vivis erat, venenum prodere non est ausus. At illis, qui Sententiæ Damnationis, a Zosimo Papa pronuntiatæ, subscribere recusarunt, se conjunxit.

§. LII.

Pelagius purgare se apud Pinianum cupit.

Sup. §. 47. Aug. de Grat. Chr. c. 1. c. 2.

Sanctus Augustinus aliquamdiu Carthagine moratus, ut negotia sibi a Concilio prima Maji anno 418. injuncta, cum aliis tredecim Deputatis, expediret, epistolam accepit, datam ad se a Piniano, Albina, ejus Nuru, & Melania, uxore ejus, in Palæstina degentibus, qui Pelagio colocuti fuerant. His cohortantibus ut omnia, quæ contra fidem ejus vulgarentur, scripto damnaret, respondit Pelagius, ipsis præsentibus: *anathematizo omnes cogitantes, aut dicentes, Gratiam Dei, per quam JEsus Christus in Mundum venit, ut peccatores salvaret, non solum omnibus horis & singulis momentis, sed etiam ad omnes nostras actiones non esse necessariam; & qui hanc Gratiam tollere volunt, merentur pœnas æternas.* Subjunxit; credere unum Baptismum, quem parvulis iisdem verbis, sicut adultis, administrari oporteret. Et confessus est, infantes Baptismum accipere in remissionem peccatorum. Litteras quoque, quas Romam ad Innocentium

c. 32.

de pecc. orig. c. 1.

tium Papam miserat, ipsis prælegit, & querebatur, quod Celestii condemnatione fuisset implicitus, postquam, quo præcipue se tuebatur, in Concilio Diospolitano fuisset absolutus. Pinianus, Albina, & Melania lætabantur ex ore Pelagii audire, quæ maxime cupiebant; securissimum autem fore crediderunt, si S. Augustinum consulerent. Scripserunt ergo Epistolam communi nomine, cui S. Augustinus ex ipsa urbe Carthagine, quamvis sibi longe pluribus occupationibus, quam alias, fatigaretur, respondit, sed nuntius, quem miserant, exspectare non poterat.

Sæculum V. A. C. 418. c. 5.

De Grat. Chr. c. 1. II. Retr. c. 50

§. LIII.

Liber S. Augustini de Gratia JEsu Christi.

Sancti Augustini responsum in duos libros, unum de Gratia JEsu Christi, alterum de peccato originali dividitur. In primo ostendit, Pelagium nihil nisi Gratiæ Nomen agnoscere. Et ne suspectus esset, ac si Pelagii verba non satis caperet, aut maligne interpretaretur, clarissimos ex ejusdem Scriptis textus refert. In suo libro tertio pro libero arbitrio Pelagius dicebat: *Potentia, quam habemus, bene agendi, loquendi, aut cogitandi ab eo est, qui nobis hanc potentiam dedit, illamque adjuvat, sed actus, quo bene agimus, aut loquimur, aut cogitamus, a*

De Grat. Chr. c. 4.

Sæculum V. A. C. 418.

nobis est, quia etiam male agere possumus. Hoc erat Pelagiani dogmatis fundamentum, hominem a Deo nil nisi potentiam bene agendi habere, a se ipso vero actionem, & effectum. Gratiam igitur vocabat illam potentiam naturalem Bonum faciendi, quam a Deo accepimus. Verum est quidem, quod huic potentiæ naturali Dei auxilium jungebat, sed istud volebat consistere in lege, in Doctrina, in Revelatione, per quam nobis aperit oculos cordis, & futura prænonstrat, ne his præsentibus inhæreamus, dum nobis Dæmonis artes detegit, nosque variis modis illuminat.

c. 7.

Rursus Pelagius dicebat, Gratiam nobis secundum merita nostra dari, quamvis hanc propositionem in Concilio Palæstinæ visus fuisset damnare, quippe ita in Epistola sua ad Demetriadem in aliquem textum S. Jacobi loquebatur, docet, quomodo nos Dæmoni resistere oporteat, si simus subjecti Deo, & si voluntatem ejus facientes, ipsius Gratiam mereamur, ut facilius maligno Spiritui per auxilium Spiritus S. repugnemus. Atque ut S. Augustinus ostendat, Pelagium non solum loqui de Gratiæ augmento, quod mereri possumus, sed de prima Gratia, alium ipsius locum refert, ubi dicebat: *Qui totum se Deo addicit, id non nisi libero suo facit arbitrio, quo cor suum*

c. 25. *Aug. de Gr. c. 22.*

Pelagius.

suum in manus Dei dat, ut illud, quocunque voluerit, convertat. Itaque, Pelagii quidem sententia, Deus nos prius non adjuvat, quam nos ipsos sine omni auxilio Deo addixerimus. Textus Epistolæ ad Demetriadem alium etiam errorem continet, quod nempe auxilium Gratiæ non detur ad bene agendum absolute, sed ad facilius agendum. Idem quoque in suo libro primo pro libero arbitrio dicebat. Sæculum V. A. C. 418.

Ex cunctis his textibus S. Augustinus conficit, Pelagium nunquam clare damnasse errorem, cujus in materia de Gratia arguebatur, cum omnia, quæ circa eam dixisset, seu in Concilio Palæstinæ, seu in Epistolis ad Innocentium Papam, seu in præsentia Piniani, secundum ipsius Principia accipi possint de potentia naturali bene agendi, de lege, de aliorum exemplo, de multiplicis generis modis hominem illustrandi, aut de remissione peccatorum, quin necessitas alicujus auxilii supernaturalis, voluntati humanæ supervenientis, admittatur. Quia etiam Pelagius plurimam laudem tribuerat Ambrosio, cujus verba aliqua in suæ sententiæ confirmationem trahebat, S. Augustinus plures textus ex eo refert, qui expressissime Gratiæ necessitatem probant. *Aug. c. 29.* *c. 43. 44.*

Sæculum V.
A. C. 418.

§. LIV.

Liber de peccato originali.

In libro secundo ad Albinam, Pinianum, & Melaniam S. Augustinus materiam de peccato originali tractat. Ostendit, Celestium in Concilio Carthaginensi, anno 412. Doctrinæ de peccato originali apertius adversatum fuisse, quam Pelagium in Concilio Palæstinæ; at vero Pelagium satis clare explicasse, quid sentiret, in libro primo operis sui pro libero arbitrio, ubi dicebat: *Bonum, aut malum, quo laudabiles, aut reprehensibiles sumus, non nascitur nobiscum, sed istud Bonum, vel malum a nobis provenit; tam boni, quam mali capaces nascimur, sine vitiis, & sine virtutibus; & ante actum propriæ voluntatis nihil est in homine, quam quod Deus creavit.* Ex hoc solo loco satis probari poterat mala fides, qua Pelagius anathema dixerit illis, quorum erat opinio, peccatum Adami neminem, nisi ipsi soli, nocuisse, atque infantes eadem conditione nasci, qua ipse ante peccatum fuisset.

Ap. Aug. de pecc. Orig. c. 13.

S. Augustinus ulterius probat, hanc quæstionem non esse hujusmodi, ut nullatenus ad fidem pertineat, quod Pelagius, & Celestius volebant; sed eam omnino Christianæ Religionis fundamentum respicere, cum in eo vertatur, ut sciamus, an JEsus Christus vere omnium

c. 13.

Sæculum V. A. C. 418.

nium hominum mediator sit, ita ut nemo unquam sine fide in ejus merita, & sine Gratia, quam nobis meritus est, salvari potuerit. Quippe Pelagius tres hominum status in Successione Sæculorum distinguebat, dicebatque, justos primo sub natura extitisse, tum sub lege, & tandem sub Gratia. Quasivero primi sola natura salutem invenissent, secundi solius legis auxilio, atque Gratia non nisi post JEsu Christi adventum fuisset necessaria. *c. 26.*

Tandem S. Augustinus illam Pelagianorum objectionem contra peccatum originale refutat; ex eo secuturum, matrimonium esse malum, atque hominem inde natum, non fore opus Dei. Docet, matrimonium in se esse bonum, & illud, quod in matrimonio est erubescendum, etiamsi id ipsum sit legitimum, effectum esse concupiscentiæ, quæ post primi hominis peccatum supervenit. Sed hanc materiam postea fusius tractavit. Cum his duobus libris S. Augustinus ad Pinianum transmisit omnia Acta, quibus Pelagius, & Celestius in Africa, & Romæ damnati. *c. 33.* *c. 7. in fin.*

§. LV.

S. Augustinus Cæsareæ in Mauritania.

Haud diu post hæc S. Augustinus iter in Mauritaniam, in aliorum quorum- *ep. 190. init. II. Retract. II. c. 51.*

Sæculum V. A. C. 418.

rumdam Episcoporum societate, susceperit, ut ibi, quæ sibi a Zosimo Papa pro Ecclesiarum utilitate commissa erant, perficeret. Cum Cæsareæ, Provinciæ Metropoli, quam hodie Tenez in Regno Algeriæ dicunt, versarentur, nuntiatum Emeritum, ejusdem Civitatis Episcopum Donatistam, modo advenisse. Is erat Sectæ illius Princeps, qui in Colloquio inter cœteros Deputatos, cœteris fortius causam defenderat. Illico Episcopi Catholici surgentes, adventantem inquirunt, & inventum salutant. S. Augustinus ait: *Ne in platea moreris, bonestius ad Ecclesiam venies.* Emeritus facile consensit; hinc Episcopi Catholici credebant, cum ipsis communicare non detrectaturum; sed spes fefellit. S. Augustinus ad populum dicere cœpit, cujus sermonem de charitate, pace, & unitate Ecclesiæ habemus; in eo repetit, quæ in Colloquio a Catholicis promissa, Episcopos Donatistas in Episcoporum ordine a se recipiendos, idemque nomine Deuterii Cæsarienſis Episcopi Catholici rursus promittit.

Possid. c. 14. Baudr. de Gest. cum Emerit. Sup. l. XIII. n. 28.

Ser. ad Cæs. to. 9. p. 617. Sup. XXII. §. 29.

Elapso biduo, Episcopi Catholici iterum Emeritum urgere, ut ad Communionem rediret, utque hujus invitationis argumenta superessent, colloquii Acta conscripta, quorum initium est: *Honorio duodecimo, & Theodosio octavo Consu-*

Gest. cum Em. to. 9. Possid. ult. c. 14.

Sæculum V. A. C. 418.

Consulibus, duodecimo Calend. Octob. id est, vigesima Sept. 418. *Cæsareæ in maiori Ecclesia. Cum Deuterius, Episcopus Metropolitanus Cæsariensis, Alypius Thagastenus, Augustinus Hipponensis, Possidius Calamiensis, Rusticus Cartennensis, Palladius Sigabitanus, aliique Episcopi in aulam convenissent, præsentibus Presbyteris, Diaconis, omnibus Clericis, & frequentissimo populo, præsente etiam Emerito, Episcopo Donatista, Augustinus, Ecclesiæ Catholicæ Episcopus, dixit: Charissimi Fratres mei! qui semper Catholici fuistis, vosque qui ab errore Donatistarum revocati estis, aut qui adhucdum de veritate dubitatis! audite nos, qui vestram salutem pura charitate quærimus.* Tum refert, quæ ante biduum acta, & prosequitur.

Cum Emeritus præsens sit, præsentiam ejus Ecclesiæ utilem esse oportet, seu ejus conversione, seu saltem ad aliorum salutem. Scio vobis per calumniam fuisse suggestum, vobis inquam! qui e parte Donatistarum stetistis, dictum vobis, nos in illo Colloquio a Delegato sententiam nobis faventem coemisse, qui aliunde nostræ Communionis erat, vestris vero facultatem, omnia, quæ cuperent, dicendi ademptam. Tum, conversus ad Emeritum, dixit: *Colloquio adfuisti, si ibi cau-* S. Augustin. *sa cecidisti, quare huc venisti? si ea non* Sup. l. XXII §. 40.

ceci-

Sæculum V. A. C. 418.

cecidisse credis, edic! quo pacto te vicisse existimes. Si dicis, te sola adversarium potentia victum, ecce! nulla hic potentiæ umbra, quam reformides. Si autem veritate victum te sentis, quare ulterius rejicis? Emeritus respondit: *Acta docent, an causa ceciderim, vel vicerim, an veritate victus, vel potentia oppressus.* S. Augustinus dixit: *Quare ergo huc venisti?* Emeritus: *Ut dicam, quod me interrogas.* S. Augustinus: *Quare, cur veneris, nisi venisses, non quærerem.* Emeritus ad Notarium, qui notis dicta consignabat, monebatque, ut responderet, dixit, *fac, quod facis!* & obticuit.

S. Augustinus, cum iterum incitasset Emeritum, ut responderet, diuque exspectasset, quin unicum verbulum posset elicere, ad populum respexit, ut ejus silentium notaretur ab omnibus. Episcopum Deuterium hortatus est, ut integra colloquii Acta singulis annis in Ecclesia tempore Quadragesimæ legi juberet, sicut idem Carthagine, Thagastæ, Constantinæ, Hippone, & in omnibus Ecclesiis, ubi vigebat disciplina, fieri solebat. Subsylypius deinde Epistolam, quam Episcopi Catholici ad Marcellinum Tribunum ante Colloquium dederant, recitavit, & S. Augustinus maximi faciebat promissum, ipsos Episcopis Donatistis amore pa-

Sup. l. XXII §. 40.

Sup. l. XXII §. 29.

cis

cis suas Cathedras cessuros. Inde narravit, quæ inter Donatistas, occasione schismatis Maximiani, gesta, interpellans Emeritum, ut se mendacii argueret, si quidquam contra veritatem proferret; quandoquidem Emeritus inter capita Primianistarum eminebat, ipseque in Concilio Bagajano contra Maximianum sententiam dictaverat. Sed quidquid Augustinus diceret, Emeritus obstinate vocem tenuit, qui in Colloquio Carthaginensi loquacitate omnes superaverat. Propinqui quoque, & concives ejus, quippe Cæsareæ natus erat, urgebant, ut responderet, promittentes, si ea, quæ Catholici afferebant, refellere posset, ad ejus Communionem regressuros, etiam contempto conditionem, & bona sua temporalia amittendi periculo. Ipse vero ut piscis obmutuit.

Sæculum V. A. C. 418.

Sup. XIX. §. 4.

Poss. c. 14.

S. Augustinus, cum Cæsareæ in Mauritania moraretur, morem sustulit pessimum, a tempore immemoriali inductum. Nempe certamen singulis annis certo tempore, pluribus diebus continuis, quod latino nomine, Catervam, dicebant, inibatur. Omnes cives, sanguine propinqui, ipsi Patres, filiique adversis cohortibus divisi, tanta ferocia pugnabant, ut, si possent, vitam etiam adversariis eriperent. S. Augustinus pro concione dicens, quanta pollebat orationis vi in hunc abu-

Sæculum V. A. C. 418.

abusum invectus est. Populus primo acclamare; sed ipse hos plausus pro inutilibus signis, quod placeret, habuit, nec ante destitit, donec auditores ad lacrymas permovisset. Tum dicendi finem fecit, omnes excitans, ut Gratias Deo redderent. Hunc fructum fuisse sermonis sui S. Augustinus exinde post octo annos narrabat, testans crudelem abusum nunquam fuisse reductum.

§. LVI.

Epistolæ S. Augustini ad Optatum, & Mercatorem.

Aug. ep. 190. *al.* 157.

Sancto Augustino adhucdum Cæsareæ moranti, Monachus Renatus, & Episcopus Muressius litteras Optati Episcopi exhibuerunt de origine animarum, rogantes, ut, quid sentiat, aperiret. Hac de quæstione igitur ad Optatum referibens, ait, nunquam se ausum fuisse hac de re quidquam decisive respondere, quod intricatissima quæstio sit, quamcunque autem sententiam sequamur, semper servandam esse fidem de peccato originali contra Pelagianos, quorum errorem

ep. 193.

jam totus orbis condemnasset. Epistolam, hac super materia tunc a Zosimo Papa editam, eidem misit. Hipponem reversus, cuidam Laico, cui nomen Mercator, respondit; qui ipsi adhuc, Carthagine moranti, scripserat de Pelagianorum erro-

erroribus; his enim magno fervore indignabatur, librumque a se compositum S. Augustino examinandum submiserat. In hac Epistola S. Augustinus, aliqua quæstione curiosa occasionem præbente, disserit in hunc modum: *De me vero fateor tibi; malo discere, quam docere. Quippe veritatis dulcedo nos ad discendum invitat; docendus vero proximus, si nos charitas, ut id faciamus, obligat, nec ante docere debemus, quam charitas cogat.* Hanc Epistolam ad Mercatorem ferendam dedit Albino, Ecclesiæ Romanæ Acolytho, cui etiam breves litteras commisit ad Sixtum Presbyterum, ut ei gratularetur, quod tanto vigore Pelagianorum hostem se esset professus. Haud multo post ad eundem longiorem scripsit Epistolam, ferente Firmo Presbytero, qui ipsi Sixti litteras reddiderat, cum ex Africa Romam reverteretur.

Sæculum V. A. C. 418.

c. 13.

ep. 191. al. 104.

ep. 104. al. 105.

§. LVII.

Epistola ad Sixtum.

In ista ad Sixtum Epistola S. Augustinus eum hortatur, ut jam illorum instructioni omnes vires impendat, quorum animis satis terroris intulisset; utque adversus eos magis inflammet, ad Pelagianorum objectiones respondet: *Credunt illi*, inquit: *sibi liberum arbitrium eripi, si admitterent, hominem sine Dei auxilio nequi-*

n. 3.

Sæculum V. A C. 418.

nequidem bonam voluntatem habere, nec intelligunt, quod sic liberum arbitrium minime stabiliant, sed subtrahant fundamentum, cum illud Domino, qui Petra

n. 4. *solida est, non imponant. Timent, ne acceptionem Personarum Deo affingere videantur, si crederent, sine ullo merito præcedenti, cuicunque vult, Misericordiam impertiri; & non attendunt, hominem, qui condemnatur, pœnam sibi debitam, illum vero, qui liberatur, Gratiam sibi non debitam recipere. Ita ut nec uni conquerendi, nec alteri se extollendi causa sit. Multo magis dicendum, in hoc casu acceptionem Personarum non dari, dum simul omnes in eadem massa damnationis immersi jacent.*

Verum, inquiunt, *injustum est, in eadem causa mala unum liberare, & alte-*

n. 5. *rum punire. Ergo justum est,* respondet S. Augustinus: *tam unum punire, quam alterum, ergo Gratias agamus Salvatori, quod nos, sicut complices nostros, pront merebamur, non habuerit! nam si omnes homines liberarentur, quid Justitia peccato debeat, ignoraretur, si nemo, nesciremus Beneficium Gratiæ, cujus causa non in differentia meritorum, nec in fatorum*

Rom. 2. 33. *necessitate, nec in Fortunæ ludibriis investiganda est, sed in profundis divinæ Sapientiæ thesauris, quos Apostolus admiratur,*

n. 6. *& non scrutatur.* Et deinde: *Ergo*

go nulla sunt justis merita? Sunt utique, Sæculum V.
quia justi dicuntur, sed nulla erant, ut A. C. 418.
justi fierent; sed sicut dicit Apostolus: *Rom.* 3. 24.
justificati gratis per gratiam.

Pelagius hunc errorem in Concilio n. 7.
Palæstinæ videbatur damnasse, dum agnovit, Gratiam secundum merita nostra non dari; at discipuli ejus respondebant, hanc Gratiam esse Naturam humanam, in qua, quin hoc mereremur, n. 8.
creati sumus. S. Augustinus respondet: *Hanc illusionem ab omni Christiano avertat Deus! Gratia, quam laudat Apostolus, non est illa, per quam creavit nos Deus, ut homines simus, sed illa, per quam justificati sumus, dum homines peccatores eramus. Non est mortuus pro creatione illorum, qui non erant, sed ad justificationem eorum, qui erant impii.*

Hæc gratia etiam remissio peccato- n. 9. 12. 13.
rum non est, nam obtinetur per fidem, & fides, quæ est orationis, omnisque justitiæ principium, etiam nobis datur. Si nunc n. 10.
quæras, quare ex duobus hominibus, qui ambo eandem Doctrinam audiunt, aut i- Prædeterminatio a Sancto Augustino explicata.
dem vident miraculum, unus credat, & alter non credat; respondeo: O altitudinem Dei Sapientiæ! cujus judicia sunt incomprehensibilia, nec ideo minus justa, quo magis occulta. Misericordiam concedit, cui vult, & indurat, quem vult; at vero non indurat, malitiam tribuendo, n. 14.

Sæculum V. A C. 418.

sed subtrahendo Misericordiam. Et inferius: *Spiritus ubi vult, spirat. Sed fatendum, quod diversa ratione auxiliatur iis, in quibus habitat, atque illis, in quibus necdum habitat; posteriores adjuvat, ut Fideles fiant, priores tanquam tales, qui jam Fideles sunt.* Et rursus: *Quando Deus merita nostra coronat, nil nisi dona coronat sua. Hinc S. Paulus dicit: Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Videtur, ipsum dicere oportuisse, vitam æternam esse mercedem justitiæ, sicut revera est, at verus homo sui meriti opinione infletur, maluit vitam æternam adscribere Gratiæ, cui Justitiam nostram in acceptis referimus.*

n. 19.

n. 20. 21.

n. 22.

Pelagianus objiciet: *Ita vero homines excusationem habebunt, si dicant: quid culpæ in nobis sit, si male vivamus, cum Gratiam ad bene vivendum non acceperimus?* S. Augustinus respondet: *Qui male vivunt, in veritate dicere non possunt, quod culpam non habeant; nam si nihil mali faciunt, bene vivunt. Si autem male vivunt, id ex suo arbitrio, aut ex malo suæ originis, aut ex malo, quod superaddiderunt, proficiscitur. Si sint vasa iræ, sibi imputent, quod formati sint ex illa massa, quam Deus juste damnavit propter peccatum unius solius, in quo omnes peccaverunt. Si sint vasa Misericordiæ, ne extollantur, sed Gloriam illi dent, qui*

qui Gratiam indulsit, quam non mere- Sæculum V.
bantur. Denique ista Pelagianorum ex- A. C. 418.
cusatio est illa objectio, quam sibimetipsi *n.* 23.
Apostolus ponit, dum dicit: Quid adhuc
queritur? voluntati enim ejus quis resi-
stit? Cum S. Paulo respondemus: O ho- *ibid.* 21.
mo! tu quis es, qui respondeas Deo? ergo
Christianus in hac vita contentus sit, si
sciat, aut credat, Deum neminem nisi Mi-
sericordia gratuita salvare, & neminem
nisi justissime damnare. Quare autem S. Augustin.
potius istum salvet, vel non salvet, quam
alterum, ille perquirat, qui Judiciorum
Dei altitudinem assequi valeat, attamen
caveat a præcipitio. Ostendit deinde, *n.* 24.
illos, qui plena scientia peccant, cæteris quidem nocentiores esse, verumtamen alios etiam sua ignorantia excusari non posse. *Omnis peccator*, inquit: *n.* 27.
inexcusabilis est, seu ob peccatum suæ originis, seu ob illa, quæ propria voluntate addidit, seu sciat, seu ignoret. Quia ipsa ignorantia in illis sine dubio peccatum est, qui noluerunt intelligere, in illis vero, qui non potuerunt, est pœna peccati. Et inferius: *Gratia nullam justitiam in-* *n.* 29.
venit in eo, quem salvat, nec voluntatem, nec opus, nequidem excusationem, nam, si justa est excusatio, ille, qui eam habet, jam non gratia, sed merito suo salvatur.

At omnes humanæ argutiæ illorum, *n.* 31.
qui timent, ne Deo acceptionem Persona-

Sæculum V. A. C. 418.

rum attribuant, in causa parvulorum confunduntur; cum enim admittant, nullum parvulum in Regnum Cælorum intrare, nisi ex aqua, & Spiritu S. fuerit renatus, quam rationem reddent, quod iste moriatur baptizatus, & alter sine Baptismo? quæ merita præcessere? in infantibus nulla sunt, ex eadem massa producuntur. Nec Gratia meritis Parentum adscribi potest, si ponamus casum possibilem, Parentes, quorum liberi sine Baptismo decedunt, esse Christianos, atque liberos impiorum, vel Infidelium expositos, conservari, & a Christianis baptizari. S. Augustinus cum S. Paulo affert exemplum Esau, & Jacob, & subjungit: *Dum his argumentis disputando premuntur Pelagiani, mirum! in quæ præcipitia se conjiciant; Deus, inquiunt: unum odio habebat, & amabat alterum, quia utriusque opera prævidebat. Quis non miretur, Apostolum non inveniſſe subtilissimam solutionem? non enim ista responsio ei in mentem venit, quæ ipsis brevissima, & decisiva videtur. Id solum dicit: Nunquid iniquitas apud Deum? Absit! quippe ad Moysen dicit: Faciam Misericordiam, cui faciam; ergo Gratia nec ab homine volente, neque currente, sed a Misericordia Dei est. Ubi nunc sunt merita, aut opera, seu præterita, seu futura, ex viribus liberi arbitrii facta, vel facienda?*

n. 3.

Rom. 9. 14.

An

An non Apostolus sententiam pro Gratia gratuita, id est, sola vera Gratia, clare, & definitive pronuntiavit? Etiamsi autem quis diceret, Deum opera Esau, & Jacob, qui diu vixerunt, Gratia prævenisse, quis dicet, opera futura eorum, quibus in infantia moriendum, etiam prævidisse? (*) *quomodo futura dici possunt opera, quæ nunquam erunt?* Hic Pelagianos cum ista ipsorum objectione confundit, eamque tantum a ratione abhorrentem existimat, ut timeat, fidem se non facturum lectoribus, id ab ipsis in medium afferri potuisse. Ad aliam quoque futilem Pelagianorum responsionem, de eo, quod alii pro infantibus baptizandis respondeant, ipsos remissionem peccatorum credere; nam dicebant: *Ita est! credunt infantes in Ecclesia peccata remitti; at non illis, qui non habent, sed illis qui habent. Quare igitur*, respondet S. Augustinus, *exorcizantur, quare afflantur? Illusio est, nisi ideo fiat, quod in potestate Dæmonis sint.* Tandem hanc longam ad Sixtum Epistolam claudit, eundem rogans, ut, si quid novi contra fidem Catholicam confingerent Hæretici, eaque, quæ ipse, & alii Doctores Catholici responderent, sibi transmittere velit.

Sæculum V. A. C. 418.

n. 45.

n. 47.

(*) Nempe quis dicet prævidisse absolute?

Sæculum V.
A. C. 418.

§. LVIII.

Dissertatio adversus Arianos.

II. Retr. c. 52 Circa illud tempus Dissertatio, ab Arianis composita, absque Auctoris nomine, ad S. Augustini manus delata a quopiam, qui instanter rogabat, ut responderet. Respondit quam promptissime, ac brevissime potuit, dissertationem adversariorum responsioni suæ præponens, adjunctis ad singulos articulos numeris, ut, quid respondisset, facillime discerni posset. Ferme eadem sunt, quæ in aliis suis operibus contra Arianos dixerat. In ista refutatione totum Doctrinæ Arianæ sistema conspici potest. (*)

cont. serm. Arian. to. 5.

(*) Ecce! initium Notæ Interpretis Protestantis: *Augustinus ist in der Pelagianischen Streitigkeit nicht so glücklich gewesen, als man wohl wünschen möchte. Denn zuweilen hat er einige biblische Sprüche zum Erweise angeführet, die in der That den Verstand nicht haben, den er ihnen beygeleget.* &c. Ita Interpres iste, qui nomen suum Interpretationi suæ apponere non est ausus, proterve in S. Augustinum Crisin profert, sicut Heymannus in suo conspectu rei litterariæ, in S. Ambrosium, dicens, talia scripsisse, quæ non intelligebat, quia vir sanctus modeste de se ipso loquitur. Homines, SS. Patribus his, comparati, vix alphabetarii!

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXIV.

S. ZOSIMUS PAPA. THEODOSIUS II. ET HONORIUS, IMPERATORES.

§. I.

Historia Orosii.

Sæculum V. A. C. 418.

Orosius Jerosolyma rediit, initio anni 416. secum habens S. Stephani Reliquias, quas abeunti Avitus crediderat, in Hispaniam deferendas. Hæ omnium primæ in Occidentem allatæ. Tum in Africam reversus, quod S. Augustinus eundem rogaverat, Epistolas Herois, & Lazari contra Pelagium tradidit.

Sup. XXIII §. 23. Aug. ep. 166. al. 28 n. 2. ep. 175. al. 50. n. 3. ibid. n. 33. Marcell. Chr. an. 416. Oros. Præf.

Sæculum V. A.C. 418.

dit. Oroſius Hiſtoriam ſuam circa id temporis, S. Auguſtini hortatu, ſcripſiſſe creditur, ut ea opus de Civitate Dei, cujus tunc librum undecimum componebat, confirmaret. Oroſius ſcribendi finem ſibi propoſuit, ut Gentilibus oſtenderet, nullo non tempore humanum genus cum ſimilibus malis, quo tunc premebatur, fuiſſe conflictatum, nec eſſe cauſam, cur ea hodie antiquarum ſuarum ſuperſtitionum contemptui adſcriberent. Incipiens a Diluvio, ſummatim totius Mundi Hiſtoriam ad ſua usque tempora deducit, Hiſtoriam vero Romanam multo fuſius, quam cœterarum Gentium tractat.

§. II.

Reliquiæ S. Stephani in Inſula Minorica.

Epiſt. Sever. n. 2.

Oroſius poſt aliquam in Africa commorationem navigio ſe commiſit, trajecturus in Hiſpaniam, ſed appellere non potuit; veroſimile eſt, Gothorum graſſationes obſtitiſſe. Aliquamdiu in Inſula Minorica, atque urbe Magonis, ſuo portu celeberrima, moratus, S. Stephani Reliquias, quas ferebat, in Eccleſia prope urbem depoſuit; ipſe vero in Africam revehi conſtituerat. Chriſtianorum zelo iſtarum Reliquiarum præſentia excitato, inter ipſos & Judæos, qui

qui magno numero ibi habitabant, super Religione disputationes exortæ. Tum diem disceptationi publicæ constituerunt. Christiani, ut præparati accederent, articulos præcipuos, de quibus disserendum erat, conscripsere; at Judæis satis non fuit libros suos scrutari, sed saxa etiam fustes, spicula, omnis generis arma in suam Synagogam contulerunt. Virum quoque, magnæ inter eos Auctoritatis, cui nomen Theodorus, ex Insula Majorica, quo transmiserat, ad se revocant, nec non plurimum spei posuerant in potentiam Theodosii, in illa urbe inter cœteros opulentissimi, qui inter Judæos Patriarchæ Dignitatem gerebat. Sæculum V. A. C. 418.

Severus, ante breve tempus Episcopus Minoricæ creatus, tunc Jammonæ agebat, alia Insulæ urbe, quæ hodie dicitur Citadella, triginta milliariis, seu decem leucis Magona distans. Nullus Jammonæ Judæus erat, quippe persuasum habebant, se ibi vivere non posse. Inde proficiscentem Episcopum Severum magna populi fidelis multitudo alacriter secuta est, animum suggerebant visiones, quæ ut divinitus immissæ crederentur, eventus fecit. Porro Theodorus etiam Judæus somnium sibi oblatum multis Judæis, & Christianis narravit. *Eunti mihi in Synagogam*, inquit: *viri duodecim, brachia versus me extendentes,*

Sæculum V. A. C. 418.

dicebant: quo vadis? Leo ibi est! ad hæc *verba timore concussus, fugam parabam, cumque certum locum intrare vellem, Monachos ibi suavissime canentes audi. Increvit timor, nec animum colligere potuissem, nisi domum Ruben fuissem ingressus, unde ad Matrem meam, haud procul agentem, tanta qua potui virium contentione cucurri.*

Severus Episcopus Magonam adventans, Clericos misit, qui ipsum advenisse Judæis nuntiarent, eosque rogarent, ut ad Ecclesiam se conferre vellent. Responderunt, sibi illa die non licere Ecclesiam ingredi, quod Sabbatum esset. Jussit Episcopus renuntiari; *Ergo me in Synagogam venturum exspectate! non est nobis voluntas, vos ad opera servilia inducere; de quæstione legis agitur, ostendite nobis, ubi de ea colloqui, etiam Die Sabbati, vetitum sit!* Permoveri non potuere, ut ad Ecclesiam venirent, sed in Domum, in quam Episcopus diverterat, se contulerunt. Tunc Episcopus ad eos: *Rogo vos, fratres mei! edicite! cur tot lapides, tot arma congessistis, quasi vero cum latronibus vobis res esset? & hæc in civitate Romanorum Legibus subjecta? ut video sanguinem nostrum sititis, dum nos salutem vestram!*

Judæorum perfidia.

Judæi perturbati factum negarunt, addito etiam juramento. Episcopus dixit:

xit: *Quid juramento opus, quando res ipsa oculis nostris inspici potest? eamus ad Synagogam!* Iter ingrediuntur omnes, Christiani, & Judæi Psalmum canentes. Priusquam vero illuc pervenirent, mulieres quædam Judæorum ex editiori loco lapides in subeuntes Christianos, innoxie quidem, jaculatæ. Christiani quoque, utcunque obsisteret Episcopus, Judæos lapidibus invadunt, nemo tamen læsus. Tum vi Synagoga petiti, eandem, libris solis, iisque, quæ argentea erant, exceptis, cum ornamentis omnibus concremant. Sacri libri ablati, ne a Judæis profanarentur, argentum vero omne eidem restitutum, ne spoliatos se conqueri possent. Synagoga destructa, stupentibus Judæis, Christiani ad Ecclesiam rediere, Gratias agentes Deo, & Judæorum conversionem precibus flagitantes. Sæculum V. A. C. 418.

§. III.

Conversio Judæorum.

Ruben omnium primus aperte Judaicæ Legi renuntiavit; signo crucis inter alios Catechumenos recepto, fratribus Judæis obstinationem cordis exprobrare cœpit. Post Triduum Theodorus, magna Judæorum turba sequente, ad Synagogam combustam, cujus muri supererant, venit; etiam magnus Christianorum

Sæculum V. A. C. 418.

rum numerus confluxit; Theodoro fidenter disputante, & ad omnes objectiones ridente, populus Christianus una voce conclamare: *Theodore in JEsum Christum crede!* Putarunt Judæi, conclamari: *Theodorus jam credit!* igitur consternati, quod a suo Principe destituerentur, in diversa sparguntur; fœminæ dissipatis crinibus currebant, clamantes: *Theodore! quid feciſti?* Viri latebras in civitate quærere, aut ad montes confugere. Theodorus in foro perstitit, obstupescens, quod ab omnibus relinqueretur, vidensque Monachos, ut fomnium objecerat, cantantes. Tum ad eum Ruben: *Quid times? Domine Theodore! ſi Dignitatem, & bona tua ſalua cupis, in JEſum Chriſtum crede, ſicut ego credo.* Theodorus, postquam animum collegisset, ad Episcopum, & Christianos dixit: *Faciam, quod vultis, fidem meam oppignoro. Sed date, ut ad populum meum verba faciam, ſic converſio mea pluribus proderit.* Tunc vero omnes Christiani incredibili gaudio perfusi; hi in amplexum ruere, alii avide viri affatum quærere. Ipse domum rediit, & Christiani, pro more cantantes, in Ecclesiam concesserunt. Peractis sacris Mysteriis, cum egrederentur, magna occurrit multitudo Judæoram, qui venerant, ut ab Episcopo JEsu Christi signum pete-

peterent. Ergo in Eccleſiam reditur, Sæculum V.
aguntur Deo Gratiæ, atque Epiſcopus A. C. 418.
ſingulos in fronte ſignat.

Alia die Miſſa non ante horam ſeptimam, id eſt, primam horam poſt meridiem celebrari cœpta; quippe tamdiu Epiſcopus exhortando Judæos, qui ſe converſuri veniebant, & nomina eorum annotando, retardatus fuit, populi vero inſpectantis ſubita lætitia ita mentes occupavit, ut ad cibi capiendi tempus non adverteret. Sequenti die omnes avide exſpectabant, ut Theodorus, quod promiſerat, exequeretur. Ipſe volebat prius uxorem ſuam, quam in Inſula Majorica reliquerat, adducere, ne in Judaica perfidia permaneret, & a ſe peteret ſeparari; iſta excuſatio Chriſtianis quidem probabatur, ſed Judæi converſi dilationem non ferebant; ceſſit igitur fratribus inſtantibus Theodorus, cujus exemplum Judæi omnes ſecuti, & inter alios centum duorum annorum Senex. Judæorum etiam Doctores, ommiſſa diſceptatione, crediderunt. Judæi quidam advenæ, qui ventos navigationi faventes exſpectabant, proficiſcendi opportunitatem, quam converſionis occaſionem perdere maluerunt. Solummodo durioris cervicis fœminæ nonnullæ aliquamdiu reſtitere.

Judæi convertuntur.

Die octava, poſtquam Epiſcopus Severus Jammona advenerat, illo redire cogita-

Sæculum V. A. C. 418.

cogitabat; ad iter jam accincti pedibus accidit mulierum una, quæ fugitura navem conscenderat; ad continentem reducta, rogabat cum fletu, ut reciperetur; *Quare*, inquit Episcopus: *a fratribus tuis leviter discessisti?* Mulier respondit: *Jonas quoque Propheta fugere voluit a facie Domini, cujus tamen voluntatem etiam invitus adimplevit.* Tandem homines quingenti quadraginta intra octiduum conversi, nempe a quarto Nonas Febr. post Honorii, & Constantii Consulatum, id est, secunda Febr. anno 418. Judæi conversi, quæ de eorum Synagoga supererant, solo æquare cœperunt, novamque Ecclesiam non solum suis sumptibus, sed etiam manibus ædificare.

Severus Episcopus maximi momenti rem, ut contigerat, in Epistola, quæ hodieque conservatur, ad omnes Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & totius Mundi Fideles directa, narravit. Ex aliqua Lege Honorii, data 10. Martii ejusdem anni 418. apparet, Judæos ad munera in Palatio, & militia obeunda fuisse admissos, cum id imposterum fieri prohibeat; at permittit, ut officiis civilibus, aut Jurisconsultorum fungantur.

L. 24. C. Th. de Jud.

§. IV.

Sæculum V.
A. C. 418.

§. IV.

S. Stephani Reliquiæ Uzalæ.

Severi Episcopi Epistola Uzalam in Africa, cujus Sedis Evodius, antiquus S. Augustini amicus, Episcopus erat, allata, publice in Ecclesia ex editiori pulpito sub initium officii recitata est, eadem die, qua S. Stephani Reliquiæ in hanc Ecclesiam delatæ. Monachos Uzalenses, cum Orosium de hujus Sancti Reliquiis, quas in Oriente viderat, narrantem audivissent, cupido incessit, earum aliquam partem acquirendi; post diligentem inquisitionem phialam, sanguine ejus repletam, atque ossium fragmenta exilia, quasi spicarum acumina, acceperunt. Has Reliquias aliquamdiu, nemine conscio, servarunt; cumque die quadam de his sermo incidisset, Virgo Deo sacra, hæc audiens, cogitabat: *Quis vero scit, an revera sint Reliquiæ Martyrum?* Sequenti nocte somnium eidem oblatum, quod veridicum eventus probavit. Idem alteri Virgini contigit. 1. *de mirac. S. Steph.* c. 1.

Ubi Evodius Episcopus has Reliquias adesse comperit, ad locum extra Civitatem Uzalam, in quo memoria veterum duorum Martyrum Felicis, & Gennadii servabatur, se contulit, ibique S. Stephani Reliquias excepit. Tonsor, cui nomen Concordius, qui forte lapsus, pedem c. 4.

Sæculum V. A. C. 418.

dem fregerat, diu lecto affixus, cum opem S. Stephani imploraſſet, ſanatus eſt, ſuis pedibus ambulans ad Eccleſiam Martyrum venit, ut Deo gratias ageret, & poſtquam diu oraſſet, cereos accendit, ſuumque baculum ibi reliquit. (*) Epiſcopus, celebratis ſacris Myſteriis, ex hac Eccleſia proceſſit, infinita populi multitudine comitante. In Choros diviſi, cereos, facesque portabant, canentes Pſalmos, & illa verba ingeminantes: *Benedictus! qui venit in nomine Domini!* Epiſcopus, curru vectus, SS. Reliquias in ſinu gerebat. Ita omnes verſus Civitatem progredientes, ad veſperum illuc
c. 9. pervenerunt. Reliquiæ in Eccleſia ſub Abſide, id eſt, in Sanctuario, ſuper Epiſcopi throno, linteo contectæ, depoſitæ.

Eadem die mulier cœca, cui nomen Hilaria, piſtoris conjux, omnibus in urbe nota, ad Eccleſiam cum magna fide veniens, piam fœminam rogavit, ut ſibi manum porrigeret, & ad locum, Reliquiis proximum, duceret, tum manibus explorans, linteum, quo tegebantur, corripuit, ambobus oculis applicuit, & receſſit. Noctu limine domus egreſſa, muros proximos, & pavimentum lucente luna videre cœpit. Filium advocat, & ait:

(*) Ex his probatur antiquitas Peregrinationum, & cultus Reliquiarum.

ait: *Fili mi! nunquid hi muri sunt ædium vicini nostri?* Filius credidit, matrem hæc dicere, ut se ad loquendum provocaret; illa addidit, oculos in cælum levans; *Video lunam in theatro; necdum pleno orbe fulget.* Dixit Filius: *Quare cæcam te fingebas?* credens nunquam fuisse. Altera die mane, Gratias Deo actura, sine duce ad Ecclesiam venit. Sæculum V. A. C. 418.

Reliquiæ deinde super thalamum in loco clauso positæ; in foribus exigua fenestra aperiebatur, per quam syndones immittebantur, quarum attactu curabantur ægroti. Undequaque adveniebant peregrini, etiam procul distantes; plurima fiebant miracula. Ante S. Stephani Monumentum expansum velum, quod vir ignotus dono dederat; in eo Sanctus repræsentabatur, humeris portans crucem, cujus ima parte portam Civitatis pulsabat, & abigebat Draconem. Ejusmodi pictura in Ecclesia notatu digna est. *Lib. II. c. 1. n. 6.* *Lib. I. c. 12. c. 15. n. 2. II. c. 4. n. 2.*

Evodius Episcopus Reliquiarum partem separatam, in suo Monasterio argentea theca servaverat, eam in Ecclesiam, loci cujusdam, quem Promontorium dicebant, a Donatistis receptam, translaturus; Deus vero duobus revelavit, hanc translationem sibi ratam non futuram; & ecce, cum jam currus sterne- *c. 7.*

Sæculum V. A. C. 418.

tur, populus turmatim ad Ecclesiam concurrere, circumstare Episcopum, rogare, detinere, donec jurato promitteret, nihil se de S. Stephani Reliquiis ablaturum. Evodius igitur hanc Reliquiarum partem, juxta cœteras repositurus, solemni Processione ex Monasterio deferebat, cum cœcus lypsanothecam argenteam tetigit, & confestim vidit. Alter cœcus, recuperato visu, lampadem argenteam obtulit.

S. Stephani Reliquiæ.

Præf. *II. c. ult.*

Ut istorum miraculorum conservaretur memoria, Evodius ea ab uno suorum Clericorum litteris consignari jussit, cumque omnia referre non posset, magis memorabilia selegit. Hæc publice in Festo S. Stephani recitabantur; post singulorum miraculorum lectionem, illa persona, quæ sanata fuerat, in medio populi investigabatur, exempli causa, Hilaria, quæ oculorum usu caruerat; per medium Ecclesiæ sola progredi jubebatur, gradus Absidis ascendebat, & aliquamdiu stans ibi morabatur, ut a populo videretur. Ita etiam Paralyticus forte sanatus, & omnes alii singulatim se sistebant. Sic populus miracula non tam audire, quam conspicere sibi videbatur, & qui exclamaverant præ admiratione, cum legerentur, ad spectaculum clamores, & lacrymas geminabant. Hinc idem Scriptor secundum librum de miraculis addidit, qui

II. c. 1.

hodie-

hodieque nobis supereſt. In illis videmus, S. Stephanum juvenis ſpecie, & aliquoties veſtibus Diaconi indutum apparuiſſe. Sæculum V. A. C. 418.

His miraculis Uzalenſibus aliquæ reſuſcitationes mortuorum accenſentur; unum ejusmodi prodigium a S. Auguſtino iisdem ferme verbis refertur. Puer Catechumenus, necdum ablactatus, fato abreptus eſt; Mater dolens filium æternum perire, ad S. Stephani Reliquias cucurrit, in hunc modum orans: *Jam vides, omni me ſolatio orbatam! redde mihi filium meum, ut aliquando eum ante Thronum illius, qui te coronavit, inveniam;* diu ita oravit, lacrymarum torrentes profundens. Tandem revixit puer, & vocem edidit. Illico mater viventem ad Presbyteros detulit, baptizatur, ungitur, manuum impoſitionem recipit, & omnia Sacramenta, id eſt, Confirmationem, & Evchariſtiam, quæ ſemper poſt Baptiſmum præbebantur. At mox iterum puerum Deus e vivis eripuit, & mater defunctum ſepulchro intulit eo vultu, & ea hilaritate, ac ſi in ſinu Beati Stephani depoſuiſſet. Hæc ſunt verba S. Auguſtini, qui etiam alibi de miraculis Uzalæ editis mentionem fecit. *c.* 4. *c.* 15. *Aug. ſerm.* 323. 324., *XII. Civit. c.* 8. *n.* 21. *ibi. n.* 20.

Sæculum V.
A. C. 418.

§. V.

Miracula Calamæ patrata.

ibid. n. 12. Sanctus Auguſtinus teſtatur, multa miracula Calamæ fuiſſe patrata, ubi Poſſidius Epiſcopus ſedebat, & monumentum S. Stephani aſſervabatur. Miracula, quæ refert, ſunt ſequentia: *Presbyter Hiſpanus, cui nomen Eucharius, Calamæ incola, multo tempore calculo laboravit, per S. Stephani Reliquias ſanitatem impetravit, cum deinde idem alio morbo occubuiſſet, jamque pararent corpus ſepulturæ dare, una ex tunicis ejus, quæ ad Sancti Monumentum delata fuerat, reportatur, funeri injicitur, & reſurrexit defunctus.* *n. 14.* *Duo quoque viri, podagra vexati, unus civis Calamanus, & alter hoſpes ſanati ſunt, & civis quidem ſtatim, hoſpiti autem per revelationem remedium indicatum, quod dolores, quotiescumque redirent, mitigabat.* *n. 13.* *Cuidam ex civitatis primoribus, cui nomen Martialis, jam ſeni, & animo a Religione Chriſtiana admodum averſo, filia erat fidelis, cujus maritus eodem anno Baptiſmi fonte ablutus fuerat. Cum ægrotantem viderent, cum lacrymis rogabant, ut Chriſtianus eſſe vellet; renuit ipſe, & indignans inſtantes repulit. Genero ejus in mentem venit, ut ad Monumentum S. Stephani iret, & pro Soceri converſione oraret.*

Ivit,

Ivit, & magno fervore preces fudit, recedens, ex altari ſparſos flores, qui forte aderant, domum detulit, & noctu prope caput decumbentis depoſuit. Omnes dormitum concedunt, ecce! antequam illuxiſſet, clamavit Martialis, ut aliquis ad Epiſcopum accerſendum properaret. Is tunc forte Hippone apud S. Auguſtinum diverſabatur, quod ut Martiali relatum, ſcilicet Epiſcopum eſſe abſentem, petiit, ut Presbyteri venirent; adſunt illi, dixitque ægrotans, ſe credere, & mirantibus univerſis baptizatur. Exinde usque ad obitus ſui diem, qui haud diu abfuit, ſemper in ore habuit illa S. Stephani verba: *JEſu Chriſte! accipe Spiritum meum!* cum tamen ignoraret, hæc S. Stephani ultima verba fuiſſe. Omnia hæc miracula, Calamæ patrata, a S. Auguſtino referuntur. Sæculum V. A. C. 418.

n. 10. Cum Projectus Epiſcopus S. Stephani Reliquias ad locum in Numidia, quem ad aquas Tibilitanas dicebant, deportaret, magna populi frequentia, mulier cœca rogabat, ut ad Epiſcopum duceretur. Obtulit, quos habebat, flores ad contactum, iterumque receptos oculis ſuis impoſuit; illico, clare videns, incedere ſola, & alios præcurrere cœpit. *n.* 11. Lucillus Epiſcopus Sinitenſis haud procul Hippone jam diu fiſtula afflictus, Chirurgi ſibi amiciſſimi, qui ulcus exſecaret,

Sæculum V. A. C. 418.

manum exspectabat. Interim dum undique populo circumfusus & S. Stephani Reliquias portans, procedit, subito sanatur, nullo remanente mali vestigio. In Ecclesia pagi, qui Audurum dicebatur, Reliquiæ S. Stephani servabantur. Puer in foro lusitans rotis plaustri, bobus junctis, proteritur, statimque palpitans expirat. Corpusculum a Matre ante Reliquias positum; & ecce! resurrexit puer, deletis etiam vulnerum vestigiis. *n.* 16. Cum quædam Sanctimonialis jam ad extrema deduceretur in proximo pago Gaspaliana dicto, tunicam ejus ad Reliquias deferunt, dum cum ea redeunt, exspiraverat Virgo; tum Parentes mortuæ corpus illa tunica contegunt, cujus contactu resurrexit. Hæc omnia prodigia inter ea, quæ ipsi cæteris magis erant explorata, S. Augustino referente didicimus.

§. VI.

Initium Causæ Apiarii.

Aug. ep. 229. al. 262. Epist. Conc. Bonfr. ad Bonif. to. 2. Conc. p. 1671. Ep. ad Cœlest. p. 1674.

Urbanus Episcopus Sicanus in Mauritania Cæsariana, S. Augustini amicus, excommunicaverat Apiarium Presbyterum, quod contra Canones ordinatus & etiam multis criminibus infamis esset, quorum eum Tabracenses cives accusabant. Apiarius causam suam Romam ad Zosimum Papam deferri curavit, qui tres Lega-

Legatos in Africam misit, Faustinum E- Sæculum V.
piscopum Potentinensem in Piceno, Phi- A. C. 418.
lippum, & Asellos Presbyteros. Ubi Carthaginem pervenerunt, congregati cum Aurelio Episcopi interrogarunt, quæ ipsis Papa mandata dedisset; nec eo contenti, quod sibi commissa viva voce expromerent, rogarunt, ut instructionem, quam scriptam habebant, prælegi paterentur. Postquam fuit recitata, apparuit, quatuor capita continere. Primum erat de Episcoporum appellationibus ad Papam. Secundum contra Episcopos importune ad aulam Cæsaris proficiscentes. Tertium, ut Presbyterorum, & Diaconorum causæ, casu, quo a suis Episcopis insontes excommunicati fuissent, coram Episcopis vicinis agerentur. Quartum, ut Urbanus Episcopus excommunicaretur, aut etiam Romam citaretur, nisi, quæ corrigenda videbantur, corrigeret.

Recitatis Papæ mandatis, nulla contra secundum articulum difficultas mota, cum jam antea Episcopi Africæ in Concilio Carthaginensi anno 407. Canonem condidissent, ne Episcopi, & Presbyteri ex levi causa ad aulam Principis se conferrent. At quod attinebat ad articulum primum, per quem Episcopis licebat Romam appellare, & tertium, ut Clericorum causa ad tribunal vicinorum E-

Sup. XIII. 14. *Cod. can.* *n.* 106.

Sæculum V. A.C. 418.

piſcoporum devolveretur, Epiſcopi Africæ in Papæ poſtulata conſentire non potuere. Quia vero Papa in eorum confirmationem Canones Nicænos allegabat, dixerunt Epiſcopi, ſe iſtos Canones in iis, quæ haberent, deſcriptis exemplis non invenire. Nihilominus ob illius Concilii Reverentiam ad Zoſimum Papam hoc anno 418. ſcripſerunt, paſſuros ſe, ut hæc interim ad breve tempus obſervarentur, donec de Canonibus Nicænis plenius informarentur. Epiſcopi Africæ conſentiebant, ut Clerici, ſi in judicio ſui Epiſcopi læſos ſe crederent, ad Primatem, & Concilium Provinciale, non autem ad vicinarum Provinciarum Epiſcopos recurrerent. Canones autem Sardicenſes, a Papa nomine Concilii Nicæni allegatos non noverant, quia Donatiſtæ Pſeudo-Concilium Sardicenſe vero ſubſtituerant. (*)

v. Grot. tom. 2. Conc. p. 1139.

v. Perron. Repl. ch. 52. p 396. Aug. ep. 44. al. 163 c. 3. n. 6.

Sup. XX. §. 31.

§. VII.

Zoſimi obitus. Schiſma Bonifacii, & Eulalii.

Sup. XXIII. §. 39. Proſp. Chro. an. 417

Zoſimus Papa haud diu poſt hæc, id eſt,

(*) Præter hanc cauſam, Anonymus I. dicit Zoſimum Papam erraſſe, dum duos celebres Canones tanquam Decreta Nicæna adduxit, ſed excuſatione dignum fuiſſe errorem, quia Concilium Sardicenſe erat quædam Concilii Nicæni confirmatio. Mentio de his Canonibus inferius recurret.

est, 26. Dec. ejusdem anni 418. ad superos abiit, cum sedisset anno uno, & novem mensibus. Dicitur præcepisse, ut Diaconi pallas lineas in brachio sinistro gestarent, unde usus manipulorum ortus, atque concessisse, ut Cereus Paschalis in Parochiis benediceretur. Mos hic in Ecclesiis principalioribus jam prius vigebat, ut ex hymno Prudentii hac super materia cognoscitur. Prohibuit quoque, ne Clericis in popinis potus præberetur, sed solummodo in ædibus Fidelium, præsertim Clericorum sitim sedarent. Ordinavit semel mense Decembri Presbyteros decem, Diaconos tres, & octo in diversis locis Episcopos. Diu gravi-ter ægrotavit, sæpius mortuus creditus. Sepultus est in via Tiburtina prope S. Laurentii corpus. (*)

Sæculum V. A. C. 418.

Rel. Symm. ep. Baro. an. 418. in fin.

Illa

(*) Hier hat der protestantische Uebersetzer eine Anmerkung gesetzet, in welcher er mit einem grossen Vergnügen die Person, und das Betragen des Pabstes Zosimus antastet. Er saget unter andern, auf der 269. Seite im 4ten Theile; Einige seiner Briefe an andre Bischöffe zeugen zur Genüge davon, daß er sie für Leute angesehen, die unendlich kleiner wären, als er ꝛc. Es stecket nämlich diesem Menschen der grundfalsche Satz im Gehirne, es müßten alle Bischöffe gleich seyn, wie er es in seiner Vorrede gesaget; Dieser Satz ist ausdrücklich wider die Worte Christi,

Sæculum V. A. C. 418.

Illa tempestate urbis Romanæ Præfectus erat Symmachus, illius Symmachi filius

sti, und so bald sich die Christen vermehret haben, sind die Metropoliten, oder Erzbischöffe entstanden, worunter nothwendig einer der Oberste seyn mußte, sonst wäre aus der Christenheit eine Kirche geworden, gleich den Augspurgischen Confessionisten, oder den Reformirten, oder der Englischen Kirche ohne Haupte, ohne Einigkeit, ohne einem einzigen Zeichen, daß es die Kirche Jesu Christi seyn könne. Einer jeden Kirche, die nicht mit der Römischen in Gemeinschaft steht, kann man den Vorwurf machen, welchen der heil. Augustinus den Donatisten machte: Meynet ihr wohl, daß die wahre Kirche JEsu Christi bey euch allein in einem Winkel von Africa seyn könne? Die Africanischen Bischöffe haben sich nur über den Mißbrauch der Appellation nach Rom beklaget, und wenn sich Pabst Zosimus in etwas übereilet, so folget nichts anders daraus, als daß er einen Fehler begangen hätte, welcher den Grund des päbstlichen Gewaltes nicht berühret. Ansonsten ersieht man aus der ganzen Schreibart der Africanischen Vätter, daß Geringere an ihren Obern schreiben, zum Exempel da sie sagen: Epist. ad Bonifac. *Et nunc de tua posscimus Sanctitate, ut quemadmodum ea a Patribus apud Nicæam constituta sunt, sic ea a nobis facias custodiri, & ibi apud vos ista, quæ in Commonitorio attulerunt, facias exerceri.* Endlich damit der Uebersetzer seinen Schmähungen

lius, qui sub Theodosio Magno floruerat. Sæculum V.
Ut primum Zosimus Papa e vivis abie- A. C. 418.
rat, Symmachus, vocato ad concionem *Prosopogr. Gotofr.*
populo, monuit, ut Clericis eligendi li-
bertatem relinquerent, minas etiam ad-
jecit, si opificum societates, & diversa-
rum in urbe Regionum Duces quidquam
turbarent. Pars Episcoporum convene-
rat, ut pro more de Electione delibera- *Libell. Pres-*
rent; sed antequam exequiæ Zosimi fu- *byt. ap. Bar.*
issent finitæ, Eulalius Archidiaconus Ec- *A.* 419.
clesiam Lateranensem occupat, & omnes
ferme aditus claudit. Ipsi Diaconi, ali-
qui ex Presbyteris, & satis magna populi
pars favebant. Biduo ibi permansit, ex-
pectans

---

gen wider den Pabst Zosimus das rechte Gewicht gäbe, hat er dasjenige, was der Herr Fleury aus einem Briefe dieser Väter um das Jahr 419. herausgezogen, unrichtig übersetzet. *Nous croyons, avec la Misericorde de Dieu, que tant, que vous présiderés a l' Eglise Romaine, nous ne souffrirons plus cette vexation, & que l' on nous traitera suivant la Charité Fraternelle, que vous connoissés si bien.* Latine: *Credimus, cum Misericordia Dei, quamdiu Ecclesiæ Romanæ præfuturus es, nos ejusmodi vexationem non amplius esse passuros, teque in nos Charitate usurum fraterna, quæ tibi maxime familiaris est.* Dieses hat unser Protestant also gegeben: So hoffen wir, daß wir nicht mehr die Wirkungen des fleischlichen Stolzes, und der *Arroganz* fühlen werden.

Sæculum V. A. C. 418.

pectans ſolemnem ordinationis deſtinatam diem, nempe proximam Dominicam, quæ hoc anno 418. in 29. Dec. incidebat. Interim major Clericorum, & populi pars in Eccleſia Theodori collecta, quibus firmiter propoſitum erat, eligere Bonifacium, Presbyterum Senem, in Lege Dei verſatiſſimum, & probatiſſimis moribus, qui Epiſcopatum averſabatur, atque eo ipſo, eligentium judicio, Epiſcopatu digniorem. Miſerunt Presbyteros tres, qui Eulalio, traditis litteris, nuntiarent, ne quidquam, inconſulta majori Clericorum parte tentaret. Hi Presbyteri male excepti, & carceri dati ſunt.

Symmachus Præfectus, Eulalii fautor, omnes Presbyteros, qui pro Bonifacio ſtabant, ad ſe vocatos etiam additis minis hortatur, ne quidquam contra Canones facerent; nihilominus in Eccleſiam S. Marcelli convenerunt, ibique Bonifacium in Epiſcopum Romanum elegerunt, die Dominica vigeſima nona Dec. omnibus cæremoniis requiſitis, a novem ex diverſis Provinciis Epiſcopis ordinatus eſt; cum his ſeptuaginta ferme Presbyteri actis Electionis ſubſcripſere. Electum deinde in S. Petri Baſilicam deduxerunt. Ex altera parte Eulalius ordinatus eſt ab Epiſcopo Oſtienſi, quem annis, & morbo fractum accerſiverant, quia ipſi pro more antiquo Papam ordinare compete-

Schisma.

petebat. Eadem die 29. Dec. Symmachus Præfectus ad Imperatorem Honorium, Ravennæ residentem, quæ Romæ acta essent, perscripsit; Electionem Bonifacii factionis nomine notat, & quid Imperator jubeat, requirit, ad quem inter alia dicit, ipsius esse in hac causa sententiam ferre. Simul Acta submisit, quibus Eulalii causa melior videbatur. Sæculum V. A.C. 419. *Sup. l. XIX. §. 34.*

Imperator Honorius actis, a Symmacho missis, fidem adhibuit, Eulalium pro Episcopo habuit, jussitque Bonifacio nuntiari, ut Roma excederet, &, si imperium detrectaret, vi expelli. Symmachus seditiosorum capita custodiæ traderet, & pro meritis castigaret; cum his mandatis Aphrodisium Tribunum, & Notarium, qui ea exequeretur, misit. Istud Rescriptum datum est tertia Jan. anno 419. Hæ litteræ Symmacho solemni festo, nempe Epiphaniæ, redditæ; statim suum Primiscrinium, seu qui epistolis præerat, misit, qui Bonifacium ad se accerseret, ut Imperatoris mandata perciperet, atque tam a Processione, quam celebrando officio abstineret. Nihilominus Bonifacius procedere ulterius non omisit, & populus missum a Symmacho Ministrum affecit verberibus. His compertis, Symmachus versus S. Pauli Ecclesiam extra Civitatem progressus est, quo Bonifacius se receperat, populusque erat congregatus;

Sæculum V. A. C. 419.

tus; hoc non obstante Bonifacius iter versus urbem prosequebatur, &, repulsis Symmachi servis, intravit; verumtamen denique majori numero cedere coactus est; populus, qui eum comitabatur, fuga dissipatus. Interim Eulalius Festum in Ecclesia S. Petri celebravit, ubi hodieque statio diei Epiphaniæ notata. Hæc omnia sine majori tumultu, aut seditione evenere, quæ Symmachus die 8. Jan. ad Imperatorem perscripsit.

Miss. Rom.

§. VIII.

Honorius de causa schismatis cognoscit.

Presbyteri, Bonifacii Electores, ad Imperatorem scripsere, ut meliora edoceret. Rei veritatem exponunt, rogantque, ut priora Edicta revocaret, atque Eulalium cum suis fautoribus coram se comparere juberet, prommittunt sua ex parte Bonifacium Papam cum Episcopis, & Presbyteris, qui elegerant, venturum, consentiunt, ut qui comparere noluerint, Roma exulare cogantur. Imperator Honorius huic libello aures benignas præbuit, mandata ad Symmachum deferri jussit, ut prioris Rescripti executionem suspenderet, Bonifacio, & Eulalio significaret; Ravennam octava Febr. cum omnibus tam unius, quam alterius ordinationis auctoribus se sisterent, qui contumax fuisset, illius ordinationem illicitam decla-

declarandam. Secundum istud Rescriptum Aphtonius, Palatii Decurio, decima quinta Jan. attulit. Simul Imperator multos ex diversis Provinciis Episcopos convocavit, hanc causam judicaturos. (*) Symmachus Romæ secundum hoc Rescriptum promulgavit, Bonifacio, Eulalio, & utriusque partis Clericis indicavit, prohibuit, ne diversarum partium populi in eandem Ecclesiam convenirent. Libellos, sibi ab una, alteraque parte oblatos, ad Imperatorem misit, jamque se ipsum purgare, & neutri parti addictus videri satagebat. Ejus Epistola 25. Jan. data est. Sæculum V. A. C. 419.

Episcopi Ravennam convocati, & in Concilio congregati, decreverunt, ut Episcopi, qui vel uni, vel alteri ordinationi contestatæ interfuissent, nec tanquam Judices, nec tanquam testes admitterentur. Id Imperatori quoque probatum; cum vero sententiæ in hoc Concilio in unum non collinearent, definitionem in primam diem Mensis Maji distulit. Interim Festo Paschatis appropinquante, quod hoc anno 419. in diem 30. Martii incidebat, Imperator, suadente Concilio, & Partibus consentientibus, jussit; Bonifacius, & Eulalius Roma exesſent,

(*) Ecce! Episcopos Judices, non vero Imperatorem!

Sæculum V. A. C. 419.

essent, Sacra autem Mysteria Achilles, Episcopus Spoletanus, qui neutri parti adhærebat, celebraret. Hac de re Imperator ad eum litteras dedit. Scripsit etiam ad Symmachum, ut tumultum compesceret. Tandem etiam ad Senatum populumque Romanum mandata misit. Ultimæ hæ litteræ decima quinta Martii datæ.

Præterea Imperator Honorius ad alios etiam Episcopos litteras dedit, quibus eos ad Concilium convocabat die prima Maii auspicandum; nominatim ad S. Paulinum, cujus merita, & Sanctitas ipsi perspecta erant; hunc, ad prius Concilium invitatum, ne veniret, morbus impedierat. Ad Episcopos quoque Africæ, & Galliæ scripsit, Concilii diem usque ad 13. Jun. differens. Præter Epistolam ad omnes Africæ Episcopos communem una singulatim ad Aurelium Carthaginensem data erat, & alia circularis ad septem principalium Sedium Episcopos, quos inter primi tres S. Augustinus, Alypius, & Evodius emicabant.

§. IX.

Eulalius Roma pulsus.

Interim Romam veniens Eulalius 18. Martii, Præfecto Symmacho insscio, intravit. Eadem die Achilles Episcopus Spoletanus ad Præfectum Epistolam dedit, signi-

significans, mandatum sibi, ut Festa Paschalia Romæ celebraret, & ipse post triduum advenit. Ad ejus adventum commotus est populus; non nulli in foro armati convenere. Symmachus cum præcipuis Civitatis viris, ut de pace Reipublicæ ad populum diceret, statim ad Conventum processit. Exspectabatur Achilles, ut, quæ ei ab Imperatore mandata, publice legerentur, sed venientem populi multitudo accedere vetuit. Tum Symmachus, & Vicarius, premente populo, forum Vespasiani ingressi, conciliare disceptantes satagebant, cum derepente servi armati Eulalii Sectatores, inermes, persequi cœperunt; non nulli vulnerati, ipsum etiam Præfectum, & Vicarium invadunt, atque via aversa fugere cogunt. Seditiosorum aliqui deprehensi, & in custodiam detrusi. Hæc habemus ex narratione Symmachi ad Constantium, 23. Martii data, qua epistola etiam petit, ut sibi, quid ante festa Paschalia agendum, præcise mandetur, quod utriusque factionis populi inter se conflicturos atque alter alterum ex Basilica Lateranensi deturbaturum minitarentur. Constantius hic idem est, qui adversus Tyrannos in Gallia, & Hispania Imperio Romano utilissimam operam impenderat; in fortitudinis præmium eidem Imperator Honorius sororem suam, Gallam Placidiam, dederat

Sæculum V. A. C. 419.

Sæculum V. A. C. 419.

uxorem, Fratrem appellabat, eumque postmodum Imperii Socium adlegit. Is tunc Honorii mandata per manus Vitalis sui Cancellarii, ita tunc amanuenses vocabantur, ad Symmachum transmisit. Rescriptum Honorii, 25. Martii signatum, hæc ferebat: *Cum Eulalius Romam ingressus fuerit, spretis præcedentibus mandatis, quibus uterque æmulus ingredi prohibebatur, absolute urbe exeat, ut causa seditionis tollatur; nisi obediat, non solum Dignitate, sed etiam libertate privetur, nec excusationi servire possit, quod populus eum vi retineat. Si quis Clericorum cum eo communicet, eandem pœnam subibit, nec non pro cujusque conditione Laici. Episcopus Spoletanus per dies Sanctos Paschæ officium Divinum celebrabit. Hæc Præfecti Symmachi Ministri sub pœna gravissimæ mulctæ, aut capitis exequantur.*

Symmachus, quid mandatum fuerit, eadem die Eulalio nuntiari jubet, qui lectis litteris, se hac de re deliberaturum respondit; sed utcunque Præfectus instaret, excedere noluit. Altera die iterum monetur, ipse nihilominus, collecta populi parte, Basilicam Lateranensem occupat, ubi baptizavit, & Pascha celebravit.

Lib. Pontif. Præfectus Symmachus misit, qui omnium civium ordines, & milites excirent, ut Eulalium ejicerent; ipse ire noluit, ne in eum

eum Religionis suæ causa suspicio cade- Sæculum V.
ret. Verosimile est, Symmachum, sicut A.C. 419
Parentem ejus scimus, Gentilem fuisse. Itaque, Eulalio Ecclesia Lateranensi depulso, custodes ponuntur, ut Achilles Spoletanus solemnia peragere tranquille posset. Eulalius ipsa urbe etiam ejectus, & in exilii sui locum ductus. Non nulli Clerici ejus factionis, qui turbas movebant, capti.

His compertis, Imperator Honorius declaravit, Eulalium jure expulsum, Bonifacius vero Romam ingrederetur, & Ecclesiæ Regimen capesseret. Hoc Rescriptum datum Ravennæ tertia Aprilis, Romæ octava redditum. Senatus, populusque summæ lætitiæ signa dedere. Bonifacius post biduum inter populi concurrentis plausus urbem intravit. Ita pax reducta. Eulalius Episcopus Nepesinus fuit. Extincto Schismate, Imperator Honorius, jussis contrariis mandavit, ne Episcopi Africæ venirent, idem verosimiliter omnibus aliis, qui ad Concilium 13. Junii futurum vocati, indicatum. Tota hæc *an.* 418. 419.
Schismatis Eulalii Historia ex Actis, a Cardinali Baronio publicatis, excerpta.

§. X.

Concilium Carthaginense 419.

Legati, quos Zosimus Papa in causa Apiarii in Africam miserat, adhuc dum ibi *to.* 2. *Conc. p.* 1589.

Sæculum V. A.C. 417.

commorantes, interfuerunt Concilio Generali Africæ, quod Carthagine in aula Basilicæ Fausti, octavo Calendas Junii, post duodecimum Consulatum Honorii & octavum Theodosii, id est, vigesima quinta Maji, hoc anno 419. actum est. Id inter Concilia Carthaginensia sextum habetur. Aurelius præsidebat cum Valentino, Numidiæ Primate, assidebat deinde Faustinus, Episcopus Potentinensis, unus ex Legatis Pontificis, tum ex diversis Africæ Provinciis missi, scilicet ex utraque Numidia, ex Byzacena, ex utraque Mauritania, Tripolitana, Provincia Proconsulari, numero ducenti, septendecim Episcopi; post hos omnes alii duo Papæ Legati, Philippus & Asellus; Presbyteri sedebant; (*) Diaconi stabant.

ibid. p. 1042. Gr.

Conc. Carth. VI. n. 1. n. 2. Sup. n. 6. n. 3.

Aurelius conventum auspicatus est, jubens, ut Canones Concilii Nicæni legerentur; at Legatus Faustinus, lectionem interrumpens, petiit, ut prius mandata, sibi, & Collegis suis a Zosimo Papa tradita, legerentur. Igitur prælecta sunt, eratque insertus Canon, quo Episcopo, a Concilio Provinciali depositio, permittitur ad Papam appellare, & petere, ut judicium coram Episcopis vicinæ Provinciæ, & Legato Papæ discutiatur. Canon iste

(*) Hi Presbyteri non ad Concilium celebrandum erant missi.

iſte referebatur, ac ſi fuiſſet Concilii Nicæni, quamvis eſſet Canon quintus Concilii Sardicenſis. Ideo S. Alypius, lectorem interpellans, dixit: *ad hunc articulum jam in præcedentibus noſtris litteris reſpondimus, &, quæ in Concilio Nicæno ſtatuta fuere, ſervare promittimus; id vero nos moratur, quod, dum Græca Concilii Nicæni Exempla inſpicimus, neſcio qua de cauſa, hæc verba non inveniamus. Quapropter rogamus te, S. Papa Aureli! ut viros mittas Conſtantinopolim, ubi hujus Concilii Archetypum aſſervari dicitur, atque etiam ad Venerabiles Epiſcopos, Antiochenum, & Alexandrinum, ut illud nobis, addito ſuarum litterarum teſtimonio, transmittant, & nullum amplius ſuperſit dubium. Rogandus quoque eſt venerabilis Epiſcopus Eccleſiæ Romanæ Bonifacius, ut ad easdem Eccleſias mittat, atque inde exempla Concilii Nicæni afferri jubeat. Nunc inſerantur actis noſtris talia, qualia habemus.*

Sæculum V. A.C. 419.

Concilium Carthaginenſe.

Sup. XII. §. 39. *n.* 4.

Fauſtinus legatus, proteſtatus, ne hæc commonitio Eccleſiæ Romanæ juribus noceret, ſubjunxit; ſuffecturum, ſi ſolus Papa in genuina exempla inquireret, ne lis inter Eccleſias orta videretur. Aurelius ſuaſit, ut ad Papam omnia, quæ geſta eſſent, ampliſſime referrentur. In id totum Concilium conſenſit. Epiſcopo Novato, ex Mauritania delegato, poſtulan-

n. 5.

Sæculum V. A. C. 419.

te, locus aliquis ex mandatis Legatorum Romanorum prælectus, ubi decimus quartus Canon Concilii Sardicensis inserus erat, quo Presbytero, vel Diacono, a Episcopo suo excommunicato, licentia fit, ut ad Episcopos vicinos recurrat. Ad hunc articulum S. Augustinus dixit: *præmittimus, etiam hunc observare, salva nostra libertate, ut accuratius in Decretis Concilii Nicæni inquiramus.* Aurelius vota collegit, & omnes consenserunt, ut Decreta Concilii Nicæni observarentur. Faustinus Legatus dixit, sibi videri, ut ad Papam scriberetur super hoc articulo, de quo fuerat locutus S. Augustinus, & ad Clericos infra Episcopum pertinente, cum etiam iste in dubium revocaretur. Tum jubente Concilio Decreta Concilii Nicæni lecta, secundum exemplar allatum a Ceciliano Episcopo Carthaginensi, qui illi Synodo adfuerat, & statutum, quod Alypius suadebat, ut tabellarii mitterentur ad Episcopos Antiochenum, Alexandrinum, & Constantinopolitanum, qui Decreta, tunc dubia, confirmarent, si ea in authographis invenirentur, & si non invenirentur, hac super re in Synodo deliberaretur. In actis hujus Concilii Carthaginensis Symbolum Nicænum, & viginti illius Concilii Canones inserti.

n. 6. al. 17.

n. 7.

n. 8.

Conc. Carth. III. c. 47. Triginta tres Canones sunt, qui huic Concilio tribui solent, quos melius in Con-

Conciliis præcedentibus conditos, in isto renovatos dicere oporteret. Vigesimus quartus Canon continet Catalogum Scripturarum, qui etiam Concilio anni 397. tribuitur; est nostro, quem hodie habemus, plene conformis. Post Canonem 33. hæc leguntur: *lecta etiam sunt varia universæ Provinciæ Africæ Concilia, prioribus temporibus celebrata.* Tunc septendecim recensentur, quorum primum est Hipponense anni 393. octava Octobr. & ultimum Carthaginense anni 418. prima Maji. Omnia suo tempore retuli, excepto secundo Carthaginensi, vigesima sexta Junii, anno 394. Quarto, anni 397. 26. Junii. Et quinto, decima quinta Junii, anno 409. de quibus nihil aliud scimus, quam quod in isto Concilio an. 419. eorum mentio occurrat.

Sæculum V. A.C. 419.

Sup. XX. §. 18.

v. inf. Lib. XXXII. n. 3. Sup. XIX. n. 41.

§. XI.

Continuatio Concilii Carthaginensis Sexti.

Alia deinde Sessio ejusdem Concilii trigesima Maji, anno 419. secuta, quam non nulli Concilium Carthaginense septimum dicunt. Cum multi Episcopi necessitatem ad suas Ecclesias redeundi proponerent, statutum, ut eligerentur Deputati, qui ea, quæ restabant, expedirent; ergo viginti duo selecti sunt, inter quos etiam S. Augustinus, Alypius, & Possidius fuere.

to. 2. Conc. p. 1603.

Sæculum V. A.C. 419.

fuere. In eadem Sessione sex Canones circa accusationes Clericorum condit.

128. Ab accusandi facultate arcentur excommunicati, Hæretici, Gentiles, Judæi, in

129. famia laborantes, quales sunt Mimi, mancipia, liberti eorum, qui accusantur, & omnes illi, quos leges jure actionis publicæ excludunt. In propria vero causa, & se ipsos privatim tangente, agere possunt. Qui accusare non possunt, hi neque ut testes in judicio admittuntur; nec eorum testimonium valet, quos Actor ex domo sua producit, nec eorum, qui infra

131. annos quatuordecim sunt. Qui in probando uno accusationis capite deficit,

130. ad probanda cætera non recipitur. Si quis Episcopus dicat, quemquam sibi soli

132. crimen confessum fuisse, & ille neget, vitio non vertat Episcopus, si ipsi soli fides

133. non habeatur. Et si dicat, sibi per conscientiam non licere communicare cum accusato, alii Episcopi cum isto Episcopo non communicabunt. Post hæc Aurelius Concilio finem imposuit, & Bonifacio Papæ scribere in alteram diem distulit. In Synodali Epistola initio dicitur;

to. 2. *Conc.* p. 1670. ex causæ hujus discussione contentiones fastidiosas ortas, sine læsione tamen charitatis; deinde subjungitur: *quia Asterius Presbyter, cujus ordinatio, & excommunicatio tot scandalorum in tota Africa occasio fuit, veniam omnium suorum delictorum*

florum petiit, Communioni reſtitutus eſt. Sæculum V.
Confrater vero noſter, Urbanus, Epiſco- A.C 419.
pus Sicanus, promptiſſime corrigenda emen-
davit. Quia etiam paci, & quieti Eccle-
ſiæ non modo præſenti, ſed & futuris tem-
poribus providendum erat, juſſimus, ut
Presbyter Apiarius ab Eccleſia Sicana diſ-
cedat, ordinis ſui honorem retineat, &
dentur ei litteræ, quibus ei functiones Pres-
byteri, ubicunque vellet, & poſſet, exerce-
re concederetur.

Mentionem deinde injiciunt de epiſtola, quam anno ſuperiore ſcripſerant, de mandatis, a Zoſimo Papa Legatis ſuis injunctis; tum proſequuntur: *conſentimus, ut Sanctitas Veſtra ea a nobis obſervari jubeat, quæ in Concilio Nicæno decreta, & petimus, ut ea ultra mare apud vos uſu retineri curetis, quæ in Zoſimi mandatis continentur* (nempe Canones Concilii Sardicenſis, quos deinde tranſcribunt) & addunt: *Si hæc Decreta in Concilio Nicæno leguntur, & apud vos in Italia obſervantur, nullam amplius hac de re faciemus mentionem, nec ea accipere detrectabimus. Si vero aliud in Canonibus Nicænis invenitur, in miſericordia Dei ſperamus, quamdiu Eccleſiæ Romanæ præeris, immunes nos ab ejuſmodi vexatione futuros, & nobiscum in Charitate fraterna, quæ tibi notiſſima eſt, agendum. Itaque rogamus te! ad Epiſcopos Africæ, Alexandriæ*

Sup. n.6.

v. Græca. pag. 403. v. Perron.

Concilium Carthaginenſe.

Sæculum V. A.C. 419.

xandriæ, Constantinopolis, & ad quæcunque libuerit, scribas, ut nobis Canones Nicænos mittant. Quis enim de veritate exemplarium, ab his illustrissimis Episcopis allatorum, quæ sibi consentanea erunt, dubitare poterit? interim ea, quæ nobis in mandatis Zosimi de Appellationibus Episcoporum ad Episcopum Romanum, & judicio Clericorum coram Episcopis suarum Provinciarum, indicata sunt, observanda promittimus. Cætera, quæ in nostro Concilio gessimus, cum Fratres nostri, Episcopus Faustinus, atque Presbyteri Philippus & Asellus acta secum ferant, ex iis discent.

Legati Papæ ad sua rediere, soluto Concilio; id ex Conciliis Africæ ultimum est, quorum acta nobis supersunt, quod modis quatuor ad nos pervenit. Primo invenitur in Collectione Conciliorum, ubi in duas partes dividitur, nomine Sexti, & Septimi Concilii Carthaginensis. Secundo in Codice Canonum Dionysii exigui, ubi refertur sub nomine Concilii Generalis Africæ, quod aliorum etiam Canones in centum triginta octo articulis contineat. Tertia Editio est præcedentis versio græca, similiter centum triginta octo articulos referens, sub titulo Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ. Editio quarta, quæ in Collectione Conciliorum, sicut prima, occurrit, ejus Concilii partem, non totum exhibet, a Concilio Hippo-

Hipponensi anno 393. initium ducit, & in centum quinque articulos dividitur. Titulus simpliciter positus est: *Concilium Africæ.* Sæculum V. A. C. 419.

De Legatione ad Ecclesiam Antiochenam nihil scimus, sed constat, a Concilio Carthaginensi Innocentium Presbyterum Alexandriam missum, cui S. Cyrillus descriptionem genuinam Concilii Nicæni ex Archetypo, quod in Ecclesiæ suæ Tabulis custodiebatur, tradi jussit. Patres Africæ ab eo etiam exquisierant diem Paschæ; ipsius enim erat de hac die omnes Ecclesias certiores facere; pronuntiavit igitur, anno sequenti 420. decimam septimam Calendas Maji, id est, decimam quintam Aprilis, diem Paschæ futuram; sed error subrepserit necesse est, quippe S. Cyrillus in octava Homilia Paschali ejusdem anni Dominicam Paschalem dicit vigesimam tertiam *Pharmouti*, quæ est decima octava Aprilis. Marcellus Subdiaconus quoque, Constantinopolim missus, ab Attico exemplum Concilii Nicæni accepit. Hæc Exempla ad Bonifacium Papam vigesima Nov. ejusdem anni transmissa. Hæc in hac causa sub Bonifacii Pontificatu acta.

§. XII.

S. Hieronymi extrema.

Innocentius Presbyter etiam in Palæstinam

Sæculum V. A.C. 419.

nam transiit, ut S. Hieronymum viseret, is eidem epistolam ad S. Augustinum, & Alypium ferendam dedit, in qua dicit: *testis est mihi Deus! quantum optem, alas columbarum mihi esse, quibus in amplexum vestrum avolem, nunc maxime, postquam vestra potissimum cura factum, ut Celestii Hæresis opprimeretur. Quæritis a me, num ad librum Anniani, Pseudo Diaconi Celedeni, responderim; sciatis, me ejus libros haud diu abhinc a S. Fratre nostro Presbytero Eusebio accepisse; sed postea morborum supervenientium vi impeditus, & ob mortem Sanctæ filiæ vestræ Eustochium tristitia obrutus, ferme statui hunc auctorem spernere. Respondebo tamen, Deo vitam dante, & si Notarios habuero; verumtamen longe melius vos hunc laborem subiretis; timeo, ne propriis libros laudem, dum eorum defensionem adversus ipsum suscipio. SS. nostri filii Albina, Pinianus, & Melania magno affectu vos salutant, sicut etiam Neptis vestra Paula, quæ vos instanter rogat, ut ejus memores sitis.*

Hier. ep. 79. cap. Aug. 202. ed. 24.

Ultima est hæc S. Hieronymi epistola, quam habemus; anno sequenti annos natus nonaginta, & unum vita excessit, Theodosio nono, & Constantio tertio Consulibus, pridie Calendas Octobris, id est, 30. Sept. anno 420. eum Ecclesia inter Clarissimos suos Doctores honorat.

Mart. Rom. 30. Sept.

Etiamsi

Etiamsi maximum operum ejus numerum possideamus, aliqua tamen desiderantur. (*) Ecclesia Sanctæ Eustochium quoque memoriam agit 28. Sept. eamque illa die anno 419. diem clausisse, conjectura est. Hæc erat S. Paulæ filia, natu tertia, quæ, semper virgo, Matrem, dum Sæculum relinqueret, secuta, nunquam ab ea avulsa est. Bethlehemi Monasterio quinquaginta Virginum præerat. Paula junior, cujus S. Hieronymus in eadem epistola meminit, Neptis erat Sanctæ Eustochium, fratris ejus Toxotii filia.

Sæculum V. A. C. 419.

Prosp. Chron. an. 421. v. Baron. an. 420. Sup. XVIII §. 21.

Pall. Laus.

Superius diximus, Albinam, Pinianum, & juniorem Melaniam, sponsam ejus, in Palæstina habitasse, ubi in Pelagium offenderant, atque ad fidem Catholicam reduci posse speraverant.

Sup. lib. XXIII. §. 52.

§. XIII.

Epistolæ S. Augustini ad Hesychium.

Hoc anno 419. Monaxio, & Plintha Consulibus, in Palæstina multæ urbes, & pagi terræ motu solo æquati. Dominus noster JEsus Christus super montem olivarum

Marcell. Chro. an. 419.

(*) Hier hat der Uebersetzer eine lange Anmerkung über, oder vielmehr wider den H. Hieronymus aus andrer Leute Arbeit abgeschrieben. Zum Exempel aus dem Cave. Man weiß wohl, wer der H. Hieronymus ist, aber diesen tollen Uebersetzer kennet man nicht.

Sæculum V. A.C. 419.

varum in nube apparuit. Gentiles in vestibus suis coruscare cruces viderunt. Multi ex diversis nationibus conversi Baptismo abluti sunt. Anno superiori 418. die Veneris, 19. Julii circa horam octavam, id est, secunda post meridiem Ecclipsis mortales terruit; adeo Sol obscuratus, ut stellæ conspicerentur. Ecclipsin terræ siccitas, & hanc pestis secuta, qua ingens hominum, brutorumque multitudo contabuit. Durante Ecclipsi, splendor, coni figuram referens, in cœlo visus, quem aliqui imperiti Cometam putarunt; quatuor mensibus, a media æstate usque ad exitum autumni insolitum hoc lumen conspicuum fuit; creditum, feralem fulgorem secuturas calamitates portendisse, quibus terræ motus anni 419. accensebatur; dum terra commovebatur, ignis cadebat de Cœlo, nemini noxius, quippe superveniente ex transverso ventus validus flammam in mare devexit, quam aliquamdiu super fluctus adhuc fulgere attoniti mortales conspexerunt.

Id. an. 418. *Chr. Pasch. eod. Philost. XII. c.* 8.

Non nullis tot prodigia fidem fecerunt, finem Mundi haud procul abesse, & Hesychius, Episcopus Salonæ in Dalmatia hac super re ad S. Augustinum scripsit, plures textus Prophetarum ad secundum JEsu Christi adventum trahens. S. Augustinus, Hesychium responsiones in S. Hiero-

Hieronymi expositionibus inventurum, dicit, & addit: *existimo has Prophetias, & præsertim Danielis Hebdomadas, de tempore præterito accipiendas; nam tempus ultimi JEsu Christi adventus definire non ausim, nec credo, illud ab aliquo Prophetarum fuisse satis designatum, sed illis ipsius Domini verbis inhæreo: non est vestrum, nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Præterea constat ex JEsu Christi verbis, ante finem Mundi Evangelium in universo orbe prædicandum;* (*) *sed hoc scire non possumus, quot hodie sint populi, quibus necdum prædicatum fuerit, & multo minus, quantum temporis, postquam prædicatio ad omnes pervenerit, sit superfuturum.* Finem scribendi facit his verbis: *mallem quidem ista, quæ ex me interrogas, scire, quam ignorare, sed quia certitudinem invenire non potui, ignorantiam meam fateri, quam falsam scientiam jactare satius est.* Ita S. Augustinus, sexaginta quinque annos natus, loquebatur.

Sæculum V. A. C. 419.

S. Augustinus. *Ep.* 197. *al.* 78.

Act. 1. 7.

ep. 197.

Matth. 24. 14.

Hesychius respondit; verum quidem esse, ultimi adventus JEsu Christi diem, nec etiam annum sciri posse, sed ex Signis, quæ Christus prædixit, posse cognosci, propin-

ep. 198. *al.* 79.

(*) Et prædicabitur hoc Evangelium Regni in universo orbe, in testimonium omnibus Gentibus, & tunc veniet consummatio.

Sæculum V. A.C. 419.

propinquum esse, dicitque plura eorum jam extitisse. Tanquam factum explo-

n. 6. ratæ certitudinis affert, ex quo Imperatores Christianam Religionem susceperint, majores, promptioresque Prædictionis fuisse progressus. S. Augustinus secundo respondit prolixa epistola, in qua quæstionem de fine Mundi solide pertractat. Probat, nihil hac in re nostra interesse, nisi ut ultima vitæ nostræ die adve-

ep. 199. *al.* 80. *n.* 3. cipiendum Dominum parati simus, utpote in fine Mundi judicandi secundum illum, quo ex hac vita migraverimus. Fa-

c. 6. *n.* 17. tetur, nobis ultimam horam instare, juxta verba S. Joannis; sed affirmat, per hanc horam plura Sæcula significari, & notat, jam a JEsu Christi Nativitate circi-

c. 7. *n.* 20. ter 420. annos fluxisse. Constanter defendit, Hebdomadas Danielis cum majori

c. 9. parte Interpretum de primo adventu debere intelligi, atque in sermonibus JEsu Christi de ultimo suo Adventu, ea, quæ ad ruinam Jerosolymæ pertinent, discernenda esse ab illis, quæ finem Mundi respiciunt. Etiamsi pleraque prodigia, &

c. 10. mala, quæ Christus prædixit, evenisse videamus, tamen judicari non posse an ultima sint, cum his majora nobis possint

c. 12. accidere. In Africa infinitum Barbarorum esse numerum, quibus Evangelium necdum prædicatum, quod ex eorum mancipiis, quæ inde adducuntur, demonstrare.

straretur. Eorum aliquos in Romano- Sæculum V.
rum vicinia, sed valde exiguo numero, A. C. 419.
ante paucos annos fuisse conversos. Tandem nihil securum magis, quam vigilare, & orare, non ideo solum, quod incerta sit vita nostra, sed etiam quod nesciamus, quando venturus sit Dominus. Econtra, si credamus, cito venturum, timendum, ne, si revera venire tardet, illi, qui se hallucinatos videbunt, in fide vacillent, & scandalizati sibi imaginentur, nunquam venturum. Id quoque cavendum, ne Infidelibus ansam præbeamus, credulitatem nostram traducendi. *c.* 13.

§. XIV.

Locutiones. Quæstiones in Scripturam.

Interim S. Augustinus opuscula duo in Sacram Scripturam inchoavit, quæ non absolvit, aliis negotiis, magis necessariis, supervenientibus. Primum, Locutiones sunt, seu modi loquendi Græci, aut Hebraici, quæ legentem morantur, & occasionem dant, ibi, ubi nulla sunt, Mysteria investigandi. Simul dictabat quæstiones in eosdem libros, nempe objectiones, sibi in mentem venientes, quas non nunquam tantum proponit; at plerumque principia, illis solvendis apta, tradit, & sensui litterali immoratur. Hæc opera non ul- *II. Retract. cap.* 54. 55. *to.* 3.

Sæculum V. A.C. 419.

tra septem primas Scripturæ libros, usque ad libros Regum produxit.

Cum quidam, cui nomen Pollentius, ad S. Augustinum scripsisset super quæstione, de separatione conjugum adulterii causa, permovit eum, ut libros duos de matrimoniis adulterinis scriberet. Pollentius sentiebat, mulieri, quæ a Marito discedebat, causa adulterii, ab ipso admissi, libertatem tribui, alium ducendi, quod vero S. Paulus huic opinioni contrarium dicit, de illa explicabat, quæ ob alias causas alteri nubit. S. Augustinus asserit, hanc prohibitionem ad uxorem, quæ causa adulterii separatur, spectare. Decebat etiam Pollentius, conjuges fideles a parte infideli discedere non posse; at S. Augustinus demonstrat, id a S. Paulo permitti, quamvis non suadeat. (*) Ex verbis initio secundi libri videmus, vehementem desiderium libros S. Augustini legendi quandoque causam fuisse, ut illi, qui Sancto viro convivebant, eos, ipso Auctore inconsulto, ederent.

II. Retract. c. 57. to. 6.

1. Cor. 7. 10.

c. 8.

§. XV.

(*) Hic post Anonymum I. advertendum, Ecclesiam non sequi S. Augustini opinionem, nec etiam ex Apostoli verbis satis colligi, Partem fidei simpliciter permitti ab infideli discedere, sed tantum in casu, qui ab Innocentio III. Cap. gaudemus. de Divortiis exprimitur, si pars infidelis sine injuria Creatoris nolit cohabitare.

Sæculum V.
A. C. 419.

§. XV.

Liber I. de Nuptiis, & Concupiscentia.

Circa idem tempus permotus est S. Augustinus, ut librum primum de Nuptiis, & Concupiscentia scriberet, sequenti occasione. Pelagiani, qui post sententiam Zosimi Papæ in Italia morabantur, Imperatorem Honorium adierunt, ut sibi Judices Ecclesiasticos daret, qui totam eorum causam retractarent, se enim per fraudem, & malas artes fuisse damnatos. Valerius Comes sua, qua in aula valebat auctoritate, eorum consilia turbavit, effecitque, ne Imperator tempus, & locum, quo causa ageretur, designaret. *Propterea*, inquit S. Augustinus: *Imperator, nolens fidem Catholicam in dubium revocari, pro sua prudentia Hæreticis novam litigandi occasionem subtraxit, & satius duxit, eos legum rigore contineri.* Igitur Episcopos, a Zosimo Papa depositos, Italia ejecit. Pelagiani palam conquerebantur, quod Concilium universale non concederetur, dicentes, eo ipso victos fateri Catholicos. (*)

Aug. 1. de Nupt. c. 2. in Jul. op. Imp. lib. 1. c. 10.

(*) Hier hat der Uebersetzer an statt des Wortes Catholicken die Rechtgläubigen gesetzet. Allen Secten hat man den Namen ihres Urhebers angehänget, als den Arianern, Pelagianern, Nestorianern,

Sæculum V. A.C. 419.

Nullum non etiam moverunt lapidem Pelagiani, ut animum Comitis Valerii Catholicos protegentis, iis infensum redderent; litteras eidem tradiderunt, in quibus dicebant, S. Augustinum, affirmando dari peccatum originale, Nuptias damnare. Valerius in fide firmus ad hanc calumniam risit, & circa idem tempus tres epistolas dedit ad S. Augustinum, quibus arrepta occasione, librum hac super materia eidem dicavit. Titulum posuit: *de Nuptiis, & Concupiscentia.* Valerius pudicitiam conjugalem fideliter servabat, magno contra Pelagianos zelo animatus, & quamvis magna negotiorum mole premeretur, tamen libris volvendis spatium inveniebat, etiam cum somni jactura. S. Augustini operibus præcipue delectabatur,

II. Retract. c. 53. ep. 200.

1. de Nupt. c. 2.

c. ult.

nern, Lutheranern, Calviniſten; nur den Catholicken kann man keinen andern Stifter, als Jeſum Chriſtum erweiſen. Wenn unſer Ueberſetzer, welcher ſo oft und ſorgfältig vermeydet, ſich des Wortes Catholiſch zu gebrauchen, und dafür die allgemeine Kirche, oder die Rechtgläubigen ſetzet, ſolte angehalten werden zu ſagen, ob denn dieſe Rechtgläubige im fünften Jahrhundert und bis auf Lutheri Zeiten andere Leute, als die Catholicken, und die allgemeine Kirche eine andere als die Römiſche geweſen ſey, und wenn er es ſagete, ſolches auch zu erweiſen, ſo würde er in Ewigkeit, wenn er ſich auch darüber den Kopf zerbräche, mit keiner Probe aufkommen können.

tur, hinc est, quod idem Comiti hoc opus inscripserit. Sæculum V. A. C. 419.

S. Augustinus in hoc libro explicat bona, Matrimonio propria, quibus concupiscentiam non esse accensendam probat, sed esse malum, quod non inhæret Matrimonii naturæ, aut primæ ejus institutioni, sed per peccatum primi hominis supervenit. Tam Naturæ fœcunditas, quam Sexuum discrimen, & conjunctio, in se bona sunt, cum sint opus Dei; quod pudendum inest, aliunde originem trahit, nempe a pugna, & rebellione carnis adversus Spiritum, quod effectus peccati est. Matrimonii Sanctitas facit, ut homines hoc malo bene utantur ad generis humani propagationem; at hoc malum, hæc concupiscentia, causa est, quod liberi, qui etiam ex legitimo filiorum Dei Matrimonio generantur, non nascantur Filii Dei, sed filii Sæculi, servi peccati, a quo Parentes eorum liberati sunt, & potestati Dæmonis subjecti, donec per eandem JEsu Christi Gratiam, sicut Parentes eorum, liberentur. Explicat, quomodo concupiscentia in Baptizatis remaneat, nec tamen eos reddat nocentes, sed tantum ad malum inclinatos. In hoc opere S. Augustinus eximia de legitimo usu matrimonii tradit præcepta. Ubi liber iste in manus Juliani devenit, scriptis aliis libris quatuor, respondit, quos suæ partis Epis-

c. 7. 10. 17. 21.

c. 5. 6. 20.

c. 18. 19.

c. 32.

c. 20.

c. 25. 26.

c. 23. 27.

c. 8.

Aug. IV. ep. imp. c. 30.

Sæculum V. A. C. 419.

copo, nomine Turbantio, inscripsit. Is Turbantius post hæc ad Ecclesiam Catholicam rediit.

§. XVI.

Rescripta Honorii pro Ecclesia.

ap. Aug. ep. 201. ap. Baron. an. 419. p. 455.

Credibile est, solicitatione Comitis Valerii, aut Papæ Bonifacii factum, ut Honorius Imperator Constitutionem ederet, cujus meminit in epistola, data Ravennæ, ad Aurelium, Episcopum Carthaginensem, nona Junii, anno 419. in ea præcipitur, ut ad frangendam contumaciam quorumdam Episcoporum, adhuc dum Doctrinam Pelagii defendentium, Aurelius eosdem admoneat, illos, qui damnationi Pelagii subscribere recusarint, Episcopatu deponendos, urbibus ejiciendos, & excommunicandos esse. Eadem Imperatoris epistola ad S. Augustinum quoque missa; unde patet, S. Augustinum inter Episcopos Africæ tantum suis meritis, quantum Aurelium sua Dignitate fuisse conspicuum. Aurelius mandata perfecit, ut omnes Episcopos ad signandam Celestii, & Pelagii condemnationem cogeret, quod ex ejus epistola, prima Aug. ejusdem anni data, apparet.

ap. Baron. ibid.

Lib. 44. Cod. Th. de Episc. l. ult. ibid. de raptu Sanctimon.

Haud multo post Honorius legem condidit, qua denuo omnibus viris Ecclesiasticis prohibetur, ne cum fœminis non propinquis habitent. Omnes autem pro

non

non propinquis habentur, si Matrem, fi- Sæculum V.
liam, & sororem exceperis. Suadetur A.C. 419.
etiam, ne illas dimittant, quibuscum ante Sacerdotium matrimonium legitimum contraxissent, quandoquidem in earum societate ita vixissent, ut Sacerdotio digni habiti sint. At tales exinde tanquam frater, & soror convivebant. Hæc lex octava Maji 420. data. Eadem lege raptores Virginum Deo Sacrarum ad exilium, & bonorum jacturam damnantur. (*) Ejusmo-

(*) Hier haben wir wiederum ein Zeugniß von der Enthaltung der Priester, und GOtt-geweyheter Jungfrauen, welcher Stand unserm Uebersetzer so sehr mißfällt, daß er sich nicht entblödet zu schreiben, der Heil. Paulus habe solchem vorhinein einen Schandfleck angehänget; dieser Stand ist auch nach dem Geschmack des Luthers nicht gewesen, darum muß ich dem Uebersetzer zu Liebe dasjenige erzählen, was bey dem Bossuet, † und la Bizardiere †† gelesen wird. Ein grosser Fürst wollte sich mit einer Gemahlin nicht begnügen lassen, und schickte durch den Bucer eine Instruction an den Luther, in welcher unter andern folgendes enthalten war: Um meines Heyles willen, verlange ich vom Luther, vom *Melanchton*, und selbst vom *Bucer* ein Zeugniß, daß ich sie (die Polygamia) ergreifen kann, oder doch eine schriftliche Erklärung, welche zum Druck nicht kommen soll, daß wenn ich mich heimlich verheurathe, es keine Beleidigung GOttes sey. Diese Instruction war datiret: am Sonntag nach Catharina

† *Hist. des variat. tom.* I. *L.* 6.

†† *Hist. Gest. &c.*

Sæculum V. A. C. 419.

di raptus forte a tempore exortæ Hæresis Jovinianæ frequentiores fuerint.

Bonifacius Papa pertinaci morbo conflictatus, timuit, ne, si moreretur, Successoris sui electionem æmulatio turboret, quod in ipsius electione contigerat. Itaque, missis suo, & totius Romanæ Ecclesiæ nomine Episcopis, ad Imperatorem Honorium epistolam dedit, rogans, ut sub ejus Imperio Ecclesia illa saltem libertate gauderet, quam sub Imperatoribus Ethnicis, & antiquas consuetudines servaret. Hæc epistola data est prima Julii, &, ut creditur, eodem anno 419. Imperator edito Rescripto respondit, quod iisdem Delegatis ferendum dedit, in hunc modum: *si contra vota nostra Sanctitati*

na 1539. In der Antwort lieset man folgende Worte: Endlich aber, wenn seine Hoheit gänzlich entschlossen ist, eine zweyte Gemahlin zu nehmen, so sind wir der Meynung, daß Sie es heimlich thun soll. Und weiter unten: auf diese Weise heissen wir es gut ..... denn das Evangelium hat dasjenige nicht widerrufen, noch verbothen, was das Gesatz Moysis in Ansehung des Ehestandes erlaubet hat. Diese Schrift ist unterzeichnet am Mittwoch nach S. Niclas, zu Wittenberg im Jahr 1539. von acht Protestantischen Gottesgelehrten, worunter Luther der erste ist. Nun ist es kein Wunder mehr, daß unser Uebersetzer als ein Protestant, und Verehrer des Luthers so wenig auf den Ehelosen Stand hält.

ti tuæ quidquam triſte accideret, omnes ſciant, abſtinendum ab omni ambitione, & ſi duo contra Canones fuerint ordinati, neuter Epiſcopus ſit, ſed ille demum, qui nova Electione, & omnium conſenſu fuerit cooptatus.

Sæculum V. A.C. 419.

§. XVII.

Epiſtola Bonifacii Papæ ad Epiſcopos Galliæ.

Bonifacius Papa haud ita pridem, nempe decima tertia Junii an. 419. ad Epiſcopos Galliæ ſcripſerat. Epiſtola ad Patroclum, Remigium, Maximum, Severum, decem alios, quorum nomina ponuntur, & generatim ad Galliarum, & ſeptem Provinciarum Epiſcopos directa eſt. Maximus, Epiſcopus Valentiæ, multorum criminum, atque etiam, quod Manichæus eſſet, accuſabatur; hæc ex actis Synodalibus probabantur. Ex actis quoque Judicum Sæcularium monſtrabatur, quod contra eundem coram ipſis actio fuiſſet mota, in cauſa homicidii, imo quod & quæſtionem ſubiiſſet. (*) Nihilominus ubique Epiſcopum ſe jactabat, in illis locis, ubi latitabat, & Confratrum ſuorum judicium fugiebat, quamvis SS. Pontifices ſæpius juſſiſſent, ut eorum judicio ſtaret. *epiſt. 2.*

(*) Anonymus I. bene conjicit, id factum, antequam in Epiſcopum fuiſſet ordinatus.

Sæculum V. A.C. 419.

ſtaret. Hinc Eccleſiæ Valentianæ Clerici querelam ad Bonifacium Papam detulerunt; Epiſcopi quoque Galliæ libellos miſerunt.

Etiamſi ob ſolam contumaciam jam tunc oportuiſſet Maximum condemnare, placuit tamen Papæ moram concedere, & præcepit, ut ab Epiſcopis Galliarum, in Concilio ante primam Novembris congregatis, judicaretur, atque ſeu in præſentem, ſeu in abſentem ſententia pronuntiaretur, nulla amplius conceſſa dilatione, hac tamen conditione, ut ſententia lata auctoritate Papæ confirmaretur. Subjungit Papa: *litteras mittimus per omnes Provincias, ne ſe ignorantiæ cauſa excuſare poſſit, & poſtquam ea, quæ decreveritis, ad nos relata fuerint, neceſſario noſtra auctoritate confirmanda erunt.* (*) Sunt, qui credant, Clericos Valentianos ideo hanc cauſam directe ad SS. Pontificem detuliſſe, quod in Provincia Viennenſi ſuper jura Metropolitæ, quæ Patroclus Arelatenſis ſibi competere dicebat, lis exiſteret.

Sup. XXIII §. 45.

§. XVIII.

Liber II. de Nuptiis, & Concupiſcentia.

Aug. ad Bonif. l. 1. c. 1. n. 3.

Non nulli Pelagiani Romæ verſabantur; hos ut in errore confirmaret, & plures

(*) Quia ab initio ad S. Sedem recurrerant.

res seduceret, illo Julianus epistolam misit, in qua Catholicos Manichæos esse calumniabatur, ut rudibus, & ignaris Catholicæ Doctrinæ horrorem crearet; eodem tempore ipse, aliique Episcopi Pelagiani, numero octodecim, ad Rufum, Episcopum Thessalonicensem dederunt litteras, ut ad suam, si possent, factionem traherent. Cum quidam Catholici solerter curassent, ut his duabus epistolis potirentur, eas in manus Bonifacii Papæ tradiderunt. Illo tempore Alypius Romam venit, ubi eum Summus Pontifex peramice exceptum, in illa brevi commoratione apud se retinuit, eique familiari fiducia collocutus est. Plurimus de S. Augustino sermo fuit, deditque Papa Alypio duas Pelagianorum epistolas, in quibus S. Augustinum nominabant, & calumniabantur, ut eas eidem redderet, qui respondendo deinde se ipsum defenderet.

Sæculum V. A. C. 419.

ibid. init. *II. Retract. c. 61.*

Antequam Romam venisset, Alypius Ravennæ fuerat, ubi Cæsar Sedem fixerat. Ibi Comiti Valerio fuerat collocutus, qui ipsi deinde excerpta ex libro primo quatuor librorum Juliani contra librum S. Augustini de Nuptiis, & Concupiscentia Romam misit. Valerius S. Augustinum rogabat, ut hæc excerpta cito refutaret. Hæc Alypius cum duabus Pelagianorum epistolis in Africam ferens, S. Augustinum coram docuit, quid Hæretici

II. Retract. Præfat. ep. imper. ep. 207. ad Claud. de Nupt. II. init.

Sæculum V. A.C. 419.

tici contra aliquos libri sui textus objicerent. S. Augustinus maluisset refutationem differre, donec integrum Juliani opus vidisset; nihilominus, ut Comitis Valerii desiderio satisfaceret, secundum librum eodem titulo de Nuptiis, & Concupiscentia scripsit. Doctrinam Catholicam de peccato originali defendit, demonstrans, quantum ab impietate Manichæorum distet, quippe Juliani responsum in hujus criminationis cardine vertebatur. (*) Secundus iste liber anno 420. scriptus creditur.

§. XIX.

Libri S. Augustini ad Bonifacium Papam.

Sanctus Augustinus etiam ad duas Pelagianorum epistolas respondit, quatuor libris Bonifacio Papæ, qui eas ipsi submiserat, inscriptis. Initio animi sui gratitudinem

(*) Wir sind gewiß dem Uebersetzer grossen Dank schuldig, daß er in seiner Uebersetzung so oft diejenige Lehre, welche die ganze Welt für die Römisch-Catholische gehalten, die Lehre der Rechtgläubigen, und die allgemeine nennet. Ich habe es ja beym ersten Anblicke seiner Version gesagt; er habe an der Uebersetzung des Herrn Fleury eine Arbeit über sich genommen, welche sich auf einen Protestanten gar nicht schicke, denn er muß tausend Dinge wider seine eigene Kirche schreiben, die er nicht widerlegen kann.

dinem teſtatur, quod ſibi Summus Pontifex ſinceriſſimam amicitiam per Alypii verba aperire voluiſſet. *Humilitati tuæ adſcribendum*, ait: *quod in altiore Sede poſitus, amicitiam exiguorum non ſpernas, ſed reciproco affectu reſpondeas.* (*) In primo libro reſpondet ad epiſtolam Romam miſſam, quæ Juliani eſſe credebatur; & refutat criminationes Pelagianorum, Catholicos accuſantium, quod liberum arbitrium tollerent, quod dicerent, Deum Matrimonii Auctorem non eſſe, conjunctionem Sexuum inventum eſſe Diaboli, viros Sanctos veteris Teſtamenti a peccato non fuiſſe liberatos, S. Paulum, aliosque Apoſtolos impudicitiis fuiſſe

Sæculum V. A. C. 419.

c. 2. c. 5.

c. 6.
c. 7.

c. 8.

(*) Hier iſt man mit dem Ueberſetzer zufrieden. Er hat dieſe Stelle alſo gegeben: Es iſt eine Wirkung ihrer Demuth ..... ob Sie gleich den erhabenſten Stuhl beſitzen. Denn hier wäre er nur ſchuldig geweſen, zu überſetzen: ob Sie gleich einen erhabenen Stuhl beſitzen. Wenigſtens wird dieſes erwieſen, daß der Heil. Auguſtinus, den er hoffentlich für einen Rechtgläubigen hält, nicht geglaubet habe, wie unſer Ueberſetzer, es müßten alle Biſchöffe gleich ſeyn. Dann hat er aus den Worten des Heil. Auguſtinus können erſehen, daß Pabſt Bonifacius ein demüthiger Mann geweſen ſey, und hiermit hat auch das Aergerniß, ſo er über den ſich eingebildeten Hochmuth Pabſtes Zoſimi eingenommen, wiederum geheylet werden können.

Sæculum V. A. C. 419.

fuisse inquinatos, quia fatentur, se concupiscentiæ subditos; tandem a Catholicis ipsum JEsum Christum peccato subjici, & negari, Baptismum omnia peccata remittere. Ad tot calumnias respondet S. Augustinus, & detegit sensum perversum, latentem sub fidei formula, quam epistolæ Auctor Catholicorum fidei opponebat.

c. 12. c. 13. n. 15. 16. &c.

In libro secundo S. Augustinus ad epistolam octodecim Episcoporum Pelagianorum ad Rufum Thessalonicensem datam, & iisdem calumniis refertam respondet. Manichæos cum Pelagianis confert, & ostendit, Catholicos inter hos duos errores medium tenere. Clerum Romanæ Ecclesiæ ab errore, cujus a Pelagianis arguebantur, purgat, & dicit eorum Doctrinam nunquam Romæ fuisse probatam, quamvis Zosimus aliquamdiu in Celestium indulgentia usus fuisset. Docet, quod sub nomine Gratiæ non statuamus aliquod fatum, nec Deo acceptionem Personarum affingamus, quamvis asseramus, Gratiam non secundum merita dari, & Deus nobis primum boni desiderium inspiret, ita ut non nisi per Misericordiam ejus, pure gratuitam, ex malis in bonos mutari possimus.

c. 2. c. 3. S. Augustinus. c. 5. 6. c. 8. 9. &c.

In libro tertio S. Augustinus explicat Doctrinam Catholicam de utilitate antiquæ legis, de effectu Baptismi, de differentia

rentia antiqui, & novi fœderis, de juſtitia, & perfectione Apoſtolorum, & Prophetarum, quid illud ſit, quod in JEſu Chriſto peccatum vocatur, quando dicitur, quod venerit in ſimilitudine carnis peccati, quod peccatum per peccatum condemnaverit, & quod peccatum factus ſit. Tandem quomodo ſperemus, in altera vita præcepta Dei perfecte adimplere. In quarto libro reſpondet ad ea, quæ Pelagiani ſtabiliendæ ſuæ Doctrinæ afferebant, & fraudulentiam omnium oculis exponit, in quinque articulis latentem, quos æque Manichæis, ac Catholicis contrarios crepabant; nempe laudabant Creaturam, Matrimonium, Legem, liberum arbitrium, & Sanctos. Laudabant Creaturam, & Matrimonium, ut peccatum originale negarent, legem, & liberum arbitrium, ut evincerent, Gratiam ſecundum cujusque merita diſtribui, Sanctos, ut monſtrarent, extitiſſe homines jam in hac vita omni peccato immunes. Eccleſia Catholica, inter Manichæos, & Pelagianos medium tenens, docet, Naturam eſſe bonam, tanquam opus Dei, qui bonus eſt, ſed Salvatore indigere propter peccatum originale, quod a primo Homine deſcendit. Matrimonium eſſe bonum, & a Deo inſtitutum, at concupiſcentiam, quæ per peccatum ſupervenit, malam eſſe. Legem Dei eſſe bonum, eam

Sæculum V. A. C. 419.

c. 4. 5. c. 6.

c. 7.

c. 2.

c. 3.

c. 4.

c. 6.

Sæculum V. A. C. 419.

eam vero peccatum tantum indicare, non tollere. Liberum arbitrium esse hominis naturaliter proprium, at hodie ita cae-

c. 7. tum, ut Justitiam operari non possit, ni prius per Gratiam liberetur. Justitiam Sanctorum tam veteris, quam novi Testamenti veram fuisse, sed non perfectam. Adductis S. Cypriani textibus hunc li-

c. 8. 9. brum claudit.

§. XX.

Libri de Anima, & ejus Origine.

II. Retract. c. 56. Circa idem tempus S. Augustinus quatuor libros scripsit de anima, & ejus Origine adversus Victorem, dictum Vincentium, ex Mauritania Cæsariana juvenem; is cum in domo cujusdam Presbyteri Hispani, cui nomen Petrus, in S. Augustini librum incidisset, offensus est, quod diceret: *nescio, an omnes animæ ab anima primi Hominis proficiscantur, aut an singulis singulæ dentur; id vero scio, animam esse Spiritum, & non corpus.* Victori tam id, de quo S. Augustinus dubitabat, quam illud, quod affirmabat, displicuit, scripsitque contra eum duos libros, ad Petrum Presbyterum directos, in quibus imprudens aliqua Pelagianorum dogmata, aliaque his pejora, defendebat. Nihilominus Petrus Presbyter, cum Victorem hos libros sibi prælegentem audivisset, gaudio exiliit, & caput legen-

legentis oſculatus, gratias agebat, quod ſe, quæ ignorabat, docuiſſet. Sæculum V. A.C. 419.

Renatus, Monachus Laicus, in fide Catholica ſinceriſſimus, Cæſareæ in Mauritania degens, hos duos Victoris libros exacte deſcribi curavit, miſitque Hipponem ad S. Auguſtinum, qui illis perlectis, tractatum compoſuit, reſpondens ad omnia Scripturæ loca, quæ Victor adducebat, ut probaret, Deum ſingulorum animas creare; S. Auguſtinus oſtendit, ex illis locis hoc non demonſtrari. Non equidem hanc de Creatione animarum opinionem, quæ S. Hieronymi erat, rejiciebat, ſed inepta argumenta, quibus Victor nitebatur. Abſolute adhucdum dubitabat, etiamſi ad illam opinionem inclinaret, quam deinde Eccleſia eſt amplexa. *L. II. c. 1.* *Aug. ep. 166. n. 8. Sup. XXIII. 5. 27.*

Cum Renatum ſollicitudo teneret, ne offenſum ſe S. Auguſtinus crederet, quod ei librum transmiſiſſet, ipſius injuria ſcriptum. S. Auguſtinus ad eum: *diſplicet, quod animum meum necdum noveris. Quantum abſit, ut tibi iraſcar, ex eo collige, quod ne quidem de Victore conquerar. Si enim alterius, ac ego, opinionis fuit, cur aperire non licuit? ad me ipſum ſcribere oportuiſſet; ſed quia mihi erat ignotus, non eſt auſus; nec ſibi conſilium a me petendum credidit, quia pro certa veritate ſcripſiſſe ſibi videbatur.* *c. 2.*

Sæculum V. A.C. 419.

Amici precibus cessit, qui ut ipse dicit, se ad scribendum coegit, & si in disputationis calore verba in me contumeliosa ceciderunt, libenter credo, id magis opinionem suam defendendi necessitate, quamvis offendendi studio, factum, dum mihi de hominis animo non constat, qualis sit, credo, satius esse, de ipso bene sentire, quam temere damnare. Forte bono in me affectu scripsit, errorem mihi exempturus; ideo gratum me esse decet ob bonam in me voluntatem, quamvis opiniones ejus rejicere teneor. Existimo juvenem leniter corrigendum, non dure repellendum, præsertim cum Neo-conversus Catholicus sit. Nempe Victor Donatista ex Secta Rogatistarum fuerat.

S. Augustinus deinde ad Petrum Presbyterum longam epistolam dedit, quam secundum hujus operis librum dicit, qua eadem mansuetudine virum monet, ne Sacerdotio, & ætate venerabilis approbet juvenis Laici librum, plenum erroribus; atque eorum præcipuos indicat; hortatur, ut Victorem ad emendationem adducat. Tandem ad ipsum Victorem scripsit duos libros, atque in horum uno errores demonstrat; in altero ostendit, quam male ab ipso fuerit reprehensus, seu quod de origine animæ dubitaret, seu quod affirmaret, eam esse Spiritualem. Posteriores hi Libri quoque maxima humili-

militate, & charitate ſcripti, Victoris animum expugnarunt. S. Auguſtino reſpondit, affirmans, ſe errores emendaſſe, ſicut etiam tam in exordio, quam in fine ſui operis declaraverat, mentem ſe mutaturum, ſi quis oſtenderet, fuiſſe deceptum. Itaque quamvis errores ignorantia defendiſſet, Catholicus fuit. Sæculum V. A. C. 420. *II. Retr. c. 56* *Aug. III. de an. orig. in fine.*

§. XXI.

Conſtantius Eccleſiæ favet.

Circa finem anni 420. vel initium ſequentis Alypius, in Italiam revectus, Bonifacio Papæ quatuor libros, ad eum directos, & Comiti Valerio ſecundum librum de Nuptiis, & Concupiſcentia attulit. Pelagiani, hujus profectionis occaſione arrepta, calumnias ſparſerunt in vulgus; Alypium ultra octoginta equos ex Africa tranſtuliſſe, quos Tribunis dono daret; aurum largiſſime profudiſſe, aliis pingues procuraſſe hæreditates, ut potentes corrumperet, & populum ad ſeditionem excitaret. Putida quidem hæc erant mendacia; at conjecturæ locus eſt, Alypium in mandatis habuiſſe, adverſus Pelagianos quidquam in Regia moliri. Siquidem tunc contra eosdem emanavit Edictum Conſtantii, quem Honorius, cujus ſororem duxerat, ſexto Idus Febr. nempe octava ejusdem Men- *Ap. Aug. 1. op. imperf. c. 85. ibid. c. 7 ibid. c. 42. 74. III. c. 35.* *Sup. 9. Theoph. an. 412.*

Sæculum V. A. C. 421.

sis anno 421. Imperatorem pronuntiaverat; is deinde post sex menses e vivis abiit. Edictum ad Volusianum, Romæ Præfectum, datum præcipit, ut Pelagiani, & nominatim Celestius ad centum millia passuum ab urbe arceantur; ni pareant, Præfecti Ministris pœna capitis intentatur. Rescripto suum mandatum Præfectus junxit, ne quis relegatos sub pœna exilii reciperet. Idem est ille Volusianus, Junioris Melaniæ propinquus, ad quem S. Augustinus celebrem Epistolam de Incarnatione dederat.

Olymp. ap. Phot. Cod. 80 p. 194. Chr. Cod. Theod. an. 421. ap. Baron. an. 420. init. Phot. Cod. 53

Sup. l. XIII. §. 51.

Constantius Imperator Carthagine etiam Rudera Templi Deæ Cœlestis iussit everti, ita ut ille campus ad mortuos sepeliendos destinaretur. Ex his vanitas Oraculi, quam Dea olim ederat, patuit, Templum suum post ruinam restaurandum. Hujus Templi demolitionem Ursus Tribunus, & ibi locorum ærario Præfectus, Christianus Catholicus, executioni dedit; Is aliud etiam Religionis obsequium præstitit, dum nefanda Manichæorum Mysteria detexit; tantum arcanum puellula, cui nomen Margaritha quæ necdum annum duodecimum attigerat, & Eusebia, quam Sanctimonialem dicebant, ambæ inter Manichæorum Electas annumeratæ, evulgarunt. Ut hæc explorarentur, non ultima causa fuit S. Augustinus, quod superfti-

de prædict. p. III. c. 38. ap. Prosp.

Poss. vit. Aug. c. 16.

de Hæres. c. 16.

perstitionum istarum non esset ignarus. Hæc ipse particulatim in suo libro de Hæresibus enarrat. Istarum rerum Acta authentica coram Episcopis in Ecclesia Carthaginensi conscripta. Manichæi illos inter se, quorum erat ejusmodi infamia peragere, Catharistas, seu Purificatores, vocabant. Sæculum V. A. C. 421.

Illo ferme tempore Carthagine in lucem prodiit Hæretici cujusdam, Veteris Testamenti inimici, liber, qui in foro Portui juncto venum expositus est. Convenerunt haud pauci, magna aviditate animi, & delectatione hanc lectionem audientes. Non nullos Christianos zelus impulit, ut hunc librum S. Augustino submitterent, rogabantque, ut sine dilatione responderet. Is statim agnovit, libri Auctorem non esse Manichæum, sed Marcionitam, vel haud absimilis Sectæ Hæreticum; quippe Deum, Mundi Creatorem, negabat, cum econtra Manichæi dicerent, hunc esse Deum Bonum, qui Mundum fabricaverat, verumtamen ex materia, cujus ipse Auctor non esset. Ergo S. Augustinus huic scripto aliud opus opposuit, cui titulus: *Contra Adversarium Legis, & Prophetarum*, quod in duos libros divisit. In primo libro ad objectiones contra diversa loca veteris Testamenti respondet, de Creatione Mundi, & singulariter de Homine, de pecca-

Sæculum V. A. C. 421.

to Adami, de Diluvio aliisque ejusmodi quæstionibus. In libro secundo respondet ad loca novi Testamenti, quæ ad infringendum vetus adhibebantur. Initio advertit, Judæis præter Scripturas Canonicas, Traditiones non scriptas fuisse, quas memoria recitabant, & *Deuteroseis* appellabant. Ex eo probatur, si S. Augustinus rem bene noverat, tunc temporis necdum *Talmud* fuisse scriptum.

L. II. c. 10.

§. XXII.

Ultima S. Augustini contra Donatistas opera.

Aug. II. Retr. c. 59.

Dulcitius Tribunus, & Notarius Imperatoris in Africa versabatur, ut executioni mandaret Cæsaris jussa, & Donatistas ad Ecclesiam reducere satageret. Is hac super re scripsit ad Gaudentium, Episcopum Thamugadensem, quondam ab ipsis in Colloquio Carthaginensi deputatum, summopere obtestans, ne quod sibi propositum dicebat, exequeretur, seque cum omnibus suis, & Ecclesia sua flammis traderet, & subjungens; si se innocentes, & justos crederent, ipsis magis juxta JEsu Christi præceptum esse fugiendum. Gaudentius respondit, datis duabus Epistolis, quas Dulcitius ad S. Augustinum misit, rogans, ut ipse responderet. Primo S. Augustinus in Epistola ad Dulcitium excusari se petit, dicens,

ep. 204. al. 61.

cens, aliunde se occupationibus premi, jamque notissimas Donatistarum argutias in variis operibus refutasse. Ad illud solum exemplum, quod afferebant, respondet, de Razia Judæo, qui ut servitutem effugeret, sibi ipsi vim intulit, ut in libro II. Machabæorum narratur. Dicit, Scripturam in eo nil nisi animi firmitatem laudare, alias vero sufficienter damnare neces voluntarias, quo superbia, & mens ærumnæ impatiens propellunt. In fine promittit, se ad duas Gaudentii Epistolas responsurum. Sæculum V. A. C. 421. n. 4. XIV. 37.

S. Augustinus promisso se exsolvit, dum dictas Epistolas exacte refutavit, ponens primo Gaudentii verba, & suas deinde responsiones. Eadem methodo usus fuerat, dum Petiliano respondit, & ad quemlibet articulum apposuerat: *Petilianus dixit.* Et deinde: *Augustinus respondit.* Sed en proterviam! Petilianus idcirco S. Augustinum mendacii incusavit, dicens, se nunquam cum Augustino viva voce disputasse. Ne igitur Gaudentius eandem fraudem obtenderet, posuit: *Verba Epistolæ.* Et deinde: *Responsio.* Quia Gaudentius nihil novi afferebat, S. Augustinus quoque ea tantum repetit, quæ in aliis operibus adversus Donatistas dixerat, excepto Raziæ exemplo, quod fusius, quam in Epistola ad Dulcitium refellit. At Auctoritatem Lib. 1. Cont. Gaud. n. 31.

Sæculum V. A. C. 421.

Lib. II. Machabæorum in dubium non vocat, quem in Ecclesia receptum agnoscit. (*) Dicit, Leges Imperatorum contra Donatistas non eo tendere, ut necentur, sed corrigantur, & summum profecerant. Gaudentius, ne victus videretur, secundo reposuit, & S. Augustinus, ne Victoriæ umbram concederet, secundo respondit. Hæc S. Augustini ultima opera sunt adversus Donatistas, quorum numerus in dies ipsius cura minuebatur.

c. 38.
c. 1.
Lib. II. cont. Gaud.

§. XXIII.

Alia S. Augustini Opera.

Elapsis aliquot annis, Dulcitius S. Augustino octo quæstiones super diversa Scripturæ loca proposuit, quibus S. Augustinus respondit, excerptis verbis ex aliis suis operibus, ubi jam prius has quæstiones tractaverat. In hoc opere citat Enchiridion, quod inscripserat Laurentio, Dulcitii fratri, Romanæ Primiciario, id est, cujusdam Cohortis Duci, nam laicum tantum fuisse apparet. S. Augustinum rogaverat, ut sibi librum componeret, quem semper manibus tenere posset (hoc etiam Græce significat vox Enchiridion) & ea complecteretur, quibus bonus Christianus in rebus, Religionem tangentibus, præcipue inhæreret, quid inter

De octo Dul. quæst. to. 6.
II. Retr. c. 65 qu. 1. n. 10.
Ench. c. 4.

(*) Quem Lutheri temeritas rejecit.

inter graſſantes tot Hæreſes potiſſimum vitandum, quousque in Religione rationi fidendum, & quale ſit primum Fidei Catholicæ fundamentum. S. Auguſtinus ad omnes has quæſtiones reſpondens, dicit, totam Religionem in Fide, Spe, & Charitate conſiſtere, atque tres has virtutes in Symbolo, & Oratione Dominica includi. Has ergo explicat, prolixius de Symbolo diſſerens, & diutius immorans quæſtionibus majoris momenti adverſus Gentiles, & illius temporis Hæreticos, nempe de origine mali adverſus Manichæos, de Gratia, & Prædeſtinatione adverſus Pelagianos, ita ut hoc opusculum præclarum Theologiæ compendium ſit. Non prius quam poſt annum 420. compoſitum eſt, cum S. Hieronymus jam defunctus memoretur.

Sæculum V. A.C. 421.

c. 10. 11. &c.

c. 27. 28. &c.

c. 87.

S. Auguſtinus ulterius in hoc opuſculo loquitur de utilitate precum pro defunctis, & dicit: *Quando Sacrificium Altaris offertur, aut aliquæ eleemoſinæ pro defunctis baptizatis, ſi id fiat pro illis, qui ſunt optimi, ſunt Gratiarum actiones,* (*) *pro illis, qui non ſunt peſſimi,*

c. 108.

(*) Der Proteſtant überſetzet: Handlungen der Gnade. Was ſoll dieß heiſſen? Die folgenden Worte: Denen aber, die nicht ganz bosbaft ſind, dienen ſie zur Ausſöhnung. erweiſen

Sæculum V. A. C. 421.

mi, ad propitiationem ſerviunt, ſi pro homine omnino peſſimis, quamvis illis nihil poſſint, tamen non nihil inde ſolatii viventes capiunt. Illis autem quibus utilia ſunt, ad obtinendam plenam remiſſionem poſſunt, aut ſaltem pœnam eorum leviorem reddunt. De iisdem etiam loquitur circa idem tempus in alio ſcripto, directo ad S. Auguſtin. S. Paulinum, qui eum conſuluerat ſuper quæſtionem, an proſit mortuo, ſi corpus ejus prope ſepulchrum Martyris terræ mandetur; nam aliqui in Baſilica S. Felicis ſepeliri cupiebant. *Videtur mihi*, dicebat S. Paulinus: *hæc pia deſideria non oportere eſſe inutilia, nec fruſtra totam Eccleſiam pro defunctis orare conſueviſſe; unde inferre licet, prodeſſe defuncto, ſi ſepultus fuerit in tali loco, ut pateat, alios pro ipſo opem Sanctorum ſollicitaſſe.* S. Auguſtinus reſpondit, edito libro, cui titulus: *De cura, quam pro mortuis habere decet.*

Primo

weiſen ganz deutlich die Wahrheit der Römiſch-katholiſchen Lehre; denn, wenn die Seelen der Verſtorbenen im Augenblicke ihrer Auflöſung von dem Leibe allezeit entweder in die himmliſche Freude eingelaſſen, oder zu der ewigen Pein verdammet werden, ſo iſt keine Verſöhnung möglich; man kann ſich keine einbilden, auſſer es gäbe ein Ort, und eine Zeit, in welcher dieſe Verſöhnung geſchehen könne.

Primo Regulam ponit, omnia quæ pro Defunctis fiunt, non aliter eis prodesse, quam secundum statum, in quo vixerunt. *Legimus*, inquit: *in Libris Machabæorum Sacrificium oblatum fuisse pro mortuis, & quamvis id in nullo loco veterum Scripturarum legeremus, non levis est totius Ecclesiæ Auctoritas, quæ hæc consuetudo fulcitur;* (*) *nam oratio pro mortuis locum habet, etiam in precibus, quas Sacerdos Deo coram Altari peragit.* (**) Deinde monstrat, locum sepulchri, & ipsum sepulchrum res esse Christianis prorsus indifferentes. Sed occasione, & ex adjunctis circumstantiis prosunt, si, ut exemplo vulgari utamur, aliqua mater fidelis, cupiens filium suum in Basilica alicujus Martyris sepeliri, credat, animam illius per merita hujus Sancti adjuvari; quippe fides ista quædam orationis species est, & prodest mortuo, si in tali statu sit, ut prodesse possit; si deinde Mater sepulchrum adeat, ipse locus, ut majori affectu oret, excitat. Scribit etiam S. Augustinus de apparitio-

Sæculum V. A. C. 421.

c. 2.

c. 5.

(*) Der Protestant giebt es: Und ob wir gleich in den ältern Schriften hievon weiter keine Beweiß finden. Der heil. Augustinus saget etwas anders.

(**) Ecce antiquitatem memoriæ pro Defunctis in Missa!

Sæculum V. A. C. 421.

paritionibus mortuorum, &, de factis singulis non disputans, ostendit, fieri posse, ut mortui in somnio, vel alio modo hominum conspectui se præbeant, quin eorum animæ præsentes sint, sicut sæpe somniantibus homines viventes, & hujus rei ignari, objiciuntur. Quærit, quomodo Martyres invocantibus se subveniant, aut quomodo eorum preces cognoscant; & fatetur, hanc rem supra captum suum esse. At hæc quæstio solum modum intercessionis Sanctorum respicit, non vero eorum suffragia, & merita, de quibus S. Augustinus nullatenus dubitat. (*)

§. 18.

De Cura Defunctorum.

Tum sermonem claudit in hunc modum: *Cum hæc ita sint, ne credamus, quidquam prodesse mortuis, quorum curam gerimus, nisi Sacrificia solemnia, quæ pro eis seu ad altare, seu per preces, aut Eleemosinas nostras offerimus, quamvis ea non prosint omnibus, pro quibus fiunt, sed tantum iis, qui dum viverent, in statum se posuerunt, ut prodesse possent. Quia autem mortuorum statum discernere non valemus, pro omnibus orare oportet, præstat enim, ut ista auxilia pro illis sint superflua, quibus nec nocere possunt, nec prodesse, quam ut indigentibus sub-*

(*) Profecto testimonium contra Protestantes de meritis & intercessione Sanctorum, omni exceptione majus!

subtrahantur. Quisque de suis magis sollicitus est, ut & sibi aliquando hoc Charitatis officium a propinquis præstetur. Sæculum V. A. C. 421.

S. Augustinus rursus de apparitionibus mortuorum mentionem facit in duabus Epistolis, circa annum 414. ad amicum suum Evodium, Episcopum Uzalensem, qui hac super re consilium postulaverat, scriptis. *ep.* 159. *al.* 100. 162. *al.* 101.

Circa annum 420. scripsit S. Augustinus Tractatum suum contra mendacium, ut petitioni Consentii satisfaceret. Simul aliam ad eundem dedit Epistolam super alia quæstione, scilicet de statu præsenti Corporis Glorioſi post Resurrectionem. In libro contra mendacium illos præcipue impugnat, qui credebant, licitum esse mentiri ad captandos Priscillianistas; his quippe Hæreticis Regula erat, sufficere bene credere, & Confratribus suis veritatem aperire, coram exteris vero posse dissimulari. Itaque apud Catholicos se fingebant, & hanc fictionem etiam perjuriis confirmare audebant. Non nullis Catholicis opinio irrepserat, licere eadem dissimulatione erga ipsos uti, fingere, eorum Scriptores laudare, imo ipsorum Doctrinæ assentiri, ut deinde facilius erroris convincerentur. Legimus etiam S. Flavianum Antiochenum eandem industriam contra Messalianos adhibuisse. *II. Retr. c.* 69. *to.* 6. *p.* 448. *ep.* 205. *Sup. XVII.* §. 56. *Sup. XIX.* §. 26.

Hanc

Sæculum V. A. C. 421.

Hanc simulationem S. Augustinus absolute damnat, & dicit, nunquam licere in materia Religionis mentiri; alias enim imprudentiæ argui possent Martyres, quod modo tam facili vitam suam non servassent. Probat etiam, si in hac materia permissum sit mendacium, ipsum fidei fundamentum everti. Ad alia deinde progrediens, omne mendacii genus damnat, & respondet ad omnia Scripturæ loca, quorum auctoritate in certis circumstantiis licere mentiri dicebant; ostendit, nullum mendacii exemplum in novo Testamento legi, in veteri autem, ea, quæ mendacia viderentur, talia non esse, nec ea a Scriptura approbari. Peccatorum compensationem impugnat, & defendit, nunquam malum, sub quacunque Boni eventuri specie, faciendum. In hoc opere, se ipso Judice, quæstionem de Mendacio accuratius tractat, quam in illo, quod paulo ante susceptum Episcopatum scripserat.

Sup. l. V. §. 11. Clem. Alex. Strom. IV.

c. 12. 13. &c.

c. 18.

Sup. l. XX. §. 12.

§. XXIV.

Liber contra Julianum.

Postquam S. Augustinus totum opus Juliani contra se scriptum accepit, & curiose examinavit, deprehendit, extracta sibi a Comite Valerio submissa, Autographo non omnino esse conformia, timuitque, ne se Julianus impostura accuset,

II. Retr. c. 62 ep. 207. ad Claud.

cuſet, nec eum fefellit hæc conjectura, quippe hanc occaſionem S. Auguſtinum criminandi Julianus ſolertiſſime arripuit. Ergo S. Auguſtinus ſtatuit, fuſius reſpondere, & ſine mora anno 421. reſpondit, edito opere, cui ſe multum laboris impendiſſe fatetur, quodque inter cœtera adverſus Pelagianos elegantiſſimum æſtimatur. Dividitur in ſex libros. In duobus primis Julianum generatim Auctoritate Doctorum Catholicorum oppugnat. In cœteris, Juliani libros quatuor refutans, Adverſarii veſtigia nulla intermiſſione premit. In libro I. probat, Julianum, dum Catholicos dicit eſſe Manichæos, eorumdem errorum incuſare Patres, qui ante hæc tempora ſcripſerant, ſcilicet S. Irenæum, S. Cyprianum, Reticium, Epiſcopum Auguſtodunenſem, Olympium, Epiſcopum Hiſpanum, S. Hilarium, S. Ambroſium, cujus textus de peccato originali refert. (*) Opera Reticii, & Olympii non ſuperſunt; id tantum ſcimus, Reticium Concilio Romano contra Donatiſtas, Summo Pontifice Melchiade, anno 313, interfuiſſe

Sæculum V. A. C. 421.

Sup. X. §. 11. c. 8. 9. &c.

(*) Idem Proteſtantibus circa omnes articulos, in quibus a Fide Romana diſceſſerunt, v. g. de merito, de purgatorio, objici jure merito poteſt; eos nimirum non nos ſolum, ſed Sanctos Patres damnare.

Sæculum V. A.C. 421.

fuisse. Julianus ex S. Basilio, & S. Joanne Chrysostomo non nulla in rem suam afferebat. S. Augustinus respondet, & probat, Pelagianorum Doctrinam in Oriente non minus, quam in Occidente damnari. Ostendit deinde, quod Julianus, etiam nescius, Manichæis faveat positis quibusdam assertionibus, non intelligens, quid inde sequeretur. In libro secundo respondet ex Auctoritate Patrum ad quinque Pelagianorum argumenta contra peccatum Originale, &c licet, qui admitterent hoc peccatum constituere Dæmonem nascentium hominum Auctorem, Matrimonium damnare, negare, omnia peccata in Baptismo remitti, Deum injustitiæ accusare, & homines ad desperationem adigere, eo quod nunquam possent ad perfectionem pervenire. Contra has calumnias adducit Auctoritatem decem Episcoporum eorumdem, quorum testimonio peccatum Originale probaverat; nempe S. Irenæi & Cypriani, Reticii, Olympii, S. Hilarii, S. Gregorii Nazianzeni, S. Ambrosii, S. Basilii, S. Joannis Chrysostomi, S. Innocentii Papæ; his S. Hieronymum adjungit, cujus laudes in variis hujus operis partibus texuit.

III. in Jul. Ad singulos deinde Juliani libros pervenit; de malo concupiscentiæ differit, & ostendit, quantum differat a mala [illegible] sta-

stantia, quam nobis inesse Manichæi sibi imaginabantur. In libro IV, duo præcipue probat; Infidelium non esse veras virtutes, & concupiscentiam etiam Scriptorum Gentilium testimonio malam esse. Explicat per digressionem, quomodo Deus velit, ut omnes homines salventur. In libro V. docet, omnes Christianos peccato adscribere pœnas, quas parvuli a primis cunis patiuntur, & exclusionem a Regno Dei, si sine Baptismo moriantur. Peccatum posse esse pœnam peccati præcedentis, cujus exemplum habemus in illis, qui a S. Paulo in sensum reprobum traditi dicuntur; atque ex eadem massa damnata quosdam gratuito eligi, alios esse vasa iræ. In libro VI. fidem de peccato Originali ex Baptismo infantum, ex Cæremoniis exorcismorum, & afflatus ad abigendum Dæmonem confirmat. Ostendit ab exemplo olivæ hortensis, quæ non nisi oleastrum producit, oportere, ut Regenerati filios peccatores generent, & per Baptismum sanctificari etiam corpus, quamvis maneat corruptibile.

Sæculum V. A.C. 421.

c.3.n.16 c.12 n.60 c.14.n. 72. c.15.n.78 c.8.n.42. c.1. n. 4.

c.3.n.10.&c.

Rom.1. 18.

c. 4.

c. 3.

c.6.7.

c. 13.

§. XXV.

Pelagiani in Oriente damnati.

Ex quo Zosimus Papa sententiam pronuntiaverat, usque ad annum 431. Pelagiani Concilium universale agi po-

III.in Jul. c. 1. n. 5.

Sæculum V. A. C. 421.

ſtulabant, criminantes, hanc ipſam detractationem malæ cauſæ Catholicorum eſſe argumentum. S. Auguſtinus reſpondebat, hos eſſe omnium Hæreticorum clamores. *Cauſa veſtra*, inquit: *nuper coram Epiſcopis, qui Judices competentes ſunt, finita eſt, nihil reſtat examinandum; ſed tantum, ut pronuntiata exquamini, & acquieſcatis, cogendi eſtis.* Jam anno 417. S. Auguſtinus, cum Carthagine concionaretur, dixerat: *Jam in hoc negotio duorum Conciliorum Reſcripta ad Sedem Apoſtolicam miſſa; venit Reſponſum, judicata eſt cauſa.* Loquebatur de duobus Conciliis Carthaginenſi & Milevitano, & Papæ Innocentii Reſcriptis. (*)

Serm. 131. *n.* 10. *al.* 2. *de Verb. Apoſt.*

Sup. l. XXII. §. 30.

Ergo

(*) Pater Balduinus hic Fleurium malæ fidei accuſare non veretur, quod tranſtulerit: *La Reponſe eſt venue. Venit Reſponſum*, cum vertere debuiſſet: *Venit Reſcriptum. Quia*, inquit, *vox: Reſcriptum, indicat latam ſententiam, econtra Reſponſum, eſt vox communis*; & citat ad hanc veritatem comprobandam Dictionarium univerſale. Attamen quod Fleurius in hac linea vocat Reſponſum, in ſequenti appellat S. Papæ Innocentii Reſcripta. Quis hic præter P. Balduinum vel minimum malæ fidei veſtigium deprehendat?

Nihilominus ulterius dicit: *Multo magis malam ejus fidem indicat, translatio illorum verborum*

Ergo Pelagiani Episcopos Orientis convenere, querentes, se injustam ab Occi-

Sæculum V. A. C. 421.

borum: *Causa finita est; La cause est jugée, judicata est causa; quia inter has voces magna est differentia, prima indicat, nullam amplius dari appellationem, altera appellationem admittit. Hoc vero attentione dignum, quod paulo ante* (nempe in superioribus lineis Fleurius) *dum de Sententia a Concilio lata loquitur, transtulerit: Causa finita est, & deinde de Sententia Papæ loquens, posuerit; causa judicata est.* Ita Pater Balduinus pulcherrime! verum oscitantiam suam prodit, quod non attenderit hoc Concilium Innocentii Papæ Rescriptis esse posterius, & non ab Auctoritate Summi Pontificis Zosimi separatum; est enim Sermo de Epistola Zosimi Papæ, qua Decreta Concilii Africæ anni 417. ut Libro Sup. §. L. vidimus, adversus Pelagium, & Celestium confirmat, quæ Epistola ad Episcopos Ægypti, & Orientis, Jerosolymam, Constantinopolim, Thessalonicam, & ad omnes Mundi Episcopos missa, cum præcepto, ut subscriberent; etiam omnes Episcopi, pauculis Hæreticis exceptis, subscripsere. Ruit ergo P. Balduini suspicio, quasi Fleurius plus auctoritatis cuidam Concilio, quam Papæ voluerit tribuere. Hinc etiam Anonymus I. contraria suspicione tenetur; & putat in observatione ad hunc locum, Fleurium credidisse, post Confirmationem S. Innocentii duorum Conciliorum Africæ, nempe Carthaginensis, & Milevitani

Sæculum V. A. C. 421.

Occidentalibus perſecutionem pati. Aliquos ex ſuæ Sectæ Epiſcopos fugitivos Conſtantinopolim miſerant; ſed Attius his Novatoribus antiquam Eccleſiæ idem oppoſuit, Legatos rejecit, & neque dem, ut Conſtantinopoli manere liceret, indulſit. Nihilo melior ſors eosdem Ephesi excepit, ubi veroſimiliter ideo Præſidium ſibi concedendum ſperaverant, quod Celeſtius in hac urbe habitaſſet. Idem circiter tempus actio contra Pelagium mota in Concilio, cui Theodorus Epiſcopus Antiochenus præerat. Accuſatores iterum Heros, & Lazarus. Ipſe Hæreſis convictus, & locis ſanctis Jeroſolymæ pulſus. Epiſcopus Prayles, & Theo-

Neſtor. ep. ad Cæleſt. ep. Cæleſt. ad Neſt. Proſp. carm. c. 2.

Mercat. Comm. an. 439.

levitani, cauſam fuiſſe judicatam, & deinde, poſtquam Zoſimi Papæ Epiſtolæ omnes orbis Chriſtiani Epiſcopi adhæſiſſent, finitam. Ego vero firmiſſime credo, Fleurium, virum ſinceriſſimum, nullo conſilio utrumque poſuiſſe; apud me: cauſa judicata eſt, cauſa finita eſt, præſertim dum de S. Auguſtini, hæc ſcribentis, ſenſu aliunde conſtat, Synonyma ſunt. Cæterum Anonymus hic dicit, Fleurium melius facturum fuiſſe, ſi hæc S. Auguſtini verba, quælibet ſuo tempore reliſſet, & eadem verba latina iisdem etiam verbis gallicis reddidiſſet, & viro huic prudenti in mentem non venit præſtantiſſimum Hiſtoriæ Scriptorem malæ fidei arguere. Ad Reliqua, quæ dicit P. Balduinus in hac Reflexione, reſpondere, nequidem operæ pretium eſt.

Theodotus hac ſuper re ad Papam Epiſtolas dedere. (*) Exinde nullibi amplius de Pelagio mentio occurrit. Et quia Senex erat, conjicitur, haud diu ſupervixiſſe. Julianus inter illos fuit, qui in Orientem profecti ſunt; ibi verſatus creditur anno 421. Per varias Provincias peregrinatus cum ſociis, venit etiam in Ciliciam ad Theodorum Mopſueſtenum, quem tanquam Magiſtrum venerabatur, & cujus conſilio uti volebat, octo libros, quod & perfecit, adverſus S. Auguſtinum ſcripturus. His non obſtantibus, cum Julianus e Cilicia abiiſſet, Concilium actum eſt, in quo ipſe Theodorus, damnatis Pelagianorum erroribus, etiam Julianum anathemate percuſſit. Sæculum V. A. C. 421. *Mercat. Præf. in Symb. Theo.*

Sub id tempus, atque anno 421. verosimilius obiit S. Maria Ægyptiaca, pœnitentiæ actæ rigore celeberrima. Erat in Palæſtina Anachoreta, cui nomen Zoſimus; huic, peractis in Monaſterio quinquaginta tribus annis, in mentem venit, neminem ſe ipſo exercitatiorem in vita Aſcetica exiſtere. Ut iſte error Seni eximeretur, & doceretur, ſemper ad perfectionem progrediendi locum ſupereſſe, imperatum eſt ei, ut Monaſterium, *v. Boll. 2. Apr. p. 67.*

(*) Hic iterum Papæ Auctoritas in Oriente elucet.

Sæculum V. A. C. 421.

prope Jordanem positum, adiret. Ibi exceptus, reipsa expertus est, vitam a Monachis admodum perfectam duci. In Quadragesima omnes Monasterio egressi diebantur, &, superato Jordane, in deserto spargebantur in diversa. Alii modicam secum ferebant annonam, alii obviis oleribus nutriebantur. Ad Monasterium redeuntibus, de iis, quæ per id temporis egissent, colloqui non licebat. Zosimus semper ulterius progressus ad intima penetrare cupiebat, ut forte in Anachoretam cœteris perfectiorem incideret. Cum per dies viginti processisset, aliquando sub meridiem substitit acquieturus; preces ad sextam recitanti, a longe quasi corporis humani figura objecta est; expavit primum, & Crucis signo se muniit, tum agnovit, esse revera hominem, qui nudus, solis ardore adustus, & candidis capillis videbatur. Cœpit igitur eo currere, gaudio exultans, sed homo ille fugiebat; sensim tamen appropinquans, ubi exaudiri potuit, clamavit, ut sisteret, & suam sibi Benedictionem impertiretur. Tandem, fugiens, respondit: *Zosime! Abba! fœmina sum; projice pallium tuum, quo tegar, & ad te accedere possim.* Extimescens Zosimus, quod se nomine suo compellasset, Sanctam esse non dubitavit. Pallio deinde involuta cum colloqui cœpisset, rogavit

S. Maria Ægyptiaca.

gavit ipse, ut quæ esset, & cur hoc vitæ genus elegisset, narraret. Ipsa petenti satisfecit in hunc modum: Sæculum V. A. C. 421.

In Ægypto nata sum. Annum duodecimum egressa, relictis parentibus veni Alexandriam, ubi in omnem licentiam effusa, vitam adeo infamem duxi, ut vel recordari pudeat. Septendecim annis inter has abominationes consumptis, vidi hominum turbam ad mare properantem. Interrogo, quo irent, responsum, ire Jerosolymam, ad Festum Exaltationis S. Crucis celebrandum. Navem conscendi, omnem occasionem captans illicitis fruendi voluptatibus. (*) Hoc Festum S. Crucis illud est, quod a Constantini temporibus 13. Sept. agebatur. Tum Sancta ita sermonem prosecuta: *Ubi Jerosolymam veni, ipsa Festi die, hominum multitudini immixta, Ecclesiam ingressura eram, in qua S. Crux ostendebatur; sed vi occulta repellebar. Tandem progredi non valens, in areæ angulum concedo, subiitque tunc primum cogitatio, me mea crimina indignam reddidisse, quæ Sanctum hunc locum ingrederer. Tum in lacrymas soluta, cœpi pectus percutere, elevatis oculis vidi supra me depictam sanctæ Virginis imaginem, rogavi, ut mihi in-*

Sup. l. XI. §. 54.

(*) Hic dispicimus, quam antiqua in Ecclesia sit S. Crucis Veneratio.

Sæculum V. A. C. 421.

ingressum in Ecclesiam obtineret, promissime Sæculo renuntiatura, & quocunque duceret, secuturam.

Tum expedite intro, conspexi sanctam Crucem, & pavimentum loci sancti osculata sum; regressa sanctæ Virgini Gratias egi, & rogavi, ut me dirigeret; audivi vocem a longe mihi acclamantem: Si Jordanem transieris, certe adjuvaberis. Ex area egredienti, aliquis mihi tres asses argenteos donavit, quibus panes tres emi, & postquam quæsivi, quæ via ad Jordanem duceret, reliqua diei parte iter faciens, vespere ad Ecclesiam S. Joannis Baptistæ prope fluvium perveni. Ibi SS. Mysteriis refecta, medium unius de panibus meis comedi, & trajecto Jordane in hanc eremum veni. At quantum temporis jam effluxit, ex quo hic versaris? inquit Zosimus: *Sunt*, inquit illa: *quantum conjicere possum, quadraginta septem anni.* Ipse: *Quod vero alimenti genus inveniisti?* Illa respondit: *Pane, quem attuleram, aliquamdiu sustentata sum, & deinde oleribus, quæ in deserto collegi.* Rursus Zosimus: *An tot annos sine labore, & ob tantam, subitamque mutationem imperturbata transegisti? Ad ea,* inquit illa: *quæ ex me quæris, referendis horresco, & nescio, an narrare potuerim, quin rursus periculis me exponam.* Zosimus,

simus, *nihil me celes.* Et illa narrationem prosecuta est in hæc verba: Sæculum V. A.C. 421.

Annis septendecim in pravos affectus, tanquam feroces bestias mihi pugnandum fuit. Vino dedita fueram, jam vero aqua deerat, qua sitim restinguerem. Carmina turpissima, quæ in memoriam redibant, canere impetus erat, desideria pudenda vehementissime urgebant, flammam in sinu circumferebam, qua consumebar. Tum pectus tundebam, & prosternebar in terram, eamque lacrymis rigabam. Tandem ad S. Virginem, Patronam meam, quæ nunquam me deseruit, confugiebam. Detritis vestibus, multum me jam frigus, jam calor afflixit, sæpe in terram prolapsa, sine motu, & sensu jacebam. Magnis quoque Dæmonum tentationibus vexata sum. Cum sermoni nonnunquam textus ex Scriptura insereret, interrogavit Zosimus, an litteris operam dedisset; illa subridens: *Crede mihi! ex quo Jordanem transivi, usque in hanc diem animam viventem non vidi, nec Brutum etiam, nec unquam litteras didici, sed Deus est, qui docet homines scientiam. Cæterum noli plura interrogare, & de omnibus, quæ tibi patefeci, per Dominum nostrum JEsum Christum adjuro te! ne cuiquam mortalium aliquid reveles, donec me Deus ex hoc mundo vocaverit. Id tantum, quod modo dicam, facito! in* S. Maria Ægyptiaca. Psal. 39. 10.

Sæculum V. A. C. 421.

Quadrageſima anni ſequentis pro more tui Monaſterii Jordanem non tranſito, mane domi, & Veſpere Cœnæ Domini accipe Corpus, & Sanguinem JEſu Chriſti, & in ripa Jordanis, qua habitatur, me expecta. Nam Sacra Dona ex eo tempore non accepi, ex quo ea in Eccleſia S. Joannis ſumpſi, & modo ſumere ardentiſſime deſidero.

Hæc locuta, ſe precibus ejus commendavit, & ad intima deſerti refugit. Zoſimus genua flexit, & humum oſculatus, ubi Sancta pedes fixerat, reverſus eſt Deum laudans, & perfuſus gaudio; ad Dominicam Palmarum cum cœteris Monaſterii limen attigit. Toto hoc anno nihil de iis, quæ viderat, loqui auſus, Quadrageſimam impatienter expectabat. Ubi initium ſacri temporis adfuit, cæteri Monachi pro more exierunt; ipſum febris invaſit, coegitque manere, ſecundum verba Sanctæ, quæ dixerat, fore, ut etiamſi vellet, non poſſet egredi. Poſt dies aliquot ſanitati reſtitutus eſt. In Cœna Domini poſitum in parvo Calice Corpus, & Sanguinem Domini Noſtri accepit, atque in caniſtro ficus, dactylos, & paucos lentes; hæc portans proceſſit ad ripam Jordanis, ſedensque Sanctam expectavit. Anxie cogitanti, quo pacto mulier ad ſe ſuper aquas transveheretur, viſa eſt in adverſa ripa, ſignum Crucis

cis super flumen formans; mox super aquas gradiens ad eum venit. Ipse obstupuit, cumque inclinare se coram ea pararet, ipsa inclamans, dixit: *Quid facis? o Pater! memento te esse Sacerdotem, & divina Mysteria portare!* Deinde rogavit, ut Symbolum, & Orationem Dominicam recitaret, & postquam sanctum Sacramentum recepisset, rursus rogavit, ut anno sequenti usque ad torrentem, ubi se hac vice inveniisset, rediret. Ipse vicissim rogare, ut escas, quas attulisset, acciperet; ipsa tres solummodo lentes extremis digitis prehendit, & se precibus ejus commendans, super Jordanem, ut venerat, regressa est. Sæculum V. A. C. 421.

Anno sequenti Zosimus in Desertum pro more exiit, & ubi ad torrentis diluvium pervenit, vidit Sanctæ defunctæ corpus jacens, cujus pedes lacrymis suis madefecit. Psalmos deinde recitavit, precesque in funeribus dici solitas. Dubitanti, an eam sepelire oporteret, oculis incidit in Scripturam ad caput defunctæ in terra formatam: *Abba Zosime! hic miselle Mariæ corpus sepeli, & ora pro me! mortua sum eadem nocte Passionis Domini, postquam sancta Mysteria acceperam.* Gaudebat, quod sanctæ Mulieris nomen sibi fuisset revelatum; sed quomodo terram foderet, non occurrebat, nisi adveniens leo isto labore fuisset

Sæculum V. A. C. 421.

set defunctus. Ergo corpusculum Sanctæ sepelivit, rogans eam, ut pro omnibus Deum oraret. Ad Monasterium reversus, omnia, quæ a Sancta fœmina, raro pœnitentiæ exemplo, audierat, & viderat, narravit. Ipse ferme centenarius ad Superos abiit, atque illius ætatis Scriptor hanc Historiam, referentibus Monachis, concinnavit. Ecclesia secunda die Aprilis S. Mariam Ægyptiacam, & S. Zosimum quarta honorat. (*)

Martyr. R. 2. & 4. April.

§. XXVI.

Persecutio in Persia.

Theod. V. hist. c. 39.

Ecclesia quidem Orientalis, Imperante Theodosio Juniore, pace fruebatur, dum Christiani in Persia furiose vexabantur.

(*) Unserm Uebersetzer ist diese Geschichte verdächtig, des Bollandus Werk ist ihm keine Versicherung. Allein der Herr Fleury hat sie würdig gehalten seinen Geschichten einzuverleiben, gegen welchen der Uebersetzer in der Kritic nur ein elender Stümper ist. Vielleicht gefällt ihm die Geschichte der heil. Mariæ Ægyptiacæ darum nicht, weil von der Verehrung, und Anrufung der heil. Jungfrau Mariä Erwähnung geschiehet. Gewiß kann die Maria von Aegypten die erste Person nicht gewesen seyn, welche die heil. Mutter GOttes um Hülfe gerufen; dieses muß ihr in der Auferziehung seyn beygebracht worden. Da wird auch erwiesen, daß es in diesem Jahrhundert schon gebräuchlich war, die heil. Mutter GOttes abzuschildern.

tur. Episcoporum aliquis, cui nomen Audas, seu Abdas, alias piissimus, nimio zelo ardens, templorum unum, in quo Persæ ignem adorabant, destruxit. Rex, re ista per Magos comperta, Audam ad se vocat; statim quidem ob factum leniter questus, jussit, ut Templum restauraret, quod cum Episcopus promittere recusaret, minatur Rex, omnes se Christianorum Ecclesias dejecturum. Etiam, quod minatus fuerat, implevit, nam Episcopo interfecto, misit, qui omnes Ecclesias demolirentur. Theodoretus, hanc Historiam referens, factum reprehendit Episcopi, templum igni sacrum destruentis, laudat vero, quod Martyrium pati potius, quam illud ædificare voluerit; *Mibi enim videtur*, inquit: *idem esse ignem adorare, ac eidem Templum exstruere.* Hæc fuit illius persecutionis origo, quæ jam sub nono Theodosii Consulatu, & Constantii tertio, id est, anno 420. sæviebat, & post annos triginta necdum deferbuerat. Isdegerdes initium dederat, post ejus mortem Gororanes, seu Vararanes, ejus Successor, Christianos persequi non destitit, cujus exemplum filius quoque secutus est.

Sæculum V. A. C. 421.

Chr. Marc. 402.

Diversa fuere, quæ Christiani tolerare cogebantur, & crudelissima tormenta. Quibusdam manus dilaniatæ, aliis dorsum, aliis vultus a fronte usque ad barbam.

Sæculum V. A. C. 421.

bam. Persecutores in duas æquales partes findebant arundines, eas deinde, qua superficies plana erat, toti corpori applicitas, funibus a pedibus usque ad caput patientis Christiani arctissime constringebant, tum arundines unam post alteram vi tanta evellebant, ut semper cutis sequeretur. Scrobes fodebant, & in bene illitas, immittebant glires primæ magnitudinis, tum Martyres pedibus, manibusque ligatis injiciebant, qui a famelicis animantibus, quin se defendere ullatenus possent, misere corrodebantur. Tanta sævities Christianos non absterrebat, sed sponte in mortem properabant, ut vitam æternam acquirerent. Nominatim Martyres quatuor, Hormisdas, Suenes, Benjamin, & Jacobus notantur.

Hormisdas primis stirpibus inter Persas natus, ad Achemenides originem referebat, Provinciæ cujusdam Præfecti filius. Ubi ad Regem delatum, Christianum esse, ad se accersito, præcipit, ut JEsu Christo renuntiaret. Hormisdas respondit, virum, qui Deum contempserit, multo proniorem fore ad prodendum Regem, qui tantum homo esset, & moriturus. Rex omnibus bonis, & Dignitatibus spoliatum, etiam vestibus exuit, exiguo linteo, quo cingebatur, excepto, jussit, atque Camelorum custodem in exercitu esse. Præterito longo temporis

Persecutio in Persia.

ris spatio, per atrii fenestras prospi- Sæculum V.
ciens, vidit Hormisdam, solis fervore a- A. C. 421.
dustum, & pulvere sordidum, & memor, quanta Dignitate Pater ejus eminuisset, ad se vocato interulam dari jubet, & ait ad eum: *Jam nunc saltem obstinatum tamdiu animum muta, & Fabri Filio renuntia.* Hormisdas laceratam manibus interulam ante pedes ejus projecit, dicens: *Si speraſti hoc pulchro dono a Religione me dimovere, serva hoc tibi cum impietate tua!* Suenes mille servorum Dominus erat; negantem, se vero Deo renuntiare posse, Rex interrogat, quemnam ex omnibus suis pessimum crederet mancipium; cum fuisset nominatus, Rex eidem omnia cœtera mancipia, Suenem ipsum, & ejus uxorem, quam, ut duceret, servo præcepit, dono dedit. At Suenes amissis etiam mancipiis, & uxore, firmus in fide duravit.

Benjamin Diaconum Rex in carcerem mitti jusserat. Post lapsum duorum annorum, Romanorum Legatus, aliorum negotiorum causa, advenit, qui, cum sciret, eum detineri in vinculis, petiit, ut liberaretur; annuit Rex, addita conditione, ut promitteret Benjamin, se cum nullo Magorum quidquam de Doctrina Christiana locuturum. Promisit Legatus, at Benjamin respondit, non licere sibi talentum, de quo sibi ratio olim reddenda

Sæculum V. A.C. 421.

denda foret, defodere. Nihilominus Rex, ignarus, quod imperata facere detrectaſſet, juſſit libertati reſtitui. Benjamin ſicut ante Infideles ad fidem convertit. Poſt unius anni circulum iterum Regem relatum, qui, adeſſe juſſo, mandat, ut Deo ſuo renuntiet. Benjamin reſpondit: *Quid ei faceres, qui te deſerto ad alium Regem defeciſſet?* Rex inquit: *Morte punirem perfidiam.* Benjamin deinde: *Qua igitur digna pœna ille defungatur, qui relinquit Creatorem, ut Creaturæ ſibi ſimili divinos honores tribuat?* Rex iram non tenuit; viginti arundines in acumen tenuari, atque inter cutem, & ungues manuum, pedumque Diaconi alte infigi juſſit; cumque hoc tormenti genus contemneret, aliam arundinem acuminatam in illam corporis humani partem, quæ omnium delicatiſſima eſt, infigi imperavit, unde retracta ſæpius, iterumque depreſſa, ut dolores acutiſſimos renovaret. Tandem in fide conſtans nodoſo palo transfigitur, quo in ſupplicio Martyr expiravit. Jacobus, antea Chriſtianus, ad Religionem Perſarum, ut Regi Isdegerdi placeret, redierat; poſtea a Matre, & uxore ad Chriſtianam reductus. Id reſciens Rex tanto furore incenſus eſt, ut juſſerit, vivum fruſtatim ſingulis membrorum nexibus ſecari; primum manus, deinde brachia abſciſſa,

Niceph. XIV. hiſt. c. 20.

abscissa, tum pedes, & crura, ita ut tantum truncus cum capite supereſſet; cumque adhuc ore JEſum Chriſtum confiteretur, tandem & caput amputatum. Sæculum V. A. C. 421.

§. XXVII.

Converſio Saracenorum.

Sub Perſecutionis initium, & Regni Isdegerdis finem, Magi ad omnes Saracenorum Duces, qui Perſis obediebant, mandata dederunt, ut vias cuſtodirent, omnes Chriſtianos caperent, ne quis eorum ad Romanos profugeret. Aſphebetes ex his Ducibus unus, commiſeratione in Chriſtianos, quod diriſſime haberentur, tactus, non modo fugientibus non obſiſtebat, ſed data opera juvabat, ut evaderent. Ideo apud Isdegerden accuſatus, ſtatuit cum filio ſuo Terebone, & tota familia ad Romanos confugere. Anatolius, tunc Orientis Prætor, amice exceptum, Arabibus, Romanorum tributariis, præfecit. *vit. S. Euthym. in Anal. Græc. p. 19.*

Terebon Aſphebetis filius a cunis media corporis parte, id eſt, toto latere dextro a capite usque ad pedes paralyſi laborabat. Poſtquam cum parente in Arabiam, Romanis ſubjectam, tranſiit, usque cum morbo conflictatus, ſecum una nocte talia loquebatur: *Terebon! quid omnes Medicorum artes tibi profuere? quid Magorum noſtrorum ſomnia, quid ignis,* p. 29.

Sæculum V. A. C. 421.

ignis, quem adoramus, potentia? quid Astrologorum fabulæ, carmina, & præstigiæ? nihil omnia juvant, nisi Deus velit. His apud se perpensis, Deum inter lacrymas orabat, dicens: *Magne Deus, qui creasti Cœlum, & terram! si me miserum respicias, & ab hujus morbi afflictione liberes, Christianus fiam, & omni superstitioni Patrum meorum renuntio.* Hæc locutus indormiit; tum visus ipsi Monachus, prolixa, & canescente barba, qui interrogavit; quid tantum doleret. Terebon calamitatem suam ei aperuit; Monachus respondit: *Fac, quod Deo promisisti, & sanabit te.* Terebon, promissum iteravit, dixitque Monachus: *Euthymius sum, in deserto Orientis decem millibus ab Jerosolyma in torrente admeridiem viæ Jerichuntinæ habito, si sanari vis, rejecta mora ad me te conferas!*

p. 20.

Terebon consurgens, somnium narravit patri, is, illico assumpto filio, valida Arabum turba, multisque præsidiariis viam ad locum, in somnio designatum, ubi Euthymius, & Theoctistus degebant, ingressus est. Monachis, ipsorum Discipulis ad adventum tantæ Barbarorum multitudinis expaveſcentibus, Theoctistus, obviam procedens, ad Barbaros ait: *Quem quæritis;* responderunt; *quærimus servum Dei Euthymium.* Abbas

S. Euthymius

Theo-

Theoctistus dixit: *Is nemini usque ad diem Sabbati colloquetur, secessit.* Asphebetes, arrepta Theoctisti manu, filium suum ei ostendit, qui in hæc verba locutus est: *Jam diu est, quod me hic morbus in Persia corripuit. Omnis Medicorum scientia, & Magorum Superstitio frustra fuit, imo increvit malum. In hanc Regionem devectum, me Deus monuit, & talia mihi in mentem venerunt.* Tum cogitationes suas, & somnium narravit, subjunxitque: *Rogo te igitur ne a me Medicum, quem mihi Deus ostendit, abscondas!* Sæculum V. A. C. 421.

Theoctistus hæc Euthymio in sua Cella retulit, qui ratus non licere divinis revelationibus resistere, ad Barbaros processit; postquam magno fervore preces fudit, signum crucis super Terebonem format, qui illo temporis momento sanatus est. Obstupuere Barbari; atque in JEsum Christum credentes, & in terram inclinati, rogabant, ut sibi Baptismus conferretur. Euthymius videns, quod ex corde crederent, lavacrum modicum in angulo suæ cavernæ parari curavit, &, satis fidem edoctos, omnes baptizavit; primo omnium ablutus est Asphebetes, & Petrus vocatus, & tunc Maris, uxoris ejus frater. Hi duo inter cœteros & prudentia, & opulentia præstabant. Proximus his Terebon, & deinde reliqui p. 23.

Sæculum V. A. C. 421.

omnes baptizati. Neophytos quadraginta dies apud se retentos, ut infirmaret, & in fide firmaret, tandem dimisit. Verum Maris, Terebonis avunculus, a sanctis Monachis amplius avelli nolens, is nuntium Mundo misit, bona, quæ possidebat maxima, ædificando, & amplificando Monasterio donavit, ibique, piissimus Dei Servus, reliquos vitæ dies egit. Miraculi fama magnum ægrotorum diversi generis numerum adduxit, omnes sanitati restituti, ita ut brevi tempore Euthymii Nomen per totam Palæstinam, & Provincias circumjacentes celebraretur.

§. XXVIII.

S. Euthymii initia.

ibid. p. 6. Sanctus Euthymius Melitinæ, minoris Armeniæ Metropoli, natus erat, Patre Paulo, & Matre Denesa, tam genere, quam virtute præclaris. Cum diu in Tori consortio improles vixissent, ad Ecclesiam Martyris S. Polyecti prope urbem egressi, multos dies in oratione consumpserunt. Quadam nocte visi sibi sunt audire vocem bis acclamantis: *Euthyme, te.* Id est Græce: *Bono animo esto! filius nascetur vobis hoc nomine, qui ipsius Nativitatis tempore tota Ecclesia animos capiet.* Præsagitioni eventus respondit, natus est eis filius mense Augu-

ste,

sto, Gratiano quarto Consule, nempe anno 377. Nomen ei, Euthymius, imposuerunt, & anno sequente, Valente sublato, pax Ecclesiæ reddita. Parentes Euthymii filium, recens natum, Deo dicarunt, atque, defuncto genitore, Mater triennem S. Ottreo, Episcopo Melitinensi obtulit. Is baptizatum, abscissis capillis, lectorem creavit, in domo Episcopali educavit, ut filium; Matrem in Diaconissam ordinavit. Puero Præceptores dedit Acacium, & Synodium, egregios juvenes, tunc Lectores, ambos post hæc in Sede Melitinensi successores. Euthymius maxime ad studium sacrarum litterarum, & officii divini celebrationem animum addixit, in omni virtutum genere seipsum excolens. Optime institutum, cum per omnes gradus functionum Ecclesiasticarum transiisset, S. Ottreus Ecclesiæ Melitinensis Presbyterum ordinavit, & vicinorum Monasteriorum Regimen tradidit, quod ab unguiculis propensum in hoc vitæ genus animum ostendisset. A die Epiphaniæ usque ad Pascha in montem desertum, ubi sequenti tempore Monasterium, quod ab Ascensione dixerunt, conditum, secedebat, & in ea solitudine Quadragesimam transigebat.

Sæculum V. A. C. 421.

Sup. XVII. §. 37.

Sup. XVII. §. 18.

p. 9.

Annos natus viginti novem, scilicet anno 406. cum Monasteriorum cura

p. 13.

Sæculum V. A. C. 421.

oneri esset, relicta urbe Melitina, Jerosolymam abiit. Adorata Cruce, (*) & sacris locis visitatis cum solitariis illius Regionis consilia contulit, & ad Lauram deserti Pharan, sex millibus Jerosolyma distantem, scilicet in Cellulam extra Lauram se contulit. Nihil habenti labor manuum, quippe mattas texebat, victum

S. Euthymius

dabat. Cum Theoctisto, vicino, necessitudinem contraxit; ambo singulis annis in Desertum Cutila ab octava Epiphaniæ usque ad Dominicam Palmarum secedebant. Per annos quinque Euthymius in Pharan moratus fuerat; aliquando ipse, & Theoctistus pro more Cutilam euntes, devenerunt ad torrentem valde profundum, & impeditissimum; undequaque circumspicientibus, quo in alteram oram pervaderent, occurrit caverna versus Septentrionem, in quam aegerrime sunt eluctati. Ubi autem illuc pervenerunt, credidere, hunc sibi locum a Deo

(*) Da unser Protestant solche Worte übersetzet, widerleget er ja selbst dasjenige, was er saget, daß solche abgöttische Ausdrücke nur in den neuern Zeiten vorkommen. Wir nennen noch heut zu Tage Adorationem Crucis, diejenige Verehrung, so wir am Charfreytage im öffentlichen Gottesdienst dem heil. Creuze erweisen. Wenn nun jemand sagen wollte, daß wir ein Holz anbethen, wär es wohl ein plumpes Zumuthen.

a Deo esse paratum, manseruntque, oleribus obviis victitantes. Sæculum V. A. C. 421.

Quidam pastorculi vicinorum mappalium, quæ Lazarion dicebantur, dum caprarum greges ducunt, in duos nostros Anachoretas inciderunt, atque rustico metu diffugiebant, sed solitarii territos affati, dixerunt: *Ne timeatis fratres mei! homines sumus, vobis similes, qui ad expianda peccata nostra hoc loco habitamus.* Pastoribus his, quid vidissent, referentibus, vulgatum, duos viros ibi commorari; exinde incolæ Lazarion eis vitæ subsidia tulerunt, & Monachi ex Pharan, comperto, ubi essent, ad eos invisendos venerunt. Primi eorum Discipuli fuere Marinus, & Lucas, qui deinde fundato Monasterio, Abbatis Theodori, viri in hoc Deserto celeberrimi, Magistri extiterunt. Magnus igitur Discipulorum numerus ad Euthymium confluxit, sed ipse, solitudinis amans, informandi alios curam Theoctisto relinquebat. Primo quidem non erat animus condendi Monasterium, sed tantum Lauram Pharanensi similem. Nihilominus, cum perpenderent, noctu neminem posse ad specum, qui ipsis pro Ecclesia erat, ob præruptos calles eniti, inferius Monasterium ædificarunt, Euthymius vero in caverna remansit; inter alia, quæ Discipulis suis tradebat documenta, ad la- *p.* 16.

Sæculum V. A. C. 421.

borem manuum hortabatur, dicens: *Illud porro ridiculum, quod sæculares alendas uxores, & liberos, ad offerendas Deo primitias, ad dandas pro facultatum suarum ratione eleemosinas, ad tributa pendenda duro labore fatigentur, dum non alienum sudorem devoramus, & nequidem panem, quem ori nostro ingerimus, nostro labore procuramus.*

p. 18.

§. XXIX.

Bellum Persicum.

Soer. VI. c. 8 Christiani Persæ, persecutionem patientes, in auxilium vocarunt Romanos, rogantes, ne se extirpari permitterent. Atticus, Persarum Legatis benevole exceptis, eorum postulata defert ad Imperatorem Theodosium, aliunde Persis lubiratum. Cum igitur Persarum Rex misisset, qui fugitivos repeterent, responderunt Romani, hos reddi non posse, sed vero pro Religione nihil non moliturus, bellumque magis placiturum, quam pati, ut Christiani perirent. Ergo bellum utrinque dicitur, geriturque; Victores Romani extitere, magna de Persis reportata victoria; felix nuntium cursores die Martis octava Idus Septembris, Eustathio, & Agricola Consulibus, scilicet sexta Sept. anno 421. Constantinopolim attulere. Tandem Persæ, multis cladibus attriti, pacem, quam prius rejecerant,

Chro. Pasch. p. 313. C. Chr. Marc. Cod. an. Socr. VII. c. 20. Chr. Marcel.

rant, acceptare coacti. Hæc inita est Honorio decimo tertio, & Theodosio decimo Consulibus, scilicet anno 421. Sæculum V. A.C. 421.

Acacius Episcopus Amidanus in finibus Persiæ hujus Belli occasione memorabile factum edidit. Romani septem millia captivorum tenebant, quos fame tabescentes, reddere tamen suis nolebant. Persarum Rex suorum perniciem indignabatur. Tum Acacius, convocatis Clericis, ait: *Deus noster nec pateris indiget, nec poculis, quia nec edit, nec bibit. Cum igitur Ecclesia nostra vasorum aureorum, & argenteorum multitudinem populi sui liberalitate possideat, his ad liberandum, & nutriendum captivum militem utamur!* Egit etiam, quod dixerat, vasa liquavit, pro captivis Persis militibus Romanis pretium solvit, annonam, & viaticum dedit, & remisit ad suum Regem, qui pulcherrimum factum miratus, dixit, Romanos non armis modo, sed & magnitudine animi cœteras Gentes vincere. Episcopum Acacium videre cupiit, idque Imperator Theodosius concessit.

§. XXX.

Theodosii Junioris educatio.

Non nulla miracula facta narrantur occasione hujus belli, cujus prosperum eventum Theodosii virtutibus in acceptis *Socr. VII. c. 18. Theod. V. hist. c. 37. Soz. IX. c. 1. 202.*

Sæculum V. A.C. 421.

referunt. Pulcheria Theodosii Soror, natu major, educando fratri maximam curam impendit, quamvis annos vitæ duos, & non plures, quam ipse Imperator numeraret. Necdum annum decimum quintum egressa, Deo Virginitatem vovit, duabusque sororibus persuasit, ut idem facerent, ne in Regiam induceretur homo extraneus, forte æmulationum, & invidiæ causa futurus. In publicum voti sui monumentum in Ecclesia Constantinopolitana tabulam altaris auream, gemmis, & arte pretiosissimam, obtulit cum Epigraphe, quæ offerendi causam indicabat. Anno 415. sexdecim annos natam Imperator frater in Imperio sociam, & Augustam pronuntiavit, quod erat res sine exemplo. Imperium Orientis magna prudentia gubernabat, peritorum consilia auscultabat, atque ipsa mandata edebat, ut quæ statuta fuerant, celeriter executioni darentur, quippe tersissime latine, & græce scribebat, & loquebatur; Honorem vero boni eventus fratri semper tribuebat, quem pro Dignitate in orbe maxima, qua eminebat, institui curabat. Is equos regere, tractare arma, aliaque his similia corporis exercitia ab optimis in his artibus Magistris didicit. Ipsa docebat, ut digne, & decenti gravitate in publicum procederet, gressus, gestusque dirigebat, quid in conspectum admissos interrogare, quando,

Chr. Marcell. an.

quando, ut res exigeret, leni, quando terribili vultu esse oporteret, admonebat. Sæculum V. A. C. 421.

Non minor erat Pulcheriæ sollicitudo, qua Imperatori pietatem inspirare nitebatur, assuefaciebat juvenem Principem, ut sæpe oraret, Ecclesias frequentaret, donis pretiosis ornaret, Episcopos, veros Monachos, virosque, virtute præstantes honoraret, & a Doctrina nova in Religione caveret. Ipse templorum Diis sacrorum, & Idololatriæ reliquias abstulit. Omnia in Palatio Regio suo tempore, & ordine fiebant, ita ut a Monasterio non multum abhorreret. Imperator juvenis summo mane surgebat, ut cum sororibus in Choros divisi Laudes Dei cantarent. Sacram Scripturam memoriter tenebat, & de ea inter Episcopos docte differebat. Sacrorum librorum, & omnium Interpretum eorum Bibliotheca aderat. Sæpe, & præsertim diebus Mercurii, & Veneris jejunabat, caloris, frigorisque patiens; nec ea erat, qua solent in purpura nati, mollitie. Inter alias virtutes patientiam, & lenitatem in eo laudabant. Asclepiade Episcopo Chersonesi intercedente, quibusdam reis, carcere detentis, quod Barbaros artem navigia construendi docuissent, vitæ gratiam fecit. Si cui damnato parceret, gratiam pronuntiabat, antequam urbis portis egrederetur, nam extra

Theod. V. c. 37. Socr. VII. c. 22.

L. ult. Cod. Theod. de pæn.

Sæculum V. A.C. 421.

tra urbem plectebantur. Tantam clementiam mirantibus, respondebat: *res facilis, hominem occidere, at excitare nemo potest, nisi solus Deus!* Legem tulit, qua Judæi quoque, & Gentiles Theatri, aut Circi spectaculis interesse in omnibus civitatibus, die Dominica, Nativitatis Domini, in Epiphania, in die Paschæ, Quadragesima, per quinquagesimam, scilicet usque ad Pentecosten, (*) & in festis Apostolorum prohibebantur, (**) etiamsi hæc festa in talem diem, quæ esset Cæsaris honoribus sacra, qualis erat natalis, inciderent. Hæc lex prima Feb. 425. data.

L. ult. de Spect. Cod. Theod.

Theodosius Leges antecessorum suarum contra Hæreticos, & nominatim contra Novatianos, renovavit, tribus Edictis anni 421. Eodem anno alia tria, Judæis faventia, promulgata, ut imprudens zelus Christianorum reprimeretur. Prohibebat, ne Synagogæ eis auferrentur aut ornamentis spoliarentur; econtra Judæis prohibitum, ne novas ædificarent; confirmatur lex, ne Christianos circumci-

L. 59. 60. 61. C. Theod. de Hæret.

L. 25. 26. 27. C. Theod. de Jud.

dant.

(*) Hier läßt der Protestant das Wort: Quadragesima aus, und übersetzet: vom Sonntage Quinquagesimæ an bis zum Pfingstfeste. Wenn vom Fasten etwas vorkömmt, so ist er unglücklich in seiner Uebersetzung.

(**) Hic notanda horum Festorum Antiquitas.

dant, aut eos mancipia haberent. Chri- Sæculum V.
stianis prohibuit, ne Religionis Auctori- A. C. 421.
tate abuterentur ad vim Paganis, aut Ju- *L. ult. Cod.*
dæis inferendam, si quiescerent; nec eis *Th. de Pag.*
quidquam aufferrent, sub pœna restitutionis in quadruplum. Cœterum Constitutiones contra Paganos confirmavit, nisi quod latam in eos, qui Idolis sacrificarent, pœnam capitis in proscriptionem, aut confiscationem bonorum, mutaverit. Hæ leges tres eodem anno 423. datæ sunt.

Tanto in Religionem zelo, aliisque Theodosii junioris virtutibus illius ætatis Scriptores Socrates, Sozomenus, & Theodoretus, Regni prosperitatem, & relatas de hostibus victorias adscribunt. Ve- *Theod. V. hist. c. 36.*
rumtamen affectui omnibus Scriptoribus *ibid. c. 37.*
communi, quo Principes regnantes laudant, & dissimulant vitia, non nihil indulsisse videntur; nam sequentia docebunt, Theodosium fuisse imbecillis animi Principem, alienum sequentem arbitrium, & præjudiciis facile capiendum. Ipse Theodoretus factum narrat, ex quo arguitur, Theodosium sæpe inani metu Theodosius.
magis, quam solida Religione duci potuisse. Monachus audaculus Gratiam a Principe petiit, & sæpius non auditus, Imperatorem excommunicavit, discessitque. Imperator, ad Regiam regressus, cum advenisset cibi capiendi hora, præ-

sentibus

Sæculum V. A. C. 421.

sentibus convivis, dixit: *non comedam, donec ab hac excommunicatione absolutus fuero.* Misitque ad Episcopum, quingerent, huic Monacho præciperet, ut se solveret. Responderi jussit Episcopus, Principem non oportere attendere, si obvii cujuscunque excommunicationem, seque eum ab ista absolutum pronuncire. At Imperator non acquievit, donec non sine labore inventus Monachus eum suæ Communioni restituisset.

Chr. Pasch. an. 420. &c. Socr. VII. c. 21. Marc. Chr.

Theodosius viginti annorum etas, quando Athenaim, Philosophi Atheniensis, cui nomen Leontius, seu Heraclitus, filiam duxit. Hanc ut potissimum eligeret, ob pulchritudinem ejus, & eruditionem, utpotè a Parente maxima industria educatam, Consilium Pulcheriæ effecerat. Illam Parens exhæredem scripserat, hinc Constantinopolim venerat, ut abrogationem testamenti obtineret, & contra fratres suos, qui testamento inhærebant, actionem moveret. Infidelis erat, sed antequam Imperatori nuberet, baptizata est ab Episcopo Attico, qui nomen ejus, quod in Sæculo gesserat, mutavit in nomen Eudoxiæ, nam Athenais derivabatur ab Athena, quod græce Minervam significat. Hanc igitur Imperator Theodosius in Mense *Desius*, septima Idus Junii, Eustathio, & Agricola Consulibus, scilicet septima Junii, anno 421. Tori consortem

sortem accepit. Ubi duo anni effluxere, Sæculum V.
secunda Jan. anno 423. Augustam dixit. A. C. 421.
Ipsa non modo nullam in fratres vindictam exercuit, sed curavit, ut ad magnas Dignitates promoverentur, quod summæ Sorori suæ fortunæ occasio fuissent.

§. XXXI.

Jurisdictio Papæ in Illyricum.

Theodosius Imperator haud diu post nuptias Constitutionem contra Auctoritatem Papæ in Illyrico edidit, hac occasione nata. Perigenes Corinthi natus, & baptizatus, per omnes Clericorum gradus ascendens, Presbyter ordinatus est, diuque in hoc ordine magna vitæ integritate fuit. Contigit, ut Sedes Patræ vacaret, & Episcopus Corinthius ibi Perigenem Episcopum ordinaret; at vero, quia ordinatum populus recipere noluit, Corinthum rediit. Post hæc, Corinthiorum Episcopo fatis functo, Corinthii, misso ad Bonifacium Papam supplici libello, eum Episcopum postularunt. Nihil Papa hac super re pronuntiare voluit, donec a Rufo, Episcopo Thessalonicensi, qui Vicariam Sanctæ Sedis Auctoritatem in Achaia, & Macedonia gerebat, epistolas accepisset. Nam totum Illyricum initio Imperii Occidentalis pars fuerat, & cum sub Arcadio in Orientale, & Occidentale divisum est, nihil in Regimine Eccle-

v. Thomass. discip. part. I. l. 1. c. 9. n. 6.

Sup. XVIII §. 22.

Sæculum V. A. C. 421.

Ecclesiastico mutatum. Papæ postea sicut prius in totum Illyricum Auctoritas valebat, cujus Administrationem Episcopo Thessalonicensi committebat; idem ex epistolis Damasi, Siricii, & Innocenti apparet.(*) Igitur Papa Bonifacius ad Rufum scripsit, misitLibellum Corinthiorum, indicans, electionem Perigenis sibi probari. Cum Rufus publicasset Papæ epistolam, pars Episcoporum consensit, pars renuit obedire. Papæ autem non placuit quidquam decidere, antequam Rufi consilium accepisset, & nequidem Perigeni scripsit. Secunda ejus epistola ad Rufum 19. Sept. 419. data est. Tandem Bonifacius, ut sibi responsum Rufi redditum, menti suæ consentaneum, Electionem confirmavit. Perigenes jussu Papæ Sedi Metropoliticæ Corinthiæ impositus, eamque, quoad vixit, retinuit.

Coll. Hollst. Conc. Rom. III. tom. 4. conc. p. 1702.

p. 1703. epist. ad Episcop. Maced. &c. p. 1707. C. Socr. VII. c. 36.

Illi Episcopi, qui huic Electioni adversati fuerant, Auctoritatem Papæ in quacunque Orientis parte ægre ferentes, ab Imperatore Theodosio Constitutionem impetrarunt, 14. Julii anno 421. datam, qua sub prætextu observandi antiquos Canones, jubet, ut, si quæ lis in Illyrico oriatur,

(*) Hæc Auctoritas Papæ erat Patriarchalis. Quia Summus Pontifex ut Christi Vicarius, & Caput Ecclesiæ, ut Patriarcha, & ut Episcopus Romanus considerari potest.

tur, ejus judicium reservetur Conventui Episcoporum non sine communicatione Episcopi urbis Constantinopolitanæ, quæ veteris Romæ Prærogativa gaudet. (*) Itaque Imperator Jurisdictionem in Episcopos Illyrici, in cujus possessione Episcopus Thessalonicensis, tanquam S. Sedis Delegatus, erat, ad Episcopum Constantinopolitanum transferre volebat. (*)

Sæculum V. A.C. 421.

Boni-

(*) Hæc Constitutio per subsequentem, ut inferius videbimus, irritata est. Nec etiam ultima verba Interpreti Protestanti quidquam auxilii afferunt ad confirmandam falsam suam opinionem; nam Prærogativam Jurisdictionis Spiritualis Imperator Episcopo Constantinopolitano dare non potuit. Deinde, si major Episcoporum Romanorum Jurisdictio in eo fundata fuisset, quod Roma esset Imperatorum Sedes, & Imperii caput, ea Prærogativa, ut Theodosius loquitur, Constantinopolim translata, jam Episcopis Constantinopolitanis non secundus inter Episcopos gradus, sed primus competiisset; quod tamen nec ipsi Orientales unquam affirmare ausi.

(**) Der Uebersetzer hat hier schon wiederum eine Anmerkung angeflicket, und schwätzet in seinem Vorurtheil daher; daß die Römischen Päbste darum ihre Auctorität ausbreiteten, daß sie in der Hauptstadt des Occidentes zu Rom wohneten; auch weil sich die Bischöffe ganz sanft einwiegen liessen, und ihre natürliche Unabhängigkeit willig aufopferten. Ich aber sage

Sæculum V. A.C. 421.

Tom. 4. conc. p. 1704.

Bonifacius Papa, comperta hac innovatione, quodque Episcopus Constantinopolitanus Concilium Corinthum ad examinandam ordinationem Perigenis indixisset, tres scripsit epistolas. Primam ad Rufum Thessalonicensem, cui mandat, ne cedat iis, qui res innovare cupiunt, & Dignitatem sibi non debitam rapere, Episcopum Constantinopolitanum designans. Rufo speciatim mandat, ut cognoscat de causa Perebii, Episcopi Pharsaliensis, qui

p. 1705. S. Sedem interpellaverat. Secunda epistola directa erat ad Episcopos Thessaliæ, & SS. Pontifex hortabatur, ut semper Rufum suum agnoscerent Superiorem. In hac epistola Pausianum, Cyriacum, & Calliopem excommunicat, licentiam tamen pro iis intercedendi Rufo facit. At Maximum, male ordinatum, absolute Episcopatu deponit.

Epistola tertia data est ad Episcopos Macedoniæ, Achaïæ, Thessaliæ, Epiri, Prevali, (*) & Daciæ, scilicet eos omnes, qui in Concilio Corinthi conventuri erant, ob Perigenis causam, quamvis

Sacr

---

noch einmal, wenn Christus der HErr seine Kirche also gestiftet hätte, daß alle Bischöffe in dem Stande, wie es der Uebersetzer nimmet, wären auch gewesen, so wäre eine Kirche entstanden mit vielen Häuptern, das ist, ein Ungeheuer.

(*) Hoc Nomen non amplius occurrit.

Sacra Sede jam deciſam. Papa ob hoc gravamen acriter queritur, & quærit, cui Epiſcopo poſt latam a Sancta Sede ſententiam jus competiiſſet jubendi, ut Epiſcopi conveniant; *ſi canones legatis*, inquit: *videbitis, quænam ſecunda Sedes ſit ab Eccleſia Romana, & quænam tertia; Magnæ illæ Eccleſiæ Alexandrina, & Antiochena Dignitatem ſuam ſervant per Canones, quos non ignorant. Hæ in cauſis maximi momenti, qualis fuit Athanaſii, & Flaviani Antiocheni, ad Eccleſiam Romanam converſæ ſunt. Hinc prohibeo, ne congregemini ad quæſtionem de Ordinatione Perigenis renovandam. Si vero, poſteaquam noſtra Auctoritate Epiſcopus eſt conſtitutus, quidquam deliquiſſe dicatur, Frater noſter Rufus cum aliis, quos ad id elegerit, cauſam cognoſcet, & ad nos referet.* Iterum mandat, ut in omnibus Rufo obediant, & minatur, illos, qui huic molimini adhæſerint, a Sanctæ Sedis Communione reſcindendos. (*) Hæ tres litteræ eadem die datæ ſunt, quinto Idus Martii, Honorio decimo tertio, & Theodoſio decimo Conſulibus, ſcilicet undecima Martii 422. Per Severum Sacræ Sedis Notarium delatæ.

Sæculum V. A. C. 422.

p. 1706. *Baudr.*

(*) Hæc excommunicatio præprimis, ſaltem implicite, Epiſcopo Conſtantinopolitano intentatur; ergo haud dubie in Communione Eccleſiæ Romanæ fuiſſe agnoſcitur.

Sæculum V. A. C. 422.

Bonifacius Papa, missis ad Imperatorem Honorium Legatis, rogavit, ut antiqua Ecclesiæ Romanæ Privilegia defenderet. Honorius hac super re epistolam dedit ad Theodosium, qui plene Patrui petitioni satisfecit, quippe in Rescripto ad Honorium decernit, ut nulla habita ratione mandati, quod Episcopi Illyrici per subreptionem obtinuissent, antiqua Ecclesiæ Romanæ privilegia juxta Canones observentur, dicitque, Præfectis Prætorio mandatum, ut observari procurent. Hæc Theodosii constitutio inter Tabulas Ecclesiæ Romanæ conservata est, non vero in Codicibus, posterius Theodosii, imo & Justiniani jussu compilatis, sed econtra illa constitutio, quæ ab ista irritata fuit, quia urbi Constantinopolitanæ, ubi hæc collecta sunt, magis favet, inserta. Cæterum ex his Bonifacii Actis cernitur, quanto vigore Pontifices jam tunc Episcoporum Constantinopolitanorum molitionibus obstiterint, quod bene intelligerent, quæ inde in Sedis suæ damnum sequerentur. At Bonifacius dum his strenue se defendit, aperte tantum Episcopos Illyrici oppugnat, Constantinopolitanum non nominat, nec Imperatorem verbo lædit.

p. 1709.
p. 1710.
Theodosius.

Bonif. ep. 3. *to.* 2. *Conc. p.* 1585.

Bonifacius Papa eodem anno in Galliis factum correxit Patrocli Arelatensis, qui Lodevi, loco extra suam Provinciam posito, ordinaverat Episcopum, nec illius urbis

urbis Clericis, nec populo acceptum; hi questus suos ad Papam detulerunt, is datis ad Hilarium, Episcopum Narbonensem, Provinciæ Metropolitam, litteris, quibus Cleri, & populi Lodevensis libellum supplicem accluſit, mandat; in locum ipsum se conferat, & Episcopum ad populi Clerique vota ordinet, idque tam jure Metropolitæ competenti, quam Sedis Sacræ Auctoritate faciat. Omnia secundum sextum Canonem Nicænum, qui vult, ut jura Metropolitarum in quaque Provincia salva consistant. Hæc epistola nona Febr. 422. data.

Sæculum V. A.C. 422.

§. XXXII.

Mors Bonifacii. Cœlestinus Papa.

Bonifacius Papa haud diu post vita excessit eodem anno 422. postquam Sacram Sedem tenuisset tres annos, & menses octo. Prohibuit, ne ulla mulier, aut Sanctimonialis pallam sacram, seu mappam Altaris attingeret, sed tantum Ecclesiæ Ministri. Vetuit etiam, ne in Clericos ordinarentur mancipia, aut viri ad onera Civitatum, vel quæcunque alia obligati. Ordinationem peregit Romæ, Mense Decembri, creavitque Presbyteros tredecim, Diaconos tres, Episcopos per diversa loca triginta sex. Oratorium construxit in Cœmeterio Sanctæ Felicita-

v. Præf. in ep. Aug. n. 209. *Socr. VII. c.* 11. *Prosp. Chr. an.* 420. *Marcell. eod. Sup. §.* 7. *Lib. Pontif.*

Sæculum V. A. C. 422.

licitatis, atque Sepulchrum ejus, atque S. Silvani ornavit. Ibi Patenam obtulit, cujus pondus viginti libras æquabat, item Vas librarum tredecim, duos exiguos calices librarum quatuor, tres coronas, seu circulos, quindecim librarum cereis infigendis aptos. Hæc conficiunt octoginta quatuor argenti Marcas, quia libræ, de quibus hic sermo, duodecim unciis constant. Sepultus est eodem loco prope corpus S. Felicitatis, octavo Calendas Novembris, scilicet 25. Octobr. Sacra Sedes diebus novem vacavit. In veteri Epitaphio legitur, Bonifacium Papam obiisse annis gravem, a juventute Sacræ Sedi serviisse, lenitate, & clementia Schisma extinxisse, atque urbi in magnæ sterilitatis calamitate opem tulisse. Non nulli ex Clericis, & Presbyteris Eulalium, ejus in Electione olim æmulum, revocare cogitabant; ipse Romam venire renuit, mansitque in loco sui refugii, scilicet in Campania, ubi post annum vivere desiit. Nono post Bonifacii obitum die, nempe tertia Nov. nemine adversante electus est Cœlestinus, Patria Romanus, Prisci filius, qui annis novem, & mensibus decem sedit. Inter Pontifices quadragesimus primus numeratur.

Ap. Baron. app. tom. 5. p. 5.

Prosp. Chr. a. 423. Marcell. Chr. an. 423. Aug. ep. 409. init.

§. XXXIII.

Sæculum V.
A.C. 423.

§. XXXIII.

Honorii obitus. Valentinianus III. Imperator.

Imperator Honorius fatis functus est ex Hydrope anno sequenti 423. Marinia-no, & Asclepiodoto Consulatum gerentibus, decimo octavo Calendas Sept. scilicet 18. Aug. regnavit annos 28. ab obitu Patris sui Theodosii, & annos vitæ trigintanovem numeravit. Anno superiore Placidiam sororem Ravenna, quam urbem insidebat, expulerat; ipsa cum liberis Constantinopolim confugit. Antequam Nuntium de obitu Honorii Constantinopolim fuisset delatum, Joannes Primiciarius Notariorum, seu Secretariorum Princeps, Ravennæ ut Imperatorem se gessit, ibique uno anno & dimidio, Castino Militiæ Magistro succollante, regnavit. In Africa quoque Imperator agnosci cupiebat, sed obstitit Comes Bonifacius, Principi Placidiæ, & liberis ejus fidem servans. Pro his etiam Theodosius stetit, & Valentinianum juniorem, Placidiæ, & Constantii filium, Cæsarem edixit. Cum deinde Theodosius militem in Italiam misisset, Joannes victus est, & occisus, mense Julio, anno 425. Valentinianus III. vix septennis Imperator Occidentis salutatur, decimo Calendas Nov. ipso primo, & Theodosio undecimo, Consulibus

Socr. VII. c. 22. Olymp. ap. Phot. p. 196. Prosp. an. 424. Philost. IX. c. 13.

Sæculum V. A.C. 423.

bus, scilicet 23. Octobr. eodem anno 425.

Ipso hoc anno Valentiniani nomine plures Leges in Ecclesiæ favorem promulgatæ. Prima data est sexta Julii, & ad Gregorium Africæ Proconsulem directa, quæ Privilegia Ecclesiæ, & pœnas, in Hæreticos statutas, confirmat. Secunda directa est ad Bassum, ut restituerentur omnium Ecclesiarum Privilegia, quæ Tyrannus, nempe Joannes, abstulerat, præsertim Clericorum jura, ne eis coram Judicibus Laicis lis moveretur, sed ab Episcopis judicarentur. (*) Eadem lege præcipitur, ut omnes Hæretici, & Schismatici exulibus proscriberentur. Alia lex decima septima Julii ejusdem anni idem jubet speciatim pro urbe Roma, adversus eos, qui a Communione Papæ recedentes, etiam populum seducebant. Hæ erant Schismatis Eulalii Reliquiæ, quas aliqui post decessum Bonifacii Papæ resuscitare nitebantur.

Lib. 46. Cod. Theod. de Episc. l. 63.

L. 47. ult. C. Th. de Episc.

L. 62. Cod.

§. XXXIV.

Causa Antonii Fussalani.

Ep. 209. al. 161.

Initio Pontificatus S. Cœlestini scripsit ad eum S. Augustinus in causa Antonii Fussalani, qui ad S. Sedem appellaverat. Erat Fussala urbs exigua in extrema parte Diœcesis

(*) Inde contra Protestantes exemptio Clericorum Personalis probatur.

cesis Hipponensis sita, & tali Regione, in qua pauciſſimi numerabantur Catholici. In ipsa civitate nullum orthodoxum invenire erat, & in agris, magna quidem habitabat hominum frequentia, sed Donatistæ dominabantur. Tota hæc Regio maximis laboribus, & periculis ad Ecclesiam reducta; nam Presbyteri, quos eis primo S. Augustinus dedit, alii spoliati fuere, alii verberibus affecti, truncati, aliis lumina effossa, alii necati. Urbs quadraginta millibus, id est, ferme tredecim Leucis Hippone distabat, hinc, quod esset nimium remota, multa obstabant, quin S. Augustinus eo, quo voluisset, fructu hos Neophytos regeret, & paucos Donatistas, qui supererant, captaret. Igitur statuit, ibi Episcopum constituere, quamquam antea nunquam fuisset. Postquam virum aptum, linguæ punicæ gnarum, & Presbyterum invenit, eum ad id muneris destinabat. Scripsit ad Primatem Numidiæ, ut ad eum ordinandum veniret; ecce vero omnibus ad ordinationem congregatis, Presbyter, quem S. Augustinus designaverat, exspectantes fefellit, nec adduci potuit, ut se Episcopum ordinari pateretur.

Sæculum V. A. C. 423.

Noluit S. Augustinus, ordinationem differre, & Primatem, virum ætatem venerabilem, qui longo itinere, & magna molestia advenerat, re infecta domum

Sæculum V. A. C. 423

remittere; igitur in Episcopum Fussalanum juvenem, nomine Antonium, præsentavit; eum a puero in suo Monasterio educaverat, sed tantum in Lectoris gradu erat, & necdum in Ministerio Ecclesiæ satis probatus. Populus Fussalanus præsentatum prompta obedientia acceptavit; itaque ordinatus est Episcopus. Verum susceptum munus pessime gessit, & tanto scandalo, ut eum populus coram S. Augustino, & Concilio Episcoporum, intolerabilis Dominatus, expilationum aliarumque vexationum accusaret. Fuere etiam externi, qui eum impudicitiæ accusabant, sed id probare non valentibus, Episcopi non judicavere dignum, qui Episcopatu privaretur. Sed primo eundem condemnarunt, ut omnia restitueret, quæ ablata demonstrarentur, & interea esset excommunicatus, donec restituisset, deinde discederet ab hoc populo, qui eum ultra patienter non ferret, & vim illaturus credi posset. Itaque Episcopus esse permissus est, sed sine Ecclesia. Antonius Sententiæ se submisit, & parata pecunia tantum reddidit, quantum ex Arbitrorum judicio illa, quæ rapuerat, valebant, ut sic in Communionem rediret.

Antonius.

n. 9. Nihilominus post hæc Antonius ad Sacram Sedem appellavit, scripsitque ad Bonifacium Papam Libellum supplicem, quo, factum

Sæculum V.
A. C. 423.

factum dissimulans, in Ecclesiam restitui petebat, dicens, se ea non potuisse privari, vel Episcopatu quoque deponendum esse. Obtinuit etiam, ut Numidiæ Primas, cui, innocentem se damnatum, persuaserat, pro se apud Pontificem intercederet. Bonifacius Papa rescripsit, esse restituendum, caute adjiciens, si rerum ordinem fideliter exposuisset. Hanc Sacræ Sedis sententiam Antonius alte crepabat, & minabatur, effecturum se, ut illa Sæcularis brachii opera, & armatis manibus executioni daretur. S. Augustinus, missis ad Cœlestinum Papam omnibus Judicii Actis, rogat, ut hæc impediat.

n. 7.

n. 6.

n. 9.

In epistola hac S. Augustinus suam ipse imprudentiam accusat, quod juvenem non satis probatum, ordinari petiisset. At sententiæ a Concilio suo latæ justitiam propugnat, dicens, etiamsi quisquam Episcoporum non tantum deliquerit, ut deponi mereatur, non tamen expedire, ut impunitus abeat. Hujus rei exempla in ipsa Africa invenit. Priscus fuerat privatus jure, ad Primatiam ascendendi, sed Episcopum esse licebat. In Victorem eadem pœna decreta, & præterea, nullus Episcopus cum eo nisi in sua Diœcesi communicabat. Laurentius Sede sua privatus, Episcopi tamen Dignitate gaudebat, simillima cum sorte Antonii fortuna. Et hæc judicia a Sancta Sede fuerant confirmata.

n. 7.

n. 8.

Sæculum V. A. C. 423.

mata. Finem ſcribendi S. Auguſtinus facit, Papam rogans, ut miſericordia in populum Fuſſalanum moveri ſe ſinat, & Epiſcopum, tantæ invidiæ cauſam, iterum recipere non cogat.(*) Miſereretur etiam ipſius Antonii, nec pluribus malis perpetrandis occaſionem præberet, tandem ſui, & ſenectutis (ſaltem annos ſexaginta octo tunc S. Auguſtinus numerabat) commiſeratione tangeretur, *quippe tantum periculum*, inquit: *cui tam unam, quam alteram partem expoſitam video, eo mœrore me conficit, ut cogitem Epiſcopatum abdicare, & reliquos vitæ dies deflendo culpam meam conſumere.* Dubitare fas non eſt, Papam ejus deſiderio ſatisfeciſſe, & Antonium Sedi ſuæ nunquam reſtitutum; nam legimus S. Auguſtinum adhucdum ſub finem vitæ Eccleſiam Fuſſalanam gubernaſſe.

Epiſt. 224. ad Quodvult.

§. XXXV.

Cauſæ Apiarii exitus.

Hæc S. Auguſtini epiſtola illo tempore ſcripta eſt, quando Epiſcopi Africæ adhucdum appellationes Romam diſſimulabant, expectantes, donec plenius circa Canones Nicænos edocerentur, (**) ita enim

Sup. §. 2.

(*) Ex hoc exemplo diſpicitur, quam noxia appellatio, exceptis cauſis graviſſimis, eſſe poſſit.

(**) Fleurius non ſibi hic contradicit, ut videtur Anony-

enim epistola Concilii an. 419. ad Bonifacium Papam sonat. Verum quidem, quod hæc exempla, fideliter translata, Nicæa tempore Bonifacii in Africam advenerint, & ad eundem 26. Nov. eodem anno 419. Romam submissa. At Episcopi Africæ statuerunt, nolle se amplius Appellationes ultra marinas tolerare, data epistola Synodali ad Cœlestinum Papam directa, haud diu postquam Sanctus Augustinus scripserat; epistolam enim Episcoporum S. Augustini litteris esse posteriorem, ex eo cognoscitur, quod S. Austinus eidem Pontificatus ingressum, non vero Episcopi gratentur. Hujus moræ causa fuit bellum, post Honorii fata exortum, quod liberum ex Africa Romam commercium vetuit; ubi Pax rediit, ut conjectura est, anno 426. Episcopi Africæ S. Cœlestini Papæ epistolam, ferente Leone Presbytero, acceperunt, faventem Presbytero Apiario, quem restituerat, atque in Africam remittebat cum Episcopo Faustino, jam olim sub Zosimo Papa illuc Dele-

Sæculum V. A.C. 423.

n. 11.

Epist. Conc. Afr. to. 2. conc. p.476.

Anonymo I. sed quamvis Nicænos Canones jam accepissent, & eos Romam misissent, necdum tamen in Concilio, communi consensu, statuerant, non ultra ferre, ut tam levi ex causa quisquam Romam appellaret; quod ex Verbis S. Augustini in suis Sermonibus, ut infra recurret, conjicitur.

Sæculum V. A.C. 423.

Delegato. Postquam advenit, Episcopi Africæ Concilium, in quo Aurelius Carthaginensis, & Valentinus, Numidiæ primas, præfuere, convocarunt. Tredecim præterea Episcoporum Nomina legunt, at S. Augustini manus non visitur. Cum in hoc Concilio Apiarii causa rursus examini fuisset subjecta, tot criminum convictus est, ut ei defendendo Faustinus par non fuerit, etiamsi magis Causidicum, quam Judicem ageret, seque toti Concilio non sine Patrum injuria, asserendorum Privilegiorum Ecclesiæ Romanæ specie, opponeret. Volebat, ut Apiarius in Communionem Episcoporum Africæ reciperetur, quod eum restituisset Papa, credens ipsum appellasse, quod tamen probare non potuit. Triduum tenuit contentio. Tandem Apiarius urgente conscientia, & divina Gratia motus, derepente omnia, quorum accusabatur, crimina fassus est, horrenda, & incredibilia. (*) Universi Patres ingemuere. Ipse Ministerio Ecclesiæ in perpetuum privatus remansit.

Episcopi ad Cœlestinum Papam epistolam Synodalem dedere, qua obtestan-

tur

(*) Ex hoc exemplo contra Anonymum elucet, nullibi melius causas criminales quam ipsa Provincia judicari, quod in Conciliis cautum est; exceptis majoribus causis, quæ componi nequeunt, nisi ad Ecclesiæ universalis Caput recurratur.

tur, ne ultra in suam Communionem re- Sæculum V.
cipiat, quos ipsi excommunicassent, cum A. C. 423.
iste articulus in Concilio Nicæno fuerit definitus. *Quandoquidem*, inquiunt: *si id de Clericis minoribus, aut Laicis prohibetur, quanto magis Concilii mens fuerit, ut id ipsum circa Episcopos observetur. Quibus igitur in suis Provinciis Communio interdicta est, tales a tua Sanctitate præmature, & contra Canones restitui non oportet; sed Presbyteros, aliosque Clericos, qui temere ad te recurrunt, rejicias; nam nullum Decretum Patrum nostrorum hoc præjudicium Ecclesiæ Africæ intulit, & Decreta Nicæna ipsos Episcopos Metropolitis subjectos esse voluere.*

Episcopi ad Cœlestinum Papam.

Concilii Nicæni Patres prudentissime, & justissime decreverunt, ut omnes causæ in illis locis, ubi natæ sunt, finirentur, nec existimarunt S. Spiritus Gratiam singulis Provinciis defuturam, sed eundem Spiritum Episcopis lumen, & vires necessarias in ferendis judiciis suffecturum. Et hoc quidem multo magis, quod, quicunque læsum se credit, ad Concilium Provinciale, aut etiam universale appellare possit; nisi forte credendum, Deum posse cuiquam soli, quod justum est, inspirare, & eandem Gratiam infinitæ Episcoporum multitudini congregatæ denegare. (*) *Quomodo autem*

(*) Istud accipiendum de Concilio universali Africæ,

Sæculum V. A.C. 423.

tem judicium ultramarinum certo possit esse justum, cum testes illuc mitti non poterunt, seu sexus imbecillitas, seu senectus, aut quodcunque aliud impedimentum obtenderit? ut enim quisquam a tua Sanctitate mittatur, in nullo Concilio præceptum invenimus.

Quod ad ea attinet, quæ nobis per Confratrem nostrum Faustinum misisti, tanquam in Concilio Nicæno contenta, in exemplis Authenticis hujus Concilii, quæ a Confratre nostro, Episcopo Alexandrino, & venerabili Attico Constantinopolitano accepimus, & quæ antehac ad Bonifacium Prædecessorem tuum felicis memoriæ transmisimus, nihil tale invenimus. Cæterum, quiscunque is fuerit, qui te posthac roget ut aliquem ex Clericis tuis mittas, qui tua mandata exequatur, rogamus, ut mittere nolis, ne species sit, quod factum, & Damnationem Sæcularem in JEsu Christi Ecclesiam, quæ omnibus simplicitatis, & humilitatis exempla dare tenetur, introducamus. (*) *Nam, quod respicit Fratrem nostrum Faustinum, quia infelix Apiarius extra*

Africæ, non totius Ecclesiæ. Cæterum hæc Episcoporum Africæ opinio illi Quæstioni lucem non affert; an Summus Pontifex extra Concilium sit infallibilis?

(*) Anonymus I. arguit Fleurium, quod non accurate transtulerit verba illa: *Exsecutores*

extra Communionem Ecclesiæ est, certissime de tua Bonitate speramus, & salva Charitate fraterna, non ultra Africæ molestum fore. Hæc est Concilii Africani ad S. Cœlestinum Papam epistola. Sæculum V. A. C. 425.

§. XXXVI.

Paulus Hipponensis sanatur.

Sub id tempus Hippone, præsente S. Augustino, magna duo miracula in fratre, & sorore, qui Paulus, & Palladia vocabantur, Cæsareæ in Cappadocia nati, patrata. Hi omnium membrorum tremore horribili affligebantur. Post plura itinera, quibus eorum calamitas vulgata, Hipponem ferme quatuordecim ante Pascha venerunt, ut creditur, anno 425. quotidie Ecclesiam frequentabant, & illum locum, ubi quiescebant S. Stephani Reliquiæ, ferme ante annum illuc translatæ. Miserum par, quocunque irent, omnium oculos in se rapiebant, quique eos alibi viderant, & tremoris causam sciebant, ignaris narrabant. Die Paschatis mane, cum jam magna populi copia in

etiam Clericos vestros, quibuscunque petentibus nolite mittere, nolite concedere. Quique se soit, qui vos prie. Quicunque te roget; sed putat, poni debuisse: *ne sine discrimine omnibus petentibus mittas.* Uter melius sensum epistolæ assequatur, Lectoribus judicandum relinquo.

Sæculum V. A.C. 425.

in Ecclesia esset, Paulus ante Sacras Reliquias orabat, cancellis, qui locum claudebant, manibus innixus. Subito in terram procubuit, jacuitque, quasi in somnum lapsus, sed non tremebat, sicut alias etiam dormiens solebat. Mirabantur adstantes; hi timere, alii novo casu affligi, atque quibusdam jacentem relevare volentibus, obsistebant alii, dicentes, eventum esse expectandum.

Interim Paulus surrexit, intuentes se aspiciens, tremore liber, & plene sanatus. Omnis populus in Dei laudes effusus, lætis vocibus Ecclesiam implevit. Alii ad locum, quo S. Augustinus sedebat, ad officium processurus, procurrere. Plurimi ad eum gressus urgebant, ut quisque lætum nuntium primus afferret; omnibus gaudentibus, & Deo Gratias tacite agentibus, intrat Paulus cum pluribus aliis, & S. Augustini genibus advolvitur, qui rursus erectum amplexus est. Tum ad populum processit, tota Ecclesia lætantium clamoribus resonante. Dicebant universi: *Deo sint Gratiæ! Deo sint laudes!* ubi S. Augustinus populum salutavit, ingeminati sunt clamores.

Tandem reducto silentio, Sanctæ Scripturæ pro more lectæ, & ubi tempus sermocinandi advenit, S. Augustinus dixit: *nos est nobis, libellos de miraculis, qua Deus per intercessionem Beati Martyris S. Ste-*

Serm. 320. al. de div. 29.

phani

phani operatur, auscultare. Hodie hujus juvenis præsentia nobis pro libello sit; non alio scripto opus est, quam vultu ejus, vobis noto. Vos igitur, dum scitis, quantam calamitatem in eo videre dolentes solebatis, legite lætantes, quæ jam in eo cernitis, ut magis honoretur Deus, & quod in hoc libello scriptum est, vestræ semper memoriæ inhæreat. Ignoscite, si plura non dicam; quantum fatigatus sim, omnes scitis. Vires mihi non superfuturæ erant heri, ut tanta jejunus operarer, & hodie loquerer vobis, nisi S. Stephani preces adjuvassent. Plura S. Augustinus non est elocutus, maluitque, ut dixerat, ut populus suus ipsius Dei eloquentia, quæ se hoc miraculo manifestaverat, frueretur. Ut facilius, quæ de fatigatione dicit, intelligamus, memores esse oportet, jam fuisse septuagenarium, tunc morem non fuisse, ut quidquam cibi toto die Sabbati sumeretur, atque majorem noctis partem Benedictioni fontium, & Baptismo solemni fuisse datam. Paulum sanatum ad prandium invitavit, & casum ejus exacte scire cupienti, Paulus narravit in hunc modum.

Sæculum V. A.C. 425.

Miracula tempore Sancti Augustini.

Cæsareæ in Cappadocia non infimo genere natus sum. Decem sumus, iisdem parentibus geniti, septem fratres, & tres sorores; ego natu sextus sum, meque soror mea Palladia secuta est. Cum adhuc in do-

Libell. Paul. post serm. 322.

Sæculum V. A.C. 425.

mo paterna versaremur, frater noster, ma-tu maximus, Matrem ita acerbe habuit, ut etiam manus ingereret. Quamobrem nes adessemus, id toleravimus, nullus ob-cutus est, aut saltem interrogavit, ea tam dure cum matre ageret. Mater ani-mi dolorem non ferens, statuit, filio male-dicere; ea mente summo mane ad Baptiste-rium properavit; eunti occurrit, nescio quis, speciem Patrui nostri, ejusque Levitæ, referens; pronum est credere, fuisse Dæ-monem; is interrogat, quo iret. Respon-dit ire se, ut filio malediceret, quod con-tumelia se affecisset intolerabili. Sugges-sit ille consilium, ut omnibus simul fra-ris malediceret, & persuasit. Ergo ad Baptisterio prostrata, sacros fontes at-tigit, sparsisque crinibus, & nudo pectore a Deo petiit, ut patria ejecti, in mundo errare cogeremur, toti generi humano hor-rendo exemplo futuri.

Illico fratrem nostrum natu majorem invasit membrorum tremor, qualem in nu-diebus his præteritis vidistis. Omnes eo-dem malo per illum annum successive secun-dum ordinem ætatis nostræ correpti sumus. Mater nostra, videns quam funestos effe-ctus iracundia sua produxisset, stimulis conscientiæ, & hominum exprobrationem non ferens, voluntario suspendio vitam in-felicem clausit. Omnes, ut infamiam ef-fugeremus, relicta Cæsarea, in diversas re-

gionis

giones spargimur. *Fama ad nos detulit,* Sæculum V.
secundum natu ex fratribus nostris Ravennæ ad monumentum Glorioſi Martyris S. Laurentii, quod ibi haud ita pridem erectum, ſanitatem recuperaſſe. A C. 425.

Ego vero, dum de locis Sacris referrì audiebam, in quibus Deus operabatur miracula, illo me magno ſanitatis deſiderio conferebam, & ſequebatur me ſoror. Anconæ in Italia, & Uzalæ in Africa fuimus, cum audiviſſemus, S. Stephanum magna miracula in utraque civitate patrare. Tandem ante trimeſtre ſorori meæ, mihique talis viſio oblata eſt. Vir ſplendeſcens, & canis ſuis venerabilis mihi dixit, poſt tres menſes me ſanum fore. Tua autem Sanctitas (ad S. Auguſtinum ſermonem dirigit) *ſorori meæ apparuit, eadem ſpecie, quæ modo te videmus. Inde intelleximus, in hunc locum nobis eundum eſſe. Nam exinde iter faciens, in aliis civitatibus ſæpe vidi te, talem prorſus, qualem jam coram me conſpicio. Ergo tam manifeſto Dei juſſu moniti, ante dies ferme quindecim in hanc urbem venimus. Vidiſti calamitatem meam, quam adhucdum in ſorore mea vides. Singulis diebus in loco, ubi S. Stephani Reliquiæ ſunt, inter multas lacrymas orabam; hodie mane, cum flens cancellos tenerem, ſubito collapſus ſum, mens fugit, & ubi fuerim, neſcio; paulo poſt*

Sæculum V. A.C. 425.

surrexi sanus, sicut omnibus tunc præsentibus constat.

§. XXXVII.

Palladia sanatur.

Serm. 321. His auditis, S. Augustinus libellum conscribi jussit, qui in Ecclesia legeretur. Die Lunæ Paschæ post sermonem promisit populo, dicens: *hodie præparabitur, & cras vobis prælegetur.* Die Martis fratrem, & sororem in gradibus Cathedræ suæ elevatæ, qua concionabatur, stare jussit, ut simul viderentur ab omni populo; frater nullo informi motu vexabatur, soror omnibus artubus contremiscebat, hinc Deo Gratias agebant pro unius sanitate, & orabant, ut alterius

Serm. 322. ærumnam tolleret. Stantes ibi permanserunt, dum libellus, nomine Pauli scriptus, & ad S. Augustinum directus, omnia quæ narraverat, complectens, legebatur.

Serm. 323. Absoluta lectione, S. Augustinus, ipsis recedere jussis, cœpit ad populum dicere, & primo quidem de Reverentia, quam liberi parentibus debent, deinde de moderatione animi, qua Parentes erga liberos esse oportet. Mentionem etiam fecit de S. Stephani monumento, quod Anconæ servabatur, jam antequam in Palæstina ejus corpus inveniretur; *hæc,* inquit: *hac de re nobis relata sunt: Dum S. Stephanus lapidabatur, lapis, qui in ejus cubi-*

cubitum inciderat, in virum fidelem, ad- Sæculum V.
stantem, repercussus est; is lapidem tulit, A.C. 425.
& servavit. Cum vir ille soleret per varias Regiones peregrinari, & navigationis sorte Anconam fuisset devectus, revelatione didicit, lapidem in ea Civitate relinquendum. Tunc S. Stephano monumentum erectum, & rumor vulgavit, unum Sancti brachium ibi asservari. Intellexere deinde incolæ, peregrinatori illi revelatum, ut hic lapidem relinqueret, quia vox græca ANCON, *cubitum significat. Prodigia autem non ante quam Sancti Stephani corpus inventum fuisset, fieri cœpta.*

S.Augustinus etiam de miraculis, quæ Uzalæ celebrabantur, locutus est, jamque initium fecerat, illud narrandi de muliere, cujus filius resuscitatus, ut baptizari *Sup. 4.* posset, cum turbatus est vocibus populi, ad Monumentum S. Stephani conclamare incipientis: *Deo Gratias! JEsu Christo laudes!* inter has voces puellam adducunt, sanatam. Nam de gradibus Cathedræ descendens, S. Stephani monumentum adivit, ut ibi oraret, dum S. Augustinus sermocinabantur. Ut vero clathros attigit, sicut frater ejus collapsa, dormire videbatur, & surrexit morbo libera. Qui sermocinantem S. Augustinum auscultabant, ad tumultum vultus verterunt, venientibus procurrunt obviam, & interrogante S. Augustino, quid

Sæculum V. A. C. 425. sibi lætantium clamor vellet, Palladius in Ecclesiam introducitur, Absidi, nempe Sanctuario, admovetur, & in eodem loco, ubi prius cum fratre steterat, collocatur. Adeo effusa fuit populi lætitia, qui liberatam conspiceret, ut nunquam celeberrimi clamores viderentur, tam acuti, tam graves auribus essent. S. Augustinus postquam impetravit, ut utcunque quiescerent, paucis verbis, Gratias Deo agens, sermonem clausit. Sequenti die Mercurii narrationem miraculi, Uzalæ patrati, absolvit. Sermones omnes, quos hac occasione S. Augustinus pronuntiavit, etiam illum, quem prodigium Palladiæ interrupit, habemus. Elapso ferme anno, cum magnum opus suum de Civitate Dei absolveret, hanc historiam de sanatione Pauli, & Palladiæ adjunxit; plura etiam alia miracula, quæ duorum annorum intervallo Hyppone acciderunt, narrat, dicitque, jam tunc septuaginta libellos fuisse conscriptos, etiamsi aliqua contigerint, quæ litteris non fuissent consignata.

§. XXXVIII.

Vita S. Augustini Domestica.

Poss. c. 19. Sanctus Augustinus multis, non a Christianis modo, sed etiam diversis Religionis hominibus sibi delatis arbitriis fatigabatur. Malebat vero inter ignotos quam amicos arbiter esse, dicens, quod in inter-

inter ignotos judicaret, unum sibi faceret amicum, & inter amicos, unum amitteret. Non nunquam usque ad refectionis horam his officiis incumbebat, non nunquam tota die impransus. His occasionibus utebatur, ut cognosceret litigantium indolem, & ad pietatem, bonosque mores perduceret. Quandoque epistolas commendatitias in negotiis sæcularibus concedebat, sed talia admodum molestè ei accidebant, & sæpe optimis etiam amicis denegabat, ut salvam servaret Auctoritatem, & se Magnatibus non redderet obnoxium. Si vero quemquam commendaret, ea modestia, & prudentia utebatur, ut Potentibus non oneri, sed admirationi esset, quippe non aliorum more Patronum urgebat, ut opportune importune, quod petebat, obtineret, verum adhibebat argumenta, quibus resistere non valebat. Regulæ, quas a Sancto Ambrosio didicerat, ipsi placebant, ne unquam primus ineundas nuptias suaderet, & neminem, cuiquam muneri præficiendum, præsentaret, ne sibi ipsi exprobrationis causam poneret. Id quoque firmum ei erat, ne in sua Diœcesi ad cujusquam mensam, quamvis rogaretur, accederet, timens, ne in temperantiæ leges peccaret. Id vero sibi probabatur, ut Episcopus nuptiis intereesset, postquam partes consenserant, scilicet, ut major contractus esset

Sæculum V. A. C. 425.

Marcell. ep. 154. *c.* 21.

Sæculum V. A.C. 425.

Auctoritas, vel ut nubentibus benedi-
ceret.

Supellex domestica S. Augustini, &
c. 22. vestes modestiam loquebantur; nec ex-
Serm. 37. al. quisitus nitor, nec sordities apparebat.
45. de divers. Subtus lineis, superius lanea veste, ut ce-
c. 5. teri hominum utebatur. Calceatus in-
cedebat, illosque, qui nudis pedibus am-
bulabant juxta consilium Evangelicum,
hortabatur, ne inde extollerentur: *Cha-
ritatem retineamus!* inquiebat: *amo ve-*
Serm. 101. *stram fortitudinem, vos meam debilitatem*
al. 42. de *tolerate!* mensa frugalis erat, qua ple-
Sanct. c. 6. rumque præter olera, & legumina nihil
apponebatur; non nunquam carnes
hospitibus, aut infirmis præbebantur,
S. Augusti- sed semper vinum. Exceptis cochlea-
nus. bus, quæ ex argento erant, omnia vasa
terrea, lignea, aut saxea, non necessitate,
sed amore paupertatis. In mensa ejus
duo versus legebantur, prohibentes, ne
quis absentis famam læderet; inde colligi-
tur, pro more antiquitatis necdum usum
mappæ fuisse. Cum aliquando ex nu-
mero amicorum quidam Episcopi contra
hanc regulam peccarent, eos fervide re-
prehendit, dicens, vel delendos esse
versiculos, vel se relictis dapibus in pe-
netrale suum recessurum. Ipso ad men-
sam sedente, erat, cui legere incumbebat.
c. 15. Clerici S. Augustini semper cum ipso ver-
sabantur, sub eodem tecto, & ad eandem
men-

mensam conviventes, esca, & vestimenta expensis communibus parabantur. Errores eorum reprehendebat, discrete tamen alterius onera portans. Hortabatur, ne quis, si errasset, perversas excusationes obtenderet, ne animi rancorem alter in alterum retineret, sed in Correctione fraterna secundum Regulam Evangelii reconciliarentur. *Matth.* 5, 23. 18, 15. Nulla mulier unquam in domo ejus habitavit, vel accessit etiam; nequidem soror ejus, quæ, cum esset vidua, Deo se consecravit, & diu Sanctimoniales usque ad obitus sui diem rexit. *c.* 26. Nec etiam accessum impetrare poterant vel cognatæ, vel neptes, etiam Sanctimoniales, etiamsi has Personas Concilia excepissent; quia, dicebat, etsi istæ suspicionem non moverent, tamen famulæ, vel quæ ad eas ventitarent, vel periculo, vel scandalo esse posse. *c.* 27. Si quæ mulieres ejus alloquium peterent, eas, comitantibus se Clericis, excipiebat; nunquam solus soli colloquebatur fæminæ. Monasteria Virginum non nisi urgente necessitate invisebat; quando ægroti, ut ad se veniret, flagitabant, ut pro eis Deum oraret, & imponeret manus, sine omni mora adibat; (*) alias autem neminem nisi oves afflictas, viduas, orphanos suo accessu solari solebat.

§. XXXIX.

(*) Ecce Sacramentum extremæ unctionis.

Sæculum V. A.C. 425.

§. XXXIX.

Cura temporalium.

c. 2. *Ep.* 38. *ad Profut. al.* 149. *n.* 2. c. 24.

Sanctus Auguſtinus pauperum ſemper memor erat, eosque ex eadem ſubſtantia alebat, qua ipſe cum ſuis contubernalibus ſuſtentabatur, ſcilicet ex redditibus Eccleſiæ, vel oblationibus Fidelium. Maximam Hoſpitalitatis curam gerebat, dicere ſolitus, præſtare malos ſuſcipere, & pati, quam virum bonum ignorantiâ, vel ſupervacua cautione rejicere. Clericis robuſtioribus, ut quemque ordo tangebat, Domus, Eccleſiæ, Bonorumque ſuorum curam committebat, ipſe nec claves unquam, aut in digito annulum ferebat, nempe in quo veteres ſigillum gerebant, ut in promptu, quodcunque cuſtoditum vellent, ſignarent. Quos domui ſuæ præfecerat, redditus omnes, expenſasque notabant, & anno circumacto rationem reddebant. In multis articuculis bonæ fidei ſui œconomi acquieſcere malebat, quam Chyrographi cautiones examinare. In adminiſtratione bonorum temporalium ſuæ Eccleſiæ non multum occupabatur, econtra majori ſtudio meditationi rerum Spiritualium vacabat, eamque, ubi faciendis aliis præceperat, quantocius repetebat. Hinc nova ædificia moliendi ſtudioſus non fuit, ne ejusmodi impedimentis Spiritum

ritum distraheret; verumtamen alios ædificia struentes tolerabat, si modo intra modestiæ limites consisterent. Sæculum V. A.C. 425.

Prædia, domosve in urbe, vel ruri emere noluit, si qua vero titulo Donationis, vel Legati Ecclesiæ donarentur, accipiebat. Gratius ipsi accidebat, si legata potius, quam hæreditates Ecclesiæ scriberentur, ob negotiorum turbam, quam sæpe non sine damno pariunt. De Legatis quoque censebat, accipienda quidem, si offerrentur, solutionem vero non rigide exigendam. Aliquas hæreditates non acceptavit, non ideo, quod crederet, his pauperes juvari non posse, sed rationi magis esse consentaneum, si liberis, aut defunctorum propinquis relinquerentur. Aliquis ex opulentioribus civibus Hipponensibus, Carthagine commoratus, misit ad S. Augustinum contractum Donationis, qua agros Ecclesiæ Hipponensi donabat, reservato sibi usufructu. S. Augustinus libenter donum accepit, gratatus donanti, quod suæ Salutis curam gereret.

Post annos aliquot Donator, misso ad S. Augustinum filio cum epistola, rogabat, ut Donationis Chirographum redderet, mittens centum asses aureos pro pauperibus, id est, centum & octo libras. S. Augustinus Chirographum reddidit, & pecuniam accipere noluit, sed ad Donatorem

Sæculum V. A. C. 425.

natorem dedit Epistolam, qua ejus vel dissimulationem, vel injustitiam reprehendebat, hortabaturque ad pœnitentiam agendam. Quando pecunia Ecclesiæ deficiebat, S. Augustinus populo pauperum indigentiam aperiebat; aliquoties ut eis subveniret, aut captivos redimeret, vasa sacra confringi, & liquefieri jussit. Non nunquam populum monebat, non ea, qua par esset, diligentia curari Ecclesiæ thesaurum, unde sumptus in Altare accipiendi erant. Cum videret Bona Ecclesiæ immobilia Clericis invidiam parere, coram populo edixit, libentius se eorum oblationibus voluntariis vivere, quam hæc Bona administrare, paratum se, ea abdicare, ut tam ipse, quam alii Servi Dei ex altari viverent, cum Altari servirent, sicut in veteri Testamento factum; at Laici in id nunquam consenserunt.

Poss. c.23.

§. XL.

Primus sermo de vita communi.

Serm. 355. al. 49. de diverf. c.n. 3.

Quidam Presbyter, nomine Januarius, Comunitatem S. Augustini ingressus, jactabat, omnia bona sua in causas pias distraxisse; verum servaverat sibi pecunias, cujus proprietatem ad filiam suam pertinere dicebat; filium enim habebat, & filiam minori ætate, qui in Monasteriis educabantur; simulabat ergo se filiæ

filiæ ſervare hanc pecuniam, usque dum eidem per ætatem de ea diſponere liceret. Nihilominus, cum ſe videret morti proximum, condito teſtamento, quid his pecuniis faciendum, ipſe decrevit, juramento affirmans, ſe eſſe earum Dominum. Filium, & filiam exhæredes voluit, & Hæredem ſcripſit Eccleſiam. S. Auguſtinum acriter afflixit hujus Presbyteri ſimulatio, & periculum malæ famæ, quod ejus Communitas ſubibat. Itaque aliquando populum ſuum rogavit, ut altera die in Eccleſia frequentiſſimus conveniret; ubi tempus concionandi advenit, de ſe ipſo enarrare cœpit, quo pacto olim Hipponem veniſſet, invitum ſe deinde Presbyterum, & Epiſcopum fuiſſe creatum, & Monaſterium Clericorum in Domo Epiſcopali inſtituiſſe, ut hoſpites decentius quam in ſimplici aſceterio ſuſcipi poſſent. *Hæc eſt*, inquit: *noſtra vivendi ratio; nemini in noſtra Societate quidquam proprium poſſidere licet, & ſi quis aliquid retinet, rem illicitam facit.* (*) *Optima mihi de fratribus meis eſt opinio, & ne quidem, an aliter faciant, inquirere lubet.* Tum factum Presbyteri Januarii refert, atque edicit, nolle ſe, ut Eccleſia hæreditatem acce-

Sæculum V. A. C. 425.

Serm. 316. *al.* 50. *n.* 2. *Sup. l. XIX. ſ.* 33. *XX. ſ.* 12.

S. Auguſtin.

(*) En antiquiſſimum uſum vovendi paupertatem!

Sæculum V. A. C. 425.

acceptet, quod factum Januarii sibi non probetur, eoque minus, quia litiganti materiam liberis reliquisset, dum singuli relictam pecuniam sibi depoſcent. Sed *ſpero*, inquit S. Auguſtinus: *me cum præcipuis ex vobis hanc rem compoſiturum.*

c. 3. Poſtea rationem reddit, cur hanc hæreditatem acceptare reculet. *Res difficilis*, inquit: *omnibus placere. Me aliqui haud dubie vituperabunt, ſi bona eorum, qui ſiniſtro affectu liberos hæreditate privant, acceptem; alii reprehendent, ſi non acceptem; in promptu cauſa eſt inquient: cur nemo Eccleſiæ Hypponenſi quidquam donet. Mentem meam explico; oblationes recipio, ſi modo bonæ ſint, & Sanctæ. Si quis filio ſuo iratus, eum exhæredet, nonne mei eſſet officii, ſi pater adhuc viveret, eum filio reconciliare? at ſi agat, quod vobis ſæpe ſuaſi, & JEſum Chriſtum pro ſecundo, vel tertio*

n. 5. *Filio ſuo habeat, oblata accepto.* Causam reddit, quare Hæreditatem cujuſdam Bonifacii reſpuerit. Et hac occaſione dixit, ſibi nullum eſſe theſaurum. *Non enim expedit Epiſcopo*, inquit: *pecunias cuſtodire, dum tot pauperes habemus, quibus ſatis ſubvenire non poſſumus.* Tum ſubjungit: *Quiscunque filium ſuum hæreditate paterna privare vult, ut bona ſua det Eccleſiæ, alium quam Auguſtinum quærat, qui tale donum acceptet;* neque

tius, si Deo ita placet, nemo acceptet! Sæculum V. A. C. 425.
quantis laudibus factum Episcopi Aurelii Carthaginensis celebratum! vir, non liberis modo, sed & spe liberorum carens, omnia bona sua, reservato usufructus jure, Ecclesiæ donavit; postea prolem genuit, & Episcopus, nihil minus expectanti, quæ donaverat, restituit. Poterat retinere secundum Mundi, sed non secundum Dei sensum.

S. Augustinus rursus declarat, dixisse ad eos, qui in ejus Societate vivebant, ut, si quæ forte possiderent, de iis disponerent, & diem usque ad Epiphaniam posuisse. *Statueram*, inquit: *nullum Clericum ordinare, nisi in meo vellet manere consortio, eumque ordine privare, si a Communitate discederet; jam muto consilium coram Deo, & vobis. Qui propria possidere volunt, quibus Deus, & Ecclesia ejus non sufficit, habitent, ubi voluerint. Nolo Hypocritas facere. Grande malum est, votum violare, sed gravius fingere, & non observare. Hos Dei judicio relinquo.* n. 6.

§. XLI.

Sermo secundus.

Sanctus Augustinus post Epiphaniam eorum, quæ acta fuerant, sicut promiserat, rationem reddidit. Primo a Diacono, cui nomen Lazarus, locum *Serm.* 356. *al.* 50. *de diverſ.* *Act.* 4. 31. 32. &c.

Sæculum V. A. C. 425. prælegi jussit ex Actis Apostolorum, ubi vita communis Fidelium Jerosolymæ describitur. Postquam hæc Diaconus legisset, S. Augustinus, accepto libro, ipse eundem locum rursus legit, quod sibi maximopere placeret. *Hoc est,* inquit: *quod imitari decrevimus.* Et deinde: *Gratum vobis affero nuntium: Omnes fratres mei, & Clerici, qui mecum sunt, tales inveniuntur, quales optabam;* postea de Clericorum suorum singulis, qui aliqua bona possidebant, loquitur, & modum docet, quo se iis abdicaverint, aut quare necdum id fieri potuerit, ut omnis populus sciret, quod se omnino ad vitam communem, & perfectam paupertatem redegissent. In hac enumeratione duos Presbyteros nominat, Leporium, & Barnabam; Leporius idem esse videtur, qui ex Gallia advenerat, & errores abjuraverat, ut mox dicetur. S. Augustinus notat, fuisse externum, optimo genere ortum, & bonis se exuisse, antequam Hipponem veniret. Quinque etiam Diaconos nominat, Valentem, Faustinum, qui remisso Sæculi Militiæ nuntio, Monasterium ingressus, Hippone fuerat baptizatus, Severum, qui utroque lumine captus erat, Hipponensem, cui aliquot mancipia erant, quibus eadem die in Ecclesia libertatem donavit. Eraclium, cujus S. Augustinus virtutes laudat; is

Serm. n. 3.

n. 4. 5. &c.

in fin. n. 49.

n. 10.

n. 4.

n. 5.

n. 7.

suis

suis sumptibus S. Stephani monumentum condiderat; ita locus, ubi asservabantur ejus Reliquiæ, appellabatur. Agrum etiam, Auctore S. Augustino, Ecclesiæ coemerat. Eadem die quosdam servos, qui sibi supererant, jamque in Monasteriis vivebant, libertos fecit. Idem is est Eraclius, quem S. Augustinus haud diu post hæc Presbyterum ordinavit, utque sibi succederet, destinavit. Inter Subdiaconos nullum, nisi Patricium, nepotem suum, nominat. Sæculum V. A. C. 425. *inf. n. 43.*

Populum suum S. Augustinus hortatur, ut Clericis nihil privatim possidendum, sed Communitati donet. *Nemo*, inquit: *vel togas, vel interulas nisi toti Communitati donet, unde & ego vestimenta accipio. Nolo, ut quidquam in meum usum speciatim offeratis, quasi ita deceret, exempli causa, pretii magni pallium; forte id alii Episcopo conveniret, sed non Augustino, homini pauperi, & pauperibus nato. Talem vestem gerere me oportet, quam fratri meo, qui indigeret, dare possim, talem, quali Presbyter, Diaconus, aut Subdiaconus vestiri possit. Si vero pretiosior vestis mihi detur, vendo, ut habeam, unde pauperibus quidquam elargiar.* Hic dispicitur, nec Clericis, & nequidem Episcopis distinctas vestes fuisse; quippe *birus*, quod hic nominatur, etiam Laicis commune erat. *n. 18.* *v. Gang. Gloss.*

Sæculum V. A.C. 425.

S. Augustinus deinde edicit, cum omnes Clericos suos ad observanda statuta vitæ communis promptos inveniſſet, ad primam, quæ sibi stetiſſet, redire se sententiam, *Si quemquam deprehendero*, inquit: *qui Hypocrita sit, & aliquid proprium possideat, non permittam, ut testamento hac de re disponat, & ex tabula Clericorum delebo. Appellet contra me ad mille Concilia, mare trajiciat, adeat, quemcunque voluerit, maneat, ubi potuerit, sed spero, Deo adjuvante, nunquam fore, ut talis in illo loco Clericus sit, ubi ego Episcopus fuero.* (*) Ita S. Augustinus cum populo suo corde sincero conversabatur, & sollicite sua, & Clericorum suorum facta defendebat. Populi etiam consensum ad ordinandos Clericos expetebat.

Poss. c. 21.

§. XLII.

Regula ad Sanctimoniales.

Ep. 211. n. 4.

Postquam S. Augustini soror e vita migrasset, Monialibus, quas rexerat, præfecta est fœmina, nomine Felicitas, cura defunctæ instituta. Cum ei diu paruissent, occasione novi Superioris, qui erat Presbyter, nomine Rusticus, imperium detrectarunt, alium Superiorem postulan-

(*) Bene hic notat Anonymus I. S. Augustinum loqui de abusu appellationum.

Sæculum V. A. C. 425.

ſtulantes. S. Auguſtinus ipſe locum adire noluit, ne ejus præſentia majores motus cieret; ſed ad Felicitatem, & Ruſticum dedit Epiſtolas; ut conſoletur, & animos addat, ne adverſitati cedant. Dedit etiam ad Moniales Epiſtolam, quam ſeveritas, mixta charitate, dictavit; ad pacem hortatur, & ſubmiſſionem erga Superiorem, & Regulas ſigillatim ad formandos earum mores tradit. Ex iis apparet, eas non vixiſſe in Monaſterio clauſo, ſed ſæpe, ſaltem ternas, domo exiviſſe, & ſingulis menſibus ſemel balneo fuiſſe uſas. Omnibus omnia erant communia, etiam veſtes, ratio tamen non ægrotarum modo, ſed etiam earum, quæ delicatiore corpore erant, habebatur, ut ſingulis, quantum indigebant, concederetur. Hæc S. Auguſtini Epiſtola, quæ communiter ejus Regula appellatur, poſtmodum viris aptata.

Ep. 210. *al.* 87. *Epiſt.* 211 *al.* 109.

n. 10.

n. 5. 12. *n.* 13. *n.* 9. 13.

§. XLIII.

Eraclius deſignatur Epiſcopus Hipponenſis.

Sanctus Auguſtinus Senio gravis, cum prope annum Septuageſimum ſecundum ageret, de Succeſſore erat ſollicitus. Ergo populum Hipponenſem monet, habere ſe, de quo conſilia communicarent. Altero die, nempe, ſexto Calendas Octobr. Theodoſio duodecimo, &

Acta in deſign. Erect. inter ep. 213. *al.* 110.

Sæculum V. A. C. 426.

Valentiniano secundo Consulibus, id est, 26. Sept. anno 426. magna populi frequentia in Ecclesiam Pacis Hippone convenit. Aderant duo Episcopi, Religianus, & Martinianus, & septem Presbyteri, nempe Saturninus, Leporius, Barnabas, Fortunatianus, Rusticus, Lazarus, & Eraclius.

S. Augustinus profatus est in hæc verba: *Omnes Mortales sumus. Juvenes, ætatem provectiorem speramus, at senectutem nulla ætas sequitur, aut sperari potest. Scio, quantum Ecclesiæ post Episcoporum decessum turbari soleant; mihi incumbit, quantum possum, avertere, ne hoc malum etiam hic eveniat. Ab Ecclesia Milevitana, ut scitis, redeo, ubi timebant, ne quidquam post mortem Confratris mei Severi turbaretur. Successorem suum designaverat; sed sufficere crediderat, si id coram Clericis fecisset, inconsulto populo; id non nulli ægerrime tulerunt, at per Dei Misericordiam mitigati sunt, & ille, quem Severus designaverat, in Episcopum ordinatus.*

Ne igitur cuiquam de me querendi ansam præbeam, coram omnibus vobis voluntatem meam edico, quam Dei etiam voluntatem esse credo; volo, ut Presbyter Eraclius Successor meus sit. Exclamavit populus: *Laudetur Deus! JEsus Christus sit Benedictus!* Hæc verba vicies ter

ter acclamata. *JEsu exaudi nos! vivat Augustinus!* Hæc decies sexies repetita. Ubi successit silentium, S. Augustinus dixit: *Non opus est, ut in ejus laudes longius excurram; amo ejus prudentiam, & modestiæ parco. Sufficit, quod vobis notus sit, & quod id velim, quod vos vultis.* Et deinde: *Notarii Ecclesiæ, ut ipsi videtis, verba mea, & vestros applausus litteris consignant, verbo, Actum Ecclesiasticum conficimus, nam volo, ut hæc, quantum inter homines possibile, rata sint.* Clamavit populus tricies sexies: *Laudetur Deus! Benedicatur JEsus Christus! JEsu exaudi nos! vivat Augustinus!* Decies ter. *Pater noster, & Episcopus noster sis!* Octies. *Dignum est! justum est!* Vicies. *Meretur! Episcopatu dignus est!* Quinquies. Et rursus: *Dignum est, justum est!* Sexies.

Sæculum V. A. C. 426.

S. Augustin.

S. Augustinus subjunxit: *Nolo, ut ipsi fiat, quod mihi factum est; Pater meus Valerius, Beatæ memoriæ, adhucdum in vivis agebat, quando Episcopus ordinatus sum, & Sedem unacum ipso tenui, quod Concilium Nicænum probibuit, ego vero & ipse ignorabamus. Nolo igitur, ut in filio meo idem reprehendatur, quod in me reprehensum. Presbyter manebit, sicut hodie est, & Episcopus erit, quando Deo placuerit. Modo autem cum Gratia JEsu Christi faciam, quod*

Sup. l. XX. §. 12.

Sæculum V. A C. 426.

hucusque non potui. Scitis, quale ante aliquot annos mihi propositum fuerit; convenerat inter nos, ut ratione habita laboris in Sacras Scripturas, quem mihi Episcopis in duobus Conciliis, Numidiæ, & Carthaginensi injungere placuit, per quinque dies in Septimana ab aliis oneribus liber essem; Consensistis acclamando, Acta conscripta sunt. Per modicum solummodo tempus verbo stetistis; mox maxima mea molestia plurima a me exacta sunt, atque iis studiis, quibus cuperem, vacare non permittor. Rogo vos, & adjuro per JEsum Christum, ratum habete, ut tantis laboribus me in juvenem, Presbyterum Eraclium, quem Successorem meum designo, exonerare liceat. Clamavit populus vicies sexies: *Agimus tibi Gratias pro isto judicio tuo!* S. Augustinus, gratissimum sibi id fieri, respondit, & subjunxit: *Ergo imposterum dubitantes ad eum, & non ad me accedant! Si quando meo indiguerit consilio, lubens dabo. Si Deus mihi adhuc pauculos dies concedat, eos non otio, sed studio Scripturæ consecrabo. Nemo mihi hoc otii genus invideat, est enim laboris plenum. Feci inter vos, quæcunque debui. Superest, ut vos rogem huic Acto subscribere; Ejus acclamatione consensum vestrum indicate!* Clamavit populus: *Amen!* Dixitque vicies quinquies: *Justum est! æquum*

quum est! Vicies. *Amen*! *Amen*! Quater decies. Præter plures acclamationes alias. Quibus auditis, S. Augustinus ait: *Bene est*! *offeramus Deo Sacrificium*! *& dum oramus, rogo vos, ut omissis privatis vestris necessitatibus, & negotiis, pro hac Ecclesia, pro me, & Presbytero Eraclio Deum deprecemini.* Extat aliquis Eraclii Sermo, qui in istis circumstantiis dictus videtur, nam principaliter S. Augustini laudibus redundat. Dicit, se multo tempore ejus Discipulum fuisse, & nihilominus ætate jam matura Hipponem venisse, ex quo colligitur, non ita stricte accipiendum, si eum S. Augustinus juvenem dicat. *to.5.ep.Aug. in fine Serm.*

§. XLIV.

Attici obitus. Sisinnius Episcopus Constantinopolitanus.

Interim alius Constantinopoli sedebat Episcopus. Atticus mundo exiit decima Octobr. Theodosio undecimo, & Valentiniano primo Consulibus, id est, anno 425. cum sedisset annos ferme viginti. Laudatur, quod pacem Ecclesiæ reddiderit, dum S. Joannis Chrysostomi Nomen Dypticis restituit. (*) Charitas *Socr. VII. c. 25. Sup. XXII. §. 9. Sup. XXIII §. 20.*

(*) Ergo Communio, sine qua pax non est, Ecclesiæ Constantinopolitanæ cum Romana rediit, quod Interpres Protestans perperam negat.

Sæculum V. A. C. 426.

tas quoque ejus in pauperes laudatur; non satis ipsi erat, suæ Diœcesis egenos adjuvare, sed etiam ad vicinas urbes eleemosinas submittebat. Habemus Epistolam, quam hac in materia ad Calliopium, Ecclesiæ Nicænæ Presbyterum, dedit, trecentos aureos submittens, cum mandato, has pecunias pauperibus, mendicare erubescentibus, distribueret, & non talibus, qui inverecunde mendicitatem profiterentur; sed ad diversitatem Religionis non attenderet. Supererat quædam Novatianorum Secta, quam Sabbatianorum, seu Protopaschitarum appellabant, Lege Theodosii junioris, data 21. Martii, anno 413. ad exilium damnata. Hi Rhodo Sabbatii, Capitis sui, corpus attulerant, atque ad ejus sepulchrum orare solebant; Atticus, corpore noctu aufferri jusso, superstitionem abolevit. Cœterum non invitus ferebat, ut Novatiani suos conventus agerent, dicens: *Testes sunt fidei nostræ, in qua nihil mutarunt, etiamsi a tot annis ab Ecclesia sint separati.* Hoc intelligendum de fide Trinitatis, nam Novatiani super articulo de remissione peccatorum errabant. Alias Atticus fidei suæ puritatem manifestavit, cum vigore Episcopali, ut dictum est, Pelagianis repugnavit.

Sup. XIX. §. 35. l. 6. C. Theod. Ne sanct. bapt.

Sup. n. 25.

Socr. VII. c. 26. c. 27.

Post Attici obitum, multum in Electione Successoris ejus disceptatum. Inter

ter plures eligendos nominati sunt duo Presbyteri, Philippus, & Proclus. Philippus, Sidæ in Pamphilia natus, sub S. Joanne Chrysostomo Diaconus, vix ab ejus latere discedebat. Litterarum studio delectabatur; magnum librorum cumulum omnis Scripturæ generis collegit. Ipse multa scripsit, stilo Asiaticis communi, atque inter alia Historiam in triginta libros divisam. Omnis populus Constantinopolitanus Philippo, & Proclo præposuit alium Presbyterum, nomine Sisinnium, cujus Ecclesia erat extra Civitatem in loco, quem dicebant *Elaia*, id est, Oliva, ubi quotannis magna solemnitate Festum Ascensionis Domini Nostri celebrabatur. Sisinnius Laicis ob pietatem, & charitatem in pauperes charus erat; horum igitur vota in Electione prævaluerunt, & ipse 28. Febr. Theodosio duodecimo, & Valentiniano secundo Consulibus, id est, anno 426. ordinatus est. Sæculum V. A. C. 426.

In Sisinnii Ordinatione, jubente Imperatore Theodosio, actum est Concilium, cui Theodotus Episcopus Antiochenus interfuit. Hoc Concilium ad Berinianum, ad Amphilochum, aliosque Pamphiliæ Episcopos dedit Epistolam, qua statuebatur, ut si quis imposterum vel verbis suis, vel factis convinceretur, quod de Hæresi Massalianorum sit suspectus, *Marc. C. an. 426. Phot. Cod. 52. p. 42.*

Sisinnius.

Sæculum V. A. C. 426.

ctus, deponeretur, utcunque promitteret, se pœnitentiam subiturum. Is vero, qui consentiret, seu Episcopus sit, vel minorum Clericorum ex numero, idem depositionis periculum incurreret. Nempe omnibus nota erat istorum Hæreticorum simulatio.

Sup. XIX. §. 25.

Proclum quidem Sisinnius ordinavit Episcopum Cyzicenum, quæ Sedes tunc vacabat; cum vero illuc ire pararet, Cyziceni ejus adventum anteverterunt, & alium, nomine Dalmatium, qui vitam Asceticam profitebatur, ordinarunt. Id factum, dicit Socrates, contempta lege, quæ aliquem ordinare sine consensu Episcopi Constantinopolitani vetebat. Illi vero existimabant, legem adductam solius Attici Personam respexisse. Hæc lex alibi non invenitur. Itaque Proclus sine Ecclesia propria fuit, Presbyteri tantum officio fungens; verum non sine fructu Constantinopoli verbum Dei prædicabat. Sisinnius duos annos non integros in Episcopatu transegit, & diem clausit 24. Dec. Hierio, & Ardaburo Consulibus, nempe anno 427. Vir erat simplex & laboris insuetus; cuilibet ad ejus alloquium patebat accessus; hinc quibusdam audacis ingenii hominibus imbecillus videbatur.

c. 28.

§. XLV.

Sæculum V.
A. C. 426.

§. XLV.

Monachorum Adrumetenſium Diſputatio.

In quodam Monaſterio Adrumeti, urbe maritima Africæ, Monachus, nomine Florus, Uzala oriundus, habitabat, is cum Monacho, cui nomen Felix, in Patriam profectus, Uzalæ invenit S. Auguſtini Epiſtolam ad Sixtum, quam deſcripſit, eamque, Carthaginem deinde commigrans, ſocio ſuo Felici reliquit. Felix, Epiſtolam in Monaſterium Adrumetenſe allatam, Confratribus ſuis prælegere cœpit; eorum quinque vel ſex ſenſum S. Auguſtini non capientes, contentiones excitarunt, diſputabantque adverſus doctiores ſe, dicentes liberum Arbitrium deſtrui. Ubi Florus Carthagine rediit, lites reſtauratæ; eum quippe diſſenſionis Auctorem incuſabant, quæ vero ſanæ Doctrinæ defendendæ apta ingerebat, non intelligebant. Florus officii ſui eſſe judicavit, ut pugnam domeſticam Valentino Abbati, nam eam hucusque ignoraverat, indicaret, eique oſtendit librum, in quo Abbas facile ſtilum, & Doctrinam S. Auguſtini cognovit, magnoque ſolatio, & voluptate perlegit. Ut motus inter Monachos exortos ſedaret, quosdam ad Evodium Epiſcopum Uzalenſem mittere ſtatuit, qui ad Valentinum, & Monachos

Sup. XXIII §. 57.

Sæculum V. A. C 426.

nachos ejus reſcripſit, pacem ſuadens. Sed accenſos animos mitigare non potuit; nam ipſum S. Auguſtinum adire poſtulabant. Aliud Abbati videbatur; ſed ſanare pertinaciam conatus eſt, dum eis librum prælegi, & a Presbytero quodam Sabino clariſſime explicari juſſit. Fruſtra omnia. Ergo, ne magis animos exacerbaret, ire permiſit, pecunias etiam, itinerantibus neceſſarias, dedit, nullas vero ad S. Auguſtinum litteras, ne ipſe quoque de ejus Doctrina dubitare videri poſſet. Qui itineri ſe dederunt, duo juvenes erant, Creſconius, & Felix. His profectis, reliquis in Monaſterio tranquillitas rediit.

Aug. ep. 214. al. 46.

Hipponem adventantes, S. Auguſtinus, quamvis Abbatis ſui litteras non haberent, ſuſcepit, quod tantam in juvenibus ſimplicitatem deprehenderet, ut fraudem ſuſpicari non poſſet. Statum quæſtionis Viro ſancto expoſuerunt, & Florum, tanquam turbarum in ſuo Monaſterio Auctorem, accuſarunt. S. Auguſtinus dubitantes docuit, Epiſtolam ſuam ad Sixtum explicavit, omnia etiam Acta, quæ Pelagianos reſpiciebant, tradere voluit, ſed moram, donec deſcriberentur, non ſunt paſſi, quod ante Paſcha ad Monaſterium redire vellent, feſtum cum fratribus ſuis in perfecta concordia, miſſis omnibus diſputationibus, cele-

celebraturi. Annus 427. fuisse credi- Sæculum V.
tur, quo Pascha in diem tertiam Aprilis A. C. 426.
incidebat. Igitur S. Augustinus Epistolam eis tradidit ferendam ad Abbatem Valentinum, & totam Communitatem, ubi difficillimam de Voluntate, & Gratia quæstionem explicabat, & Abbatem rogabat, ut ad se Florum mitteret, conjiciens, quod verum erat, cœteros eidem irasci, quia sensum ejus non intelligerent.

§. XLVI.

Liber S. Augustini de Gratia, & Libero Arbitrio.

Nihilominus S. Augustinus, scripta hac Epistola, Monachos Adrumetenses ultra Festa Paschalia retinuit, quod factum creditur occasione alterius Felicis, qui serius venit, eumque, ut verosimile est, de statu dubitationis plenius edocuit. Per longam hanc moram S. Augustinus ipsis prælegit præter Epistolam suam ad Sixtum, Epistolas Concilii Carthaginensis, Concilii Milevitani, & quinque Episcoporum ad Innocentium Papam cum suis responsis, Epistolam Concilii Africani ad Zosimum Papam, cum ejus Epistola, ad omnes mundi Episcopos directa, Canones Concilii totius Africæ adversus Pelagianos. Prælegit quoque librum S. Cypriani de Oratione Dominica, in quo

Aug. ep. 215. al. 47. Sup. L. XXIII. §. 30.

Sæculum V. A.C. 426.

quo mirum in modum Dei Gratiam dilaudat. Præter hæc omnia novum opus, cui titulus: *De Gratia, & Libero Arbitrio*, compoſuit, quod Valentino, Monachisque ejus dicavit.

Sup. XXIII §. 14.

In hoc opere S. Auguſtinus docet, hæc duo æqualiter eſſe vitanda; ne quis liberum arbitrium ad ſtabiliendam Gratiam, aut Gratiam ad ſtabiliendum libe-

c. 2. rum Arbitrium neget. Probat liberum Arbitrium ex ſacris Scripturis, quæ præceptis, & promiſſis plenæ ſunt, & præcipue in illis locis ſe fundat, quibus excitamur, ut velimus. Probat etiam neceſſitatem Gratiæ ex Scriptura, dicente, virtutes a ſe præceptas, Dona Dei eſſe, qui præceptum, & auxilium conjungens,

c. 4. orare nos jubet. Contra Pelagianos oſtendit, Gratiam non conferri ſecundum merita noſtra, cum Gratia prima detur impiis, qui nil niſi pœnam merebantur.

c. 6. Omne Bonum, quod Scriptura Homini adſcribit, alibi tribuit Gratiæ, itaque vita æterna ſimul merces eſt, & Gratia. (*) Lex non eſt Gratia, cum ſola Lex nihil aliud ſit, quam littera, quæ occidit, & ſcientia, quæ inflat. Natura quoque non eſt

(*) Quid clarius contra Interpretem Proteſtantem, omne meritum humanum negantem, afferri poſſit? ſed quomodo S. Auguſtino credet, qui S. Paulo fidem non habet?

est Gratia, cum omnibus sit communis; ita JEsus Christus frustra mortuus fuisset. Gratia in sola præteritorum peccatorum remissione non consistit, cum oremus: *Ne nos inducas in tentationem!* Gratiam mereri non possumus, nec per nostra bona opera, ut dictum est, nec qualicunque bona voluntate, cum Deum oremus, ut fidem tribuat, voluntates mutet, & corda indurata emolliat. Ergo ipse nos elegit, & prior nos amavit. Ipse nobis bonam voluntatem dat, & ad implenda præcepta sua auget, & facit, ut nobis sint possibilia, dum nobis dat Charitatem, illa majorem, qua bonum tepide volebamus. Deus ita Dominus cordium est, ut ea, sicut sibi placet, convertat, seu illa ad bonum pura Misericordia impellat, seu ad fines suos dirigendo malum, in quod libero suo arbitrio feruntur. Tandem manifestum Gratiæ exemplum videmus in infantibus, quibus nullum meritum tribui potest, quo eam sibi concilient, nec demeritum, propter quod ea priventur, excepto peccato originali, nec qualiscunque alia præelectionis ratio inveniri, nisi occultum Dei judicium. S. Augustinus sub finem dicit: *Hunc librum semper legite, & si capitis, agite Deo Gratias! & si quid non capitis, orate, ut vobis intelligendi gratiam det, tribuet enim vobis in-*

c. 13.

c. 14.

De Gratia.

c. 18.

c. 16.

c. 20.

c. 21.

c. 22.

c. 24.

Sæculum V. A. C. 426.

tellectum. Statim initio monuerat, ne iſtius quæſtionis perplexitate turbarentur, ſed inter ſe pacem, & charitatem ſervarent, agentes juxta ea, quæ ſcirent, donec Deo placeret, eis plura revelare. Poſtquam S. Auguſtinus hunc librum Creſconio, & Monachis, eum comitantibus, prælegiſſet, eundem ipſis tradidit cum omnibus Actis, de quibus mentionem fecimus, & alteram ad Abbatem Valentinum Epiſtolam, qua rogat, ut Florum ſibi mittat. Miſit eum Valentinus, tradiditque abeunti Epiſtolam ad S. Auguſtinum, gratiarum actionibus refertam.

c. 1.

Ap. Aug. ep. 156. *al.* 256.

§. XLVII.

Liber de Correctione, & Gratia.

Gratiſſimum S. Auguſtino fuit, quod Florum in ſana fide de Gratia, & libero Arbitrio inveniret, & audiret, reſtitutam in Monaſterio Adrumeti pacem. Simul vero edoctus eſt, eſſe ibi quemquam, qui ejusmodi objectionem inſtrueret: *Si Deus eſt, qui operatur in nobis & velle, & facere, ſatis noſtris Superioribus ſit, nos docere, & pro nobis orare, nos autem non corripiant, dum quod debemus, non facimus; quomodo culpa mea eſt, ſi deſtituor illo potenti auxilio, quod Deus mihi non dedit, & nemo niſi Deus dare poteſt?* Sophiſtica hæc argumentatio,

tio, quæ Doctrinæ de Gratia invidiam creabat, S. Auguſtinum compulit, ut novum librum conſcriberet, cui Titulum poſuit de Correctione, & Gratia, illudque etiam ad Valentinum Abbatem, ejusque Monachos direxit, quin tamen accuſaret, quaſi hunc errorem defenderent. Sæculum V. A. C. 426. *II. Retract. c. ult.*

Primo, Doctrinam Eccleſiæ de Lege, de Gratia, & Libero Arbitrio confirmat. Monſtrat, nos non alio modo eſſe liberos ad agendum bonum, quam per JEſu Chriſti Gratiam, quæ nobis bonum non tantum proponit, ſed etiam facit, ut faciamus. Deinde ad objectionem venit, *c. 2.* hujus libri cauſam, & materiam: *Cur admonemur, cur præcipitur nobis, ut malum fugiamus? cur jubemur bonum facere? ſi nos non operamur, ſed Deus eſt, qui in nobis facit, ut operari velimus, & operemur? imo!* reſpondet: *capiant! ſi Filii Dei ſunt, ſe Spiritu Dei impelli, ut faciant, quod facere debent, & poſtquam fecerint, Gratias agant illi, qui eos impulit, ut facerent; nam ideo moventur, ut faciant, non vero, ut nihil faciant. Si autem non operentur, orent, ut accipiant, quod nondum habent. Verumtamen inquiunt: acquieſcant Superiores noſtri, poſtquam præceperint, quæ nobis facienda ſunt, & pro nobis oraverint, ut faciamus, ſed non corrigant, aut reprehendant,*

Sæculum V. A. C. 426.

si facere omiserimus! contra est, respondet S. Augustinus: *omnia hæc fieri, oportet, cum Apostoli, qui erant Ecclesiæ Doctores, hæc fecerint; præcipiebant, quæ facienda erant, corripiebant eos, qui non faciebant, &, ut facerent, orabant.*

c. 4. Dicit Pelagianus: *An hæc culpa sit in me, si non habeam, quod non accepi? præcipite mihi, quod faciam, si facio, agite Deo gratias! si non facio, nolite me reprehendere, sed orate, ut mihi gratiam det, qua faciam!* S. Augustinus: *Tua*

c. 5. *culpa est, si malus es! & culpa major, si inde reprehendi nolis. Quasi vero laudanda essent vitia, aut rebus indifferentibus accensenda, & correctio esset inutilis, quæ terrorem, pudorem, doloremque imprimit, quæ ad orationem, & conversionem impellit. Quare non potius dicunt; nihil nobis præcipite, nec pro nobis orate! cum Deus sine præcepto, & sine oratione possit convertere, sicut S. Paulum convertit? ex illis gratiis, quas Deus præter ordinem, quibus vult, exhibet, inferri non debet, corrigendum, instruendum, orandum non esse.*

c. 6. Pelagiani dicebant: *Donum obedientiæ non accepimus; quare ergo reprehendimur, ac si hanc accipere a nobis penderet?* S. Augustinus respondet: *Si tales inobedientes necdum baptizati sunt, eorum inobedientia a peccato primi hominis*

minis originem trahit, quod, quia omnibus hominibus commune est, non ideo singulos minus nocentes, vel pœna dignos reddit. Si is, qui hæc objicit, baptizatus fuit, dicere nequit, se non accepisse, cum acceptam Gratiam libero suo arbitrio amiserit. Ita vero, reponit Pelagianus: *possum dicere, quod nihil acceperim, cum perseverantiam non acceperim.* Ad hæc S. Augustinus: *Verum quidem, perseverantiam esse donum Dei. Probatque ex eo, quod oremus, ut eam impetremus. Nihilominus juste eos reprehendimus, qui in bono non perseverarunt, quia propria voluntate mutati sunt, & nisi correctionem admittant, damnatione æterna digni sunt. Imo illi etiam, quibus Evangelium nunquam prædicatum fuerit, non se ab ista condemnatione liberabunt, quamvis æqua magis eorum excusatio videatur, qui dicunt, non accepimus gratiam audiendi Evangelium, quam dicentium, non accepimus perseverantiam; responderi enim potest: Amice! perseverare potuisses, si voluisses, quia prædicationem audiveras, & retinueras; nullatenus vero dici potest: si voluisses, credidisses, quod nunquam audivisti.*

Igitur illi, qui Evangelium non audiverunt, illi, qui postquam audiverunt, & se converterunt, non perseverarunt, rursus qui credere noluerunt, & parvuli

Sæculum V. A. C. 426.

sine baptismo mortui, quatuor hæc hominum genera a massa damnationis non sunt separata; illi vero, qui separati sunt, id non suis meritis, sed Gratiæ Mediatoris debent. His Deus dat omnia salutis auxilia, & nullus eorum perit, quia prædestinati sunt, scilicet non solum vocati, sed etiam electi. Si quis ex me quærat, quare Deus perseverantiam non dederit omnibus, quibus charitatem dedit? Respondeo, id me ignorare, & cum Apostolo altitudinem Judiciorum Dei admiror. Tu vero, Gratiæ inimice! qui ita intervrogas, ut ego quidem existimo, id juxta me ignoras. Si autem ad liberum arbitrium confugias, quid his Evangelii verbis oppones? Ego rogavi pro te Petre! ut non deficiat fides tua? an dicere audebis, non obstante JEsu Christi Oratione, fidem Petri defecturam fuisse, si Petrus voluisset? Ergo humana voluntas non impetrat Gratiam per suam libertatem, sed magis per Gratiam libertatem, atque voluntatem constantem, & invincibile vobur ad perseverandum obtinet. Sine dubio mirandum est, Deum quibusdam filiorum suorum perseverantiam non dare, non minus vero admiratione dignum, quod non nunquam Gratiam Baptismi amicorum suorum filiis deneget, quam inimicorum suorum liberis concedit, quod vitæ hujus periculis Fideles non eripiat,

De Correctione & Gratia.

c. 8.

piat, quorum ruinam prævidet. Hoc vero omnino non miremur, quod Consilia Dei inscrutabilia penetrare non valeamus. Itaque, si quis peccet, semper corrigendus est, etiamsi nesciamus, an profutura sit correctio, & ipse prædestinatis annumeratus. Verum de Adamo neutiquam dici potest, ipsum a massa perditionis, quæ necdum erat, non fuisse separatum; cur igitur donum perseverantiæ non accepit? & cum non acceperit, quomodo nocens est? Ut huic objectioni satisfaciat, S. Augustinus distinctionem explicat inter Gratiam utriusque status, scilicet status innocentiæ, in quo primus homo ante peccatum erat, & status Naturæ corruptæ, in quo nos sumus. Hæc distinctio inter celeberrimos Theologos fervidis disputationibus occasionem dedit; (*) lon-

Sæculum V. A. C. 426.

c. 9. *n.* 25.

c. 10.

De Gratia.

(*) Distinctio hæc in eo consistit, quod Gratia Adami ante lapsum non intrinsece fuisset efficax, ac ea, quæ post lapsum Naturæ corruptæ per merita JEsu Christi hominibus datur, quia Adam ante lapsum tali Gratia non indiguisset; Primus hanc distinctionem inveniisse, & Thomistas, quod contrarium docerent, arguisse dicitur Cornelius Jansenius Lib. 8. de Gratia Salvatoris. cap. 2. dum scripsit: *Gratiam efficacem, ad omnes humanæ Naturæ status dilatam, ab Augustini sensibus esse remotissimam &c.* Divum Augu-

Sæculum V. A. C. 426.

ga dissertatione opus esset, ut explicaretur, & cum principiis, in aliis S. Augustini operibus positis, conciliaretur; (*) id igitur prætermitto, ne Historiæ

Augustinum Divo Thomæ conciliat in suo libro F. Jacobus Hyacinthus Serri. Ord. Præd. Doctor Sorbonicus, & in Academia Patavina Sacræ Theologiæ Professor. Is probat ex Principiis S. Augustini, ac subordinatione causæ creatæ ad Increatam desumptis, Gratiam efficacem in statu Innocentiæ Adamo æque fuisse necessariam, ac Naturæ corruptæ post lapsum, & quod distinctio Gratiæ ante, & post peccatum Originale, solummodo consistat in eo, quod illa moverit tantum voluntatem humanam, ista vero prius sanet, & deinde moveat. Quod vero S. Thomas S. Augustino consentiat, probat ex illis S. Doctoris verbis: 1. 2. q. 109. art. 1. ad 9. ubi aperte docet, Hominem in statu Naturæ corruptæ indigere auxilio Divino, duplici ratione, primo ratione generali, quia nulla creatura operatur, sine motione Divina, & secundo, ratione speciali, quia est in natura corrupta.

(*) Hic Anonymus I. Fleurium laudat in hunc modum: In suis Observationibus pag. 145. *Je sai cependant bon gré a Mr. Fleury d'avoir rendu justice a ce Pere, en reconnoissant, que du moins ses Principes dans ses autres ouvrages sont contraires a ceux, que les Novateurs pretendent trouver en celui-ci. Je lui sai nommément bon gré, d'avoir convenu, que selon S. Au-*

riæ limites transgrediar, atque multo magis ideo, quod omissa etiam hac Doctrina, ea, quæ concordiam Correctionis, & Gratiæ tangunt, optime possint intelligi. Sæculum V. A. C. 426.

Ulterius S. Augustinus docet, determinatum esse Prædestinatorum numerum, neminem vero scire, an eis adscriptus sit, & istam ignorantiam Electis esse utilem, ut in humilitate contineantur. *c. 13.* Reproborum diversa sunt genera; hi cum solo peccato originali moriuntur, alii alia peccata suo libero arbitrio adjiciunt, alii, accepta Gratia, non perseverant, Deum relinquunt, & a Deo relinquuntur, quippe libero suo arbitrio traditi sunt, donum perseverantiæ, justo, & occulto Dei judicio, non habentes. Ergo homines patiantur se corripi, quando peccant; *c. 14.* & nec ex correctione contra Gratiam,

S. Augustin, dans le Livre de l' Esprit, & de la Lettre, Dieu veut, que tous les hommes sans exception soient sauvés. Interim gratum habeo, quod Fleurius fideliter de hoc Patre fassus fuerit, saltem ejus principia in aliis ipsius operibus contraria esse illis, quæ Novatores in isto opere se invenire jactant. Gratum speciatim habeo, quod concesserit, juxta S. Augustini mentem in libro de Spiritu, & Littera. Deum velle, ut omnes homines, nemine excepto, salvi fiant. Hic videmus Fleurium ab Anonymo I. adversus P. Balduinum satis defensum.

Sæculum V. A. C. 427.

nec ex Gratia contra Correctionem argutentur. In potestate hominis est, ut velit, aut nolit, sed salva omnipotentia Dei, qui voluntatis humanæ absolutus

c. 15. est Dominus. Pro culparum modo oportet nos proximum corripere, & sine discrimine omnium hominum salutem procurare, quia illos non discernimus, quos Deus Gratia efficaci salvare vult, & cura, quam adhibuerimus, certe utilis, saltem nobis futura est. Cœterum S. Augustinus alibi clare docet, Deum velle, ut omnes homines salventur; verum ab eis liberum arbitrium non auffert, ex cujus bono, vel perverso usu justissime judicantur. Ostendit etiam, Deum Auctorem peccati non esse, quod ex uniuscujusque voluntate dependeat, ut Gratiæ externæ, vel internæ consentiat, vel non consentiat.

De spir. & litt. c. 33. n. 58. c. 34. n. 60.

§. XLVIII.

Retractationes S. Augustini.

Poss. vit. c. 8. Hoc opus de Correctione, & Gratia ultimum est, cujus S. Augustinus in suis Retractationibus, circa annum 427. compositis, mentionem facit. Jam diu propositum ipsi fuerat, omnia opera sua retractare, quæ, publicæ lucis facta, alio modo, quam censura publica, corrigere non poterat; sed has scribere volentem hactenus aliæ occupationes, magis necessariæ,

Sæculum V. A. C. 427.

fariæ, prohibuerant. Quindecim jam annis opus aggredi meditabatur, ut ex aliqua Epistola, ad Marcellinum data, apparet. Tandem, Eraclio in Successorem designato, cum plus otii esset, laborem hunc incepit, & duobus libris absolvit, cujus primus omnia opera, a conversionis ejus tempore, etiam ante Baptismum, usque ad susceptum Episcopatum scripta, complectitur, secundus omnia reliqua usque ad tempus, quo hæc scribebat. Omnes libros suos ordine, quo scripserat, quoad poterat, retractat, cupiens, ut ab aliis eodem ordine legerentur, quo facilius scribentis in Doctrina Christiana profectum dispicerent. Initium ducit a tribus libris de Academicis, & libro de Correctione, & Gratia claudit; notat, quæcunque reprehendenda invenit, etiam levis momenti errores, ubi vero ab aliis male incusatus fuit, viriliter se defendit. Nonaginta tria opera in ducentis triginta duobus libris enumerat, & fatetur, se, instantibus fratribus compulsum, hos duos Retractationum libros edidisse, antequam Epistolas suas, & sermones revolvere incepisset. Epistolas deinde retractare cœpit, sed tempus defecit, ut ad finem pervenire non posset.

Ep. 224. ad Quodvult. II. Retract. c. 67.

D. E. 224.

§. XLIX.

Conversio Leporii.

Sub illud tempus Leporius, institutione Episco-

Cass. 1. in com. c. 2. 3. 4. Gennad. script. c. 59.

Sæculum V. A. C. 427.

Episcoporum Africæ, & speciatim S. Augustini adjutus, errores suos dimisit. In Gallia natus erat, inter cœteros Monachos morum innocentia emicans; sed quidquid virtutis haberet, libero suo arbitrio, & propriis viribus secundum Doctrinam Pelagii, cujus erat Discipulus, adscribebat. Ex malo principio pejora deducebat, dicens, JEsum Christum purum hominem esse, qui suo libero arbitrio optime usus, sine peccato vixisset, & bonis suis operibus Filium Dei esse fuisset meritus. Non alium in finem in mundum venisse, quam ut hominibus exempla virtutum daret, qui, si imitari vellent, etiam sine peccato vivere possent. Leporius errores suos manifestavit, data quadam Epistola, quæ plurimis scandalo fuit. Cassianus, qui tunc forte tredecim, aut quatuordecim annis in Provincia degebat, monuit, & exhortatus est, ut errores retractaret. Plures alii viri docti in Galliis idem suadebant, sed frustra. Hinc Proculus Massilienſis, & Cylinnius alius in Gallia Episcopus, contumacem experti, Doctrinam ejus damnarunt. Gallia ejectus cum quibusdam sociis, eosdem errores diligentibus, in Africam trajecit. Aliquamdiu cum S. Augustino moratus est, creditur que, idem esse Leporius Presbyter, qui cum reliquis designationi Eraclii interfuit, nam

Leporius.

Sup. n. 43.

Leporius,

Leporius, de quo hic sermo, Presbyter ordinatus est, postquam Monachus fuisset. Errorem agnovit, publice confessus est, & ut scandalum tolleret, quod in Ecclesiis Galliæ creasset, authenticam retractationem illo misit, quæ prius coram aliquibus Episcopis in Ecclesia Carthaginensi lecta; ad Proclum, & Cylinnium eam direxit; Leporius ignorantiam suam, & temeritatem fatetur, & humiliter veniam petit. Epistolam suam, scandali causam, damnat, confitetur, Deum, id est, JEsum Christum, ex Maria natum esse, nec illud Deo magis indignum fuisse, ut ex muliere nasceretur, & ex ea Naturam humanam assumeret, quando ita placuit, quam ut in ea Naturam humanam formaret; alias sequi, quartam Personam in Trinitate ponendam, si ponantur duo Filii Dei, & duo Christi, unus Deus, & alter homo. Non ideo tamen credendum, Incarnationem Verbi, commixtionem esse, & duarum naturarum confusionem, nam per commixtionem tam una, quam altera Natura destrueretur. Filius solus incarnatus est, non Pater, nec Spiritus Sanctus. Non sunt duo, unus Deus, & alter homo, sed idem Deus est, & homo, unicus Filius Dei, JEsus Christus. Hinc non dubitamus dicere, Deum natum esse, passum, & secundum carnem crucifixum. Credimus, ipsum esse Filium Dei, unicum,

Sæculum V. A. C. 427.

Sæculum V. A. C. 427.

cum, non adoptivum, sed natura talem, non imaginarium, sed verum, non ad tempus, sed æternum.

Leporius subjungit: *Detestamur, quod diximus, dum JEsu Christo laborem, meritum, fidem tribuimus, & cuilibet Sanctorum ferme similem fecimus, quamvis aliter sentiremus. Et aliquatenus in simplicium hominum ordinem redegimus,* Rom. 9. 5. *eum, qui Deus est super omnia, & non* Jo. 3. 34. *gradatim Spiritum accepit. Damnamus etiam illud, quod diximus, JEsum Christum absque ullo Divinitatis auxilio, solius Naturæ humanæ viribus passum fuisse; quia omnino negare volebamus Verbi Divini passionem; damnamus, quod diximus, JEsum Christum, tanquam hominem, quidquam ignorasse, nec istud dicere de Prophetarum Domino licet. Tandem, quia nimis longum foret, omnes propositiones speciatim, quas protulimus, enumerare, sincere declaramus, nos eas vel recipere, vel damnare eo modo, quo eas Ecclesia Catholica recipit, vel damnat; omnibus Hæreticis, Photino, Ario, Sabellio, Eunomio, Valentino, Apollinari, Maneti, & reliquis Anathema dicimus!* Leporius huic Epistolæ cum Domnino & Bono, qui verosimiliter ejus complices fuere, signum apposuit; quatuor Episcopi quoque subscripsere tanquam testes, nempe Aurelius Carthaginensis, S. Augusti-

Sæculum V. A. C. 427.

gustinus, Florentius Episcopus alterius Hipponis, & Secondinus Episcopus Mergamitanus. Hi quatuor Episcopi etiam ad Proculum, & Cylinnium Epistolam dedere, laudantes Episcoporum Galliæ severitatem, quæ Leporio saluti fuisset; testimonium de ejus conversione reddunt, & hortantur, ut eundem suæ communioni restituant; ipse vero in Africa remansit. Hanc Epistolam ex calamo S. Augustini fluxisse, cui etiam Leporii Epistola adscribitur, nemo est, qui dubitet.

Aug. ep. 219

Leo ep. 134 c. 6. v. Not. Quesn. p. 906

§. L.

Epistola ad Vitalem.

Sanctus Augustinus sub idem tempus Epistolam scripsit ad quemdam Carthaginensem, nomine Vitalem, dicentem, initium fidei non esse Donum Dei; Deum non aliter facere, ut bonum velimus, quam illud nobis per legem proponendo, in nostra deinde esse potestate, ut nostro libero arbitrio consentiremus, aut resisteremus. Hoc vero concedebat Vitalis, Deum nobis postea tribuere per Gratiam, quod per fidem petiissemus. Itaque cum illis sentiebat, qui posteriori tempore Semipelagiani dicti. Ut hunc errorem eximat, S. Augustinus præcipuum a precibus Ecclesiæ argumentum desumit. *Dic ergo simpliciter,*

Ep. 217. at. 107.

Sæculum V. A. C. 427.

pliciter, inquit: *nos pro illis, quibus prædicamus Evangelium, orare non oportere, sed tantum prædicare. Insurge adversus orationes Ecclesiæ, & quando audis Sacerdotem coram altari, exhortantem populum Dei, ad orandum pro Infidelibus, ut Deus eos convertat, pro Catechumenis, ut ipsis Baptismi desiderium inspiret, & pro Fidelibus, ut per Gratiam ejus perseverent, insulta his sanctis exhortationibus, & clama: nolle te Deum orare pro Infidelibus, ut Fideles fiant, quia fides non est Misericordiæ Divinæ Beneficium, sed voluntatis eorum effectus.* Et inferius: *ne fallamus homines! nam Deum fallere non possumus. Certe, non Deum oramus, sed orare simulamus, si nos solos sufficere credimus ad id, quod eum rogamus. Certissime, ficte Gratias agimus, si non credimus, ipsum dedisse, pro quo Gratias agimus.* Precum formulæ, quas hic S. Augustinus memorat, illis haud absimiles sunt, quibus in die Parasceves utimur.

c. 2. n. 7.

c. 5. n. 16.

S. Augustinus deinde Vitali hos duodecim articulos proponit, qui totam fidem Catholicam in materia de Gratia complectuntur. Qui necdum nati sunt,

c. 1.

necdum aut bonum, aut malum egerunt, nec datur vita præcedens, in qua præsentis vitæ ærumnas mereri potuissent, nihilominus ex Adamo nati secundum car-

2.

nem, mortis æternæ debitum contrahunt, nisi

nisi in JEsu Christo renascantur. Dei Gratia nec infantibus, nec adultis secundum merita confertur. Adultis pro qualibet actione datur. Non omnibus hominibus datur, & quibus datur accipiunt, quod nec suis operibus, nec etiam sua voluntate meriti sunt; id præcipue in infantibus exploratum est. Quibus Gratia datur, eam Misericordia Dei gratuita accipiunt. Illi, quibus non datur, justo Dei judicio excluduntur. Coram Tribunali JEsu Christi omnes comparebimus, ut quisque recipiat bonum, vel malum, secundum ea, quæ fecerit in corpore suo, non secundum ea, quæ feciset, si diutius vixisset. Parvuli quoque eodem modo judicabuntur, prout baptizati fuerint, vel non, prout per cor, & os eorum, a quibus levati, crediderint, vel non crediderint. Qui in JEsu Christo moriuntur, Beati sunt, nec eorum, quæ, si vita fuisset longior, facturi erant, ratio ulla habetur. Qui in Deum credunt motu proprio, id est, Adulti, sua voluntate, & libero arbitrio credunt. Ex veræ fidei principio agimus, quando nos, qui credimus, Deum precamur pro illis, qui credere nolunt, ut credere velint. Quando aliquis Infidelium fidem amplectitur, Deo Gratias agamus sincere pro magno Beneficio, quia est rationi consentaneum. S. Augustinus deinde singulos hos articulos speciatim probat.

c. 3. 4. 5. 6. 7. 2. Cor. 5. v. 10. 8. 9. Apocal. 14. 13. 10. 11. 12.

Sæculum V.
A. C. 427.

§. LI.

Seditio Comitis Bonifacii.

Aug. ep. 220.

Bonifacio Comiti, elata uxore, Militiæ valedicere, & vitam Monasticam amplecti cogitanti, S. Augustinus, & S. Alypius aliam mentem indiderant, rati, si in Sæculo permaneret, statui, & Ecclesiæ utiliorem futurum; consilium vero suggesserant, ut a rebus perituris mentem averteret, & continentiam servaret. Verumtamen post hæc ab Imperatore in Hispaniam migrare jussus, secundam uxorem accepit mulierem, Vandalorum Regibus affinem, hisque nuptiis eorum amicitiam sibi conciliavit. Aetius inter Romanorum Duces potentia soli Bonifacio secundus, tunc in Italia degens, amicitiæ prætextu usus est, ut innocentem calumniaretur apud Imperatricem Placidiam, sub filii Valentiniani pueritiam Regni fasces gubernantem. Dicebat, Bonifacium haud diu amplius imperata facturum, sed totius Africæ Regnum affectare: in proditionis argumentum, addidit: *si mandatum miseris, ut in Italiam redeat, venire detrectaret.* Interim ad Bonifacium literas dedit; si ab Imperatrice accerseretur, caveret venire, quod eum perdere constituisset. Ut indicio fidem adstrueret, addidit, nihil jam causæ esse, cur advocaretur. Bonifacius fidem

Procop. 1. bell. Vandal. c. 3.

dem adhibuit perfide monenti Aetio, quem olim clientem habuerat, & suis curis promotum, sibi fidelissimum putabat. Itaque mandato accepto ut ad Imperatorem rediret, obedire renuit, & ingestam ab Aetio suspicionem confirmavit. Sæculum V. A.C. 427.

Tunc vero Bellum Bonifacio dictum, & tres Duces cum copiis missis, quos devicit, tandemque Comes Sigisvult successit. Bonifacius, ne succumbere cogeretur, in Hispaniam misit, qui cum Principibus Vandalis, nempe Gonthari, & Gizerico, seu Genserico fœdera tractarent. Inter eos conventum, ut Africam partirentur in tres Regiones, cuique eorum partem unam cederet, tertiam sibi Bonifacius haberet. Unusquisque Regnum suum supremo jure possideret, at contra aggressorem communibus viribus se tuerentur. His fœderibus pactis, Vandali, fretum transvecti in Africam transmiserunt, Hispania Visi-Gothis relicta, quorum potentiam non ferebant. Cum Vandalis Alani quoque, Gothi, mixtique aliarum nationum homines commigrarunt; cum infantibus, & Senibus, Dominis, & servis octoginta millia recensita. Numerum iniri Genserico jusserat, ut terrorem late spargeret, vulgatumque est, octoginta millium dimicantium esse exercitum. Regiones, quas pacatas *Poss. vit. c. 28.*

Sæculum V. A. C. 428. invenere, vastarunt cædibus, & incendiis, succisisque arboribus, in Ecclesias præprimis, cum Ariani essent, desæviebant. Vandali in Africam transvecti anno 428. Tauro, & Felice Consulibus.

Chro. Pasch.

§. LII.

S. Augustini Epistola ad Bonifacium.

Ep. 220. *al.* 70. *n.* 2. Inter hæc S. Augustinus ad Bonifacium dedit epistolam, qua conatur virum ad meliora reducere consilia. Initio mentem suam aperit, quod nec de ejus potentia, nec de vitæ conservatione, sed tantum de æterna Salute esset scripturus: *scio*, inquit: *non tibi deesse, qui te amore profano diligunt, & consilia sæcularia suggerunt, sed haud ita facile est, deficiente occasione, animæ tuæ salutaria afferre.*

n. 4. In memoriam deinde reducit consilium Mundum relinquendi, & arguit, quod secundis nuptiis implicuerit. *Non nullum quidem*, inquit: *solatium cepi, dum mihi relatum, noluisse te hanc mulierem ducere, antequam fidem Catholicam suscepisset, at nihilominus tanta est in domo tua Arianorum potentia, ut filiam tuam baptizaverint; & si vera audivimus, etiam Virgines, Deo Sacras, rebaptizarunt. Dicunt præterea non nulli, uxorem libidini tuæ non sufficere, sed etiam concubinas a te ali.* Tum mala repræsentat, quæ infaustas nuptias secuta fuerant, nempe seditionem

n. 6.
n. 7.

tionem commotam; & prosequitur. *Per Deum! negare non potes, te bonorum temporalium cupiditate ad tanta facinora impelli. Pauca quidem sunt, quæ ipse perficis, sed plurima perpetrandi ansam præbes multis hominibus, qui tuo Præsidio Dominatum ambiunt; itaque non modo tuas cupiditates non moderaris, sed etiam alienis servire cogeris. Dices,* subjungit S. Augustinus: *justissimas tibi esse irascendi causas, illosque potius a me corripiendos, qui tibi mala pro bonis reddidere; in hac causa judex non sum, cum utramque partem audire non possim, verumtamen te ipsum coram oculis Dei judica! si Imperium Romanum tibi Beneficia præstitit, ne reddas pro bonis mala! si nocuit, ne reddas pro malis mala!*

Sæculum V. A.C. 428.

S. Augustinus.

n. 5. 8.

n. 8.

Dices forte: quid vis, ut inter malleum, & incudem positus faciam? respondeo: si in tuis causis temporalibus consilium petis, nescio, quid tibi dicam. Si vero de Salute animæ consulis, optime scio, quid tibi respondendum. Noli amare Mundum, & ea, quæ in Mundo sunt! fortissimi animi specimen dabis, si cupiditatem fregeris, pœnitentiam age! enixe ora, ut libereris ab inimicis tuis invisibilibus, scilicet, a perversis tuis affectibus. Jejuna, quantum salva valetudine poteris. Si sine uxore esses, suaderem continentiam, suaderem, ut, relicta militia, in Monasterium

1. Joann. 2. 15.

n. 10.

n. 12.

Sæculum V. A.C. 428.

te reciperes. Sed hoc tibi sine consensu uxoris tuæ non licet, quamvis enim secundum matrimonium inire non debuisses, postquam, longe alia te agitare consilia, Tubunc ad nos dixeras, uxor tamen bona fide, cum hujus propositi esset ignara, tibi nupsit. Deus det, ut ei continentiam persuadere valeres! at saltem castitatem conjugalem serva! uxor tua non sit tibi obstaculo, quo minus Deum ames, Mundum oderis, datam fidem serves, etiam in bello, & pacem quæras, bonis hujus Mundi ad bona opera utaris, & propter bona fragilia nunquam malum facias.

Non legimus, Comitem Bonifacium ad hæc monita resipuisse; mala, quæ fecerat, tollere, in ejus potestate non fuit. Amici, quos in Italia habebat, quibusque ejus in Cæsares fidelitas jam diu perspecta erat, ne suspicari quidem poterant, Bonifacio in mentem venisse, ut Imperium usurparet. Quidam, Placidia conscia, Carthaginem profecti, Bonifacio locuti sunt, quibus ille, exhibitis Aetii epistolis, structas sibi insidias aperuit. Obstupuit Aetii perfidiam Imperatrix, indignationem tamen pressit, quod ipsius opera, desperatis propemodum Imperatoris filii sui rebus, indigeret. Ad Bonifacium vero misit, qui rogarent, a Barbarorum societate discederet, & Romanorum Imperium non destitueret. Bonifacius,

Procop. 1. bell. Vandal. c. 1.

cius, intellecto errore, nihil intentatum reliquit, ut emendaret; in preces se demisit, ut Africa Barbari excederent; illi, ipso discessus nomine offensi, bellum pararunt, Bonifacio suppetiæ Roma, & Constantinopoli submissæ, semel etiam conflictum, & Romani succubuere. Vandali, victoria potiti, Africam impune depopulati sunt. Sæculum V. A. C. 428.

Hist. Misc. L. 14 p. 431.

§. LIII.

Colloquium cum Maximino.

Quidam Episcopus Arianus, nomine Maximinus, qui cum Comite Sigisvult, & Gothis, quos Imperatori Valentiniano militans adversus Comitem Bonifacium ducebat, advenerat; Hippone S. Augustino, quod multi, ut fieret, rogaverant, de fide collocutus est, & verba omnia a Notariis litteris commissa. Primo S. Augustinus ab eo petiit, ut, quam fidem teneret, aperiret. Ille respondit, tenere se fidem Concilii Ariminensis. Instante S. Augustino, ut, quæ ipse credat, ediceret, dixit: *Credo in unum Deum Patrem, qui vitam a nemine accepit, & in unum Filium, qui existentiam, & vitam accepit a Patre, & in unum Spiritum Sanctum consolatorem, qui animas nostras illuminat, & sanctificat.* Exigebat, ut S. Augustinus Divinarum Personarum æqualitatem probaret; ipse econtra, specie defendendi uni-

Poss. vit. c. 17.

n. 13.

Sæculum V. A.C. 428.

tatem Dei, inæqualitatem probare omnibus viribus nitebatur. *Hic est solus Deus*, inquiebat: *quem JEsus Christus, & Spiritus S. adorant, quem omnis Creatura reveretur. Hac ratione dicimus esse unum.* Ad hæc S. Augustinus dixit: *ex hoc sequitur, aut vos JEsum Christum non adorare, aut non unum, & solum Deum.* Deinde petiit, ut ex Scriptura probaret, quod Spiritus S. Patrem adoret, concedens, a Filio, tanquam homine, adorari. Spiritus S. Divinitatem probavit ex eo, quod Eidem templa erecta sint, quod soli Deo convenit. Maximinus reliquum conferendi tempus longo, & inutili sermone consumpsit, & Carthaginem reversus, se ex hoc colloquio victorem jactavit. Hinc S. Augustinus permotus est, ut insolentem refutaret duobus libris; in primo probat, Maximinum ad objecta respondere non potuisse. In secundo ad omnia ejus dicta respondet.

n. 14.

§. LIV.

Colloquium cum Pascentio.

Possid. c. 17.

Aliud quoque colloquium S. Augustinus, sed verosimiliter superioribus annis cum Ariano instituit. Pascentius is erat Comes Cæsaris domesticus, id est, Cæsarei fundi Curator, qui muneris Auctoritate abutens, summo rigore jura Fisci exigebat, Catholicis insultans, fidem simplicem

cem sequentibus. S. Augustinum etiam aggressus, per viros honoratos ad disputationem provocavit. His itaque præsentibus Carthagine a mane usque ad vesperam colloquium institutum. Initio, cum sermo fuisset de Ario, & Eunomio, S. Alypius, qui aderat, interrogavit, cui ex ambobus Auxentius, ab Pascentio prius multum laudatus, adhæreret? tum Pascentius elata voce Arium, & Eunomium anathematizavit, petens, ut etiam S. Augustinus vocem *homousios*, id est, consubstantialis anathematizaret, quasi vero vox ista fuisset aliqua Persona; instabat deinde, ut sibi hæc vox in Scriptura monstraretur. Post hæc fidei suæ Professionem edixit talem, quali S. Augustinus subscribere paratus erat; hanc ergo Pascentius scripsit, & vocem inseruit: *Ingenitus*. Tunc vero S. Augustinus quoque instare, ut hanc vocem alicubi in Scriptura ostenderet, atque ita demonstravit, non esse perquirendas voces, quando de sensu constat. Cum ita premeretur Pascentius, papyrum, qua fidei suæ Confessionem exoraverat, e manibus S. Augustini raptam, laceravit. Condixerunt, ut post prandium amanuenses, notis scribentes, haberent, qui colloquentium verba exciperent. Hora statuta cum his Notariis redierunt; sed Pascentius mutaverat mentem, nec admittere volebat, ut quidquam

Sæculum V. A. C. 428.

n. 6.

Sæculum V. A. C. 428.

adnotaretur, S. Auguſtino inſtante, dixit iratus: *præſtitiſſet illa credere, quæ de te abſente acceperam, nunc te tanta fama longe imparem inveni.* S. Auguſtinus reſpondit: *dixeram tibi, ſæpe famam fallere. Veritatem dixiſti*, repoſuit Paſcentius: & S. Auguſtinus: *cum igitur aliud a fama, aliud a me ipſo acceperis, fallax ſit illa, ſi modo ego verax ſim.* Perſeveravit Paſcentius negando, poſſe ſe conſentire, ut quidquam ſcriberetur, dicens, forte ſibi lites ſuſcitandas ob leges, in Hæ-

Poſſid. ibid. reticos latas. S. Auguſtinus vero cum præſentibus Epiſcopis colloquium proſecutus eſt, prædicens, quod etiam contigit, quemque deinde, quod ſibi placeret, in publicam lucem ſparſurum.

§. LV.

Neſtorius Epiſcopus Conſtantinopolitanus.

Sup. n. 44. Socr. VII. c. 29. Liberat. brev. c. 4. Evagr. 1. hiſt. c. 7.

Sedes Conſtantinopolitana poſt Siſinnii obitum aliquamdiu vacavit, quamvis non deeſſent, qui Philippum, & alii, qui Proclum in Epiſcopum exoptarent; ut vero omnis ambitionis tolleretur occaſio, in aula decreverunt, nullum hujus Eccleſiæ Clericum in hanc Sedem collocare. Ergo externus advocatur; Neſtorius is fuit, natus Germaniciæ, ſed Antiochiæ educatus, ubi adhuc infans baptizatus fuerat. Ad vitam Monaſticam inſti-

tutus

tutus fuerat in Euprepii Monaſterio, quod a portis Antiochiæ duobus tantum ſtadiis diſtabat. Epiſcopus Theodotus eidem, in Presbyterum ordinato, munus Catechiſtæ impoſuit, ut fidem explicaret ad Baptismum aſpirantibus, & contra Hæreticos defenderet. Omnino etiam zeloſiſſimus videbatur adverſus Arianos, Apollinariſtas, & Origeniſtas, Hæreticos tunc temporis in Oriente omnibus maxime inviſos. Præterea S. Joannem Chryſoſtomum ſe in omnibus admirari, & imitari palam profitebatur (*), amœnam vocem, & eloquendi facilitatem natura dederat, ſed deerat ſoliditas. Placere quærebat, & populi plauſus ſibi conciliare. Omnium oculos vultus pallore, veſte ſubnigra, ingreſſu lento in ſe trahebat, hominum frequentiam, & forum publicum vitabat, plerumque domi libris ſuis incumbens. Hac vitæ ratione magnam ſibi virtutis, Doctrinæ, & eloquentiæ opinionem comparavit. Igitur Conſtantinopolim accerſitus, ſecum Presbyterum, cui nomen Anaſtaſius, rerum ſuarum omnium conſcium, adduxit; in via inviſerunt Theodorum Mopſueſtenum, a quo Neſtorius perverſam Doctrinam, quam poſtea docuit, hauſiſſe dicitur. Theodorus Mopſue-

Sæculum V. A.C. 428.

Theod. IV. hær. fab. c. 12. Id. ad Sporac. 10. 4. p. 696.

Evagr. 1. c. 2.

(*) Ergo nulla ſchismatis inter ipſum, & Romanam Eccleſiam cauſa fuit.

Sæculum V. A.C. 428.

Mopsuestenus haud diu post hæc e vivis abiit, nec ei diu supervixit Theodotus, Episcopus Antiochenus, cui Joannes, Theodori Discipulus, successit. Theodoretus, memorata horum virorum morte, historiam suam clausit.

Theod. hist. V. c. 40.

Elapsis tribus mensibus post obitum Sisinnii Episcopi Nestorius Constantinopolim advenit, & decima mensis Aprilis ordinatus est, Felice, & Tauro Consulibus, nempe anno 428. In primo sermone dixit, conversa ad Imperatorem oratione, hæc verba a multis bene notata: *da mihi, Domine! terram Hæreticis purgatam, & ego tibi Cælum dabo. Extermina mecum Hæreticos, & ego tecum Persas extirpabo.* Hæc verba vulgo quidem, Hæreticis infenso, placuere, aliis vero Nestorii ingenium leve, & affectibus obnoxium visum est, quod primo ingressu immodicum mentis impetum prodidisset. Quinta post ordinationem die, Arianis domum, quo clam solebant convenire, aufferre voluit, illi in desperationem acti, ignem loco subjiciunt, quo etiam vicina ædificia correpta, & incendiarii invidiosum nomen Nestorio hæsit. Novatianos quoque pellere sibi proposuerat, sed Aulæ auctoritas fervorem repressit. Quartodecimanos in Asia, Lydia, & Caria persecutus, commotæ prope urbes Sardia, & Miletum seditionis causa fuit, quæ multis

Socr. XII. c. 29.

Nestorius.

tis interitum accivit. In eo, inquit Socrates, contra Ecclesiæ usum agebat. Sæculum V. A. C. 428.

Antonius Episcopus Germæ, Hellesponti urbe, Macedonianos pertinaciter persequebatur, dicens, se, a Nestorio jussum, id facere. Hi aliquamdiu persecutionem passi, deinde extrema tentarunt; immissis Sicariis Antonium interemerunt; inde in pœnam Nestorius iisdem Ecclesias, quas habebant, eripuit. Anno 429. Ecclesias suas Constantinopoli, Cyzici, & plures alias in Hellesponto amiserunt. Aliqui eorum ad Ecclesiam redierunt. *Socr. VII. c. 31.* *Marcell. Chro. 429.*

Legem etiam Theodosii junioris habemus, Constantinopoli, trigesima Maji 428. nempe sex hebdomadas post ordinationem Nestorii, datam, qua Hæretici Ecclesias, Catholicis ereptas, sine mora restituere jubentur, & prohibentur novos Clericos ordinare, adjecta, si auderent, decem librarum aurearum pœna. Deinde ad diversa Hæreticorum genera descenditur, ne Ariani, Macedoniani, aut Apollinaristæ Ecclesias in quacunque Civitate habeant, hac lege vetatur. Novatianis, & Sabbatianis tantum prohibetur, ne quidquam innovent; at omnis conveniendi ad orandum licentia per omnes Imperii Romani terras tollitur Eunomianis, Valentinianis, Montanistis, Priscillianistis, ita a Priscilla, non vero a Priscillia- *L. 65. C. Th. de Hær.*

Sæculum V. A. C. 428.

cilliano, dictis, Phrygibus, Marcionitis, Borborianis, Messalianis, Euchitis, seu Enthusiastis, Donatistis, Audianis, Hydroparastatis, Ascodrugitis, Photinianis, Paulinianis, Marcellianis, & denique Manichæis, *qui* (ut verba Legis sonant) *in profundum impietatis delapsi sunt, & etiam ex urbibus ejiciendi.* In hac Lege nulla Pelagianorum mentio; nempe his Nestorius favebat. Eodem anno 428. vigesima sexta Sept. memoria S. Joannis Chrysostomi celebrari cœpta; haud dubie Nestorii, popularis ejus, & admiratoris opera.

Mart. Chro. ibid.

§. LVI.

S. Cœlestini Decretales.

Cœlest. ep. 2. to. 2. conc. p. 1618.

Eodem anno S. Cœlestinus Papa Epistolam Decretalem ad Episcopos Provinciarum Viennensis, & Narbonensis dedit, ut quosdam abusus emendaret. Quidam Episcopi vestitu singulari gaudebant incedere. Nempe involuti pallio Philosophico, & cingulo lumbos circumdati, dicentes, præceptum esse in Evangelio:

Luc. 12, 35. *sint lumbi vestri præcincti. Si hæc ad litteram accipiantur,* dicit Papa: *quare non etiam lucernas ardentes in manibus portant, sicut & baculos? hæc S. Scriptura verba in sensu Mystico sunt intelligenda; Cingulum Castitatis symbolum est; baculus Regimen Pastoris, & Lucernæ ardentes bono-*

bonorum operum fulgorem indicant. Singularis veſtitus convenire poteſt in deſerto viventibus; nempe Monachis; quæ autem cauſa ſit in Eccleſiis Galliæ morem ab Epiſcopis, maximis viris, ſervatum mutandi? oportet nos diſcerni a populo, non habitu, ſed Doctrina, & moribus; nec quæramus, rudium oculos fallere, ſed docere intellectum. Ex his verbis clare videmus, necdum tunc temporis viris Eccleſiaſticis, nequidem Epiſcopis, diſtincta a cœteris veſtimenta fuiſſe.

Alter abuſus, quem S. Cœleſtinus Papa ſublatum cupit, erat, quod pœnitentia morientibus denegaretur. *An ipſorum converſio ſincera ſit*, inquit: *potius ex diſpoſitione animi, quam temporis circumſtantia judicandum.* (*) Tertius abuſus in eo conſiſtebat, quod ſimplices laici in Epiſcopos ordinarentur, quin per Clericorum gradus tranſiiſſent, imo & homines, criminum rei. Jura Metropolitarum confirmat, & jubet, ut cuilibet Provinciæ ſalva ſint jura ſua. Prohibet, ne Clerici externi, & ignoti in Epiſcopos eligantur, iis poſtpoſitis, qui multo tempore illi Eccleſiæ ſerviunt, & civium ſuorum teſtimonio boni ſunt. *Nimirum*, inquit:

c. 2.

c. 3.

c. 4.

(*) Hic locus de pœnitentia publica intelligi nequit, ergo de Sacramentali abſolutione accipiendus eſt.

Sæculum V. A. C. 428.

c. 5.

inquit: *nulli gregi vir invisus in Episcopum obtrudendus; consensus Clericorum, populi, Magistratuum requirendus.*

Relinquo vobis, inquit ulterius: *Episcopum Massilienſem judicandum, qui de cæde Fratris sui gavisus dicitur, usque adeo, ut illi, qui fœdatis sanguine humano manibus redibat, obvium se dederit, cum homicida communicaturus.* Patroclum, Episcopum Arelatensem, ante biennium, nempe anno 426. Tribunorum aliquis multis ictibus perfoderat, secretis, ut credunt, Felicis, Magistri militum, mandatis instructus. Haud dubie de hac cæde mentio fit in S. Cœlestini Papæ epistola, septimo Calendas Augusti, Felice, & Tauro Consulibus, id est, 26. Julii, 428. data. Anno sequenti 429. Florentio, & Dionysio Consulibus, S. Cœlestinus aliam epistolam Decretalem dedit ad Episcopos Apuliæ, & Calabriæ, qua hortatur, ut Canones observent, & speciatim ne Laicos in Episcopos ordinent, rejectis Clericis, qui totam vitam suam Ecclesiæ servierunt.

Prosp. Chro. an. 426.

Epist. 3. *p.* 1622.

§. LVII.

Cassianus Massiliæ.

Jam tum plura Monasteria in Galliis erecta fuerant, præsertim in Provincia. Cassianus post S. Chrysostomi obitum, circa ann. 409. illuc se receperat; Presbyter ordinatus, Massiliæ duo Monaste-

ria,

ria, viris unum, alterum puellis fundavit. Ad quinque millia Monachorum rexisse dicitur, atque celebris Abbatiæ S. Victoris Massiliæ fundator agnoscitur. Circa annum 420. suas Institutiones Monasticas scripsit, rogatus a Castore, Aptæ Juliæ Episcopo, qui in sui Patrimonii fundo, Diœcesis Nemausiacæ, Monasterium exstruxerat, & avidus erat cognoscendi Disciplinam, quam Cassianus in Oriente experientia didicisset, atque in Monasteria a se fundata introduxisset. Ut ei satisfaceret, Cassianus duodecim libros Institutionum Monasticarum scripsit, & eidem dicavit. Initio dicit, non esse sibi propositum de miraculis Monachorum Ægypti loqui, quamvis plurima narrari audivisset, & aliqua suis vidisset oculis, sed tantum de regulis vitæ eorum, & moribus differere. In libro primo vestimenta describit, in secundo ordinem orandi vespere, & nocte. In tertio memorat orandi ordinem, quem alii Monachi in Oriente, nempe in Palæstina, & Mesopotamia per diem observabant. Nam Ægyptii ad vesperas tantum, & Nocturnos conveniebant, alii vero etiam ad tertiam, sextam, & nonam. Advertit, horam primam sua primum ætate in Monasterio suo Bethlehemi fuisse introductam, ad emendandam illorum somnolentiam, qui post preces nocturnas dor-

Sæculum V. A. C. 428.

Ep. Castor. ap. Cass.

Præf. Inst.

Sup. l. XX. §. 8.

III. Instit. c. 4.

Sæculum V. A.C. 428.

miebant usque ad tertiam, atque ut initium laboris diurni designaretur. In libro quarto Institutionum, loquitur de modo examinandi, & suscipiendi Monachos præsertim Tabennis, & notat, tunc Monachos non concessisse, ut Novitius de bonis suis quidquam Monasterio donaret. In cœteris octo Institutionum libris tractat de modo oppugnandi vitia capitalia, quorum octo enumerat, scilicet gulam, impudicitiam, avaritiam, iram, tristitiam, tœdium, seu acediam, vanitatem, & superbiam. Occasione acediæ, fuse de necessitate laboris manuum differit.

XV. Instit. c. 4.

X. Instit. c. 7. 8.

Sub annum deinde 423. Collationes suas composuit, ut interiorem statum Monachorum Ægypti explicaret, quippe in suis Institutionibus exteriora solummodo exhibuerat. Primo colloquia decem conscripsit, ad Leontium, Episcopum Fori Julii, & Helladium Anachoretam, postea Episcopum, directa. In his decem primis colloquiis solos Monachos Scetienses loquentes inducit. Post annos ferme duos composuit septem alia, quæ S. Honorato Abbati Lerinensi, & S. Eucherio, tunc ejusdem Monasterii Monacho, postea Episcopo Lugdunensi inscripsit. Cassianus loquentes exhibet Monachos, quos statim in prima sua profectione in Ægyptum, nempe Cheremonem, Nesteros, &

Præf. Coll.

Sup. l. XX. §. 7.

Sup. l. XX. §. 3.

Joseph

Joseph viderat. Cheremon inter alia de Protectione Dei, scilicet de Gratia, sed parum accurate loquitur. Post aliquot annos, circa annum 428. Cassianus rursus concinnavit septem colloquia, ad quatuor Monachos Insularum Massilienſium directa. Loquentem producit Abbatem Piammonem, aliosque, quos ex eadem profectione noverat. Universim 24. Colloquia, non temporis, sed materiarum ordine distributa, numerantur.

Sæculum V. A.C. 428.

§. LVIII.

Monasterium Lerinense.

Sanctus Honoratus circa annum 410. Monasterium Lerinense fundaverat in Insula, quæ hodie ab ejus nomine appellatur. Familia nobili ortus erat, quæ suis in ceris Consules exhibebat. Ad fidem conversus, & baptizatus est in flore ætatis suæ, Patre, & tota familia invita. Ex eo tempore rigidum vitæ genus, & affectibus premendis aptum ducere cœpit; prolixam cæsariem succidit, vili vestitu utebatur, faciem jejuniis maceravit. Unus ex ejus fratribus, Venantius nomine, eundem vitæ rigorem amplexus est. Divisis inter pauperes bonis, Sancto Eremicolæ Caprasio, Massiliæ Insulas inhabitanti, instituendos se tradiderunt. In ejus Societate, susceptа profectione, aliquamdiu in Achaja morati sunt. Venan-

Serm. S. Hilar. ap. S. Leon. to. 1.

Sæculum V. A.C. 428.

tium Methone fata præripuere. Honoratus in Provinciam rediit. Cum Leontium, Episcopum Fori Julii summa veneratione prosequeretur, placuit in ejus Diœcesi sedem figere; elegit parvam Insulam Lerinum, tunc desertam, & serpentibus infestam; ibi extruxit Monasterium, brevi temporis spatio omnis nationis Monachorum habitaculum futurum. Honoratus, quamvis a multo jam tempore a statu Clericali abhorreret, in Presbyterum ordinatus est, quoniam eximiis dotibus ad lucrandas animas erat instructus. Ad Ecclesiam Arelatensem in Pastorem postulatus, consecratur Episcopus, Patrocli Successor, sed duobus non pluribus annis hanc sedem tenuit. Dissentientes animos conciliavit, præprimis maxima charitate laudabilis; nam thesauros, quos Decessor ejus cumulaverat, brevi in causas pias sparsit. Morbo lethali decumbens, oves suas docebat, & coram populo dixerat in Festo Epiphaniæ octo ferme dies ante obitum suum, anno 428. Eccleſia ejus memoriam decima sexta Januarii colit. Succeſſit S. Hilarius, ejus prius Lerini Discipulus, qui in Episcopatu Monachi mores retinuit. Multi ex his Monachis Cassiani Doctrina imbuti, quam, inter Orientales haustam, in decima tertia sua collatione explicaverat, S. Augustini Sententiam ægre ferebant,

Mart. Rom. 15. Jan.

bant, & in errorem Monachorum Adrumetensium propendebant, credentes, saltem initium meriti a nobis esse. Ex S. Augustini Doctrina talia sequi, quæ Dei Bonitati, & Libertati humanæ repugnarent, ipsis videbantur. Sæculum V. A.C. 428.

§. LIX.

Epistola Hilarii ad S. Augustinum.

Quidam, cui nomen Hilarius, ab Episcopo Arelatensi alius, S. Augustini Discipulus, qui aliquamdiu ei convixerat, & verosimiliter idem, qui ad eum ex Sicilia de errore Pelagianorum scripserat, rursus occasione præsentis quæstionis duas ad eundem dedit epistolas. Prima non supereſt, sed in secunda loquitur in hunc modum: *Hæc Massiliæ, & in quibusdam aliis Galliarum locis tanquam certa defenduntur. Novam esse, & periculosam Doctrinam, dicere, aliquos homines ita eligi, ut ipsa voluntas credendi ipsis detur. Concedunt, omnem hominem in Adamo periisse, neminem libero suo arbitrio posse liberari, nec suis viribus posse quodcunque opus bonum vel incipere, vel perficere, sed desiderium sanitatis operibus non accensent. Et ubi dicitur: crede! & salvus eris; dicunt, ab homine unum exigi, & alterum offerri. Hominis esse fidem suam præsentare, cum Creator dederit, ut hoc possit, nec unquam ejus Natu-* *Sup. XXIII §. 15.* *Ap. Aug. ep. 226.* *Act. 16.*

Sæculum V. A. C. 428.

ram eatenus corrumpi, ut ſanitatem deſiderare non valeat, & ex eo ſequi, hominem ſemper a morbo ſuo eſſe liberandum, vel, quod liberari nolit, puniendum. Non negare Gratiam eos, qui dicunt, illam anteverti tali voluntate, quæ deſideret quidem, ſed per ſe nihil poſſit. Itaque dum in omnibus hominibus admittunt voluntatem, qua poſſunt vel Dei Gratiam contemnere, vel eidem obedire, exiſtimant, ſe rationem reddere poſſe, cur unus eligatur, & alter reprobetur, quod unusquisque ſecundum voluntatis ſuæ meritum recipiat.

Si interrogantur, cur fides potius hoc loco, & hoc tempore prædicetur, quam alio, reſpondent, id Præſcientiæ Dei adſcribendum, atque illis temporibus, illisque locis prædicari, ubi prævidit, credituros.(*) Quod autem dicas, neminem poſſe perſeverare, niſi Gratiam acceperit, conſentiunt, ſed ea reſtrictione, ut voluntas ſemper aliquam diſpoſitionem ex ſe conferat, quamvis non ſufficientem, qua vel recipit, vel rejicit remedium; at quidquam ad ſalutem operari poſſe ſine gratia, non concedunt. Ferre non poſſunt, ſi dicatur, nos hanc perſeverantiam per preces noſtras mereri non poſſe, aut eandem per reſiſtentiam amittere; aut cauſam in Divina Volun-

(*) Id manifeſte verbis Chriſti Domini Matth. II. v. 21. contrarium.

Voluntatis abyssum rejici, dum evidenter aliquod voluntatis initium ad perseverantiam vel obtinendam, vel admittendam deprehendunt. Quod attinet ad textum, quem adducis, raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, tanquam non canonicum rejiciunt. Sap. 4. 11.

Defendunt, usum exhortandi proximum esse inutilem, si nihil in homine supereſt, quod ad emendationem excitare possit. Si mala, quæ exhortantes minamur, aliter timere non potest, quam si ipsi timendi voluntas detur, non ipsum, inquiunt, reprehendere oportet, quod modo nolit, sed illum, qui toti suæ Posteritati hanc damnationem contraxit. Illa quoque diversitas quam inter Gratiam primi hominis, & illam, quæ modo omnibus datur, posuisti, eis non placet; dicunt, hanc Doctrinam mentibus hominum quamdam desperationis speciem injicere; Adamum enim hortatu excitandum, & minis terrendum fuisse, quia ei perseverandi, vel labendi libertas erat, nobis vero nec hortatus, nec minas prodesse, necessitate ineluctabili ligatis, ne Justitiam velimus, illis exceptis, quos Gratia ex massa communi damnationis liberat. Dicunt, qualecunque auxilium Deus Prædestinatis det, illud posse eos propria voluntate acceptare, vel amittere. Hinc non concedunt etiam, numerum Electorum, & Reproborum esse determinatum, & non reci-

n. 6. Aug. de Cor. & Grat. c. 11. & 12.

Hilarius ad S. Augustinum.

Sæculum V. A.C 428.

recipiunt modum, quo illud explicas, ubi dicitur, Deum velle, ut omnes homines salvi fiant, nam nolunt hæc verba tantum intelligere de iis, qui ex numero Prædestinatorum sunt, sed absolute de omnibus, nemine excepto. Tandem ad hanc querelam relabuntur: quid opus erat tot hominum, non valde Doctorum, mentes turbare intricatissimæ disputationis difficultate? necdum nata hac quæstione, Religio Catholica non minus solide per tot annos, a tot Scriptoribus, & a te ipso defensa fuit. (*)

Cæterum silentio præterire me non oportet, Massilienses omnes alias actiones, & verba tuæ Sanctitatis magna admiratione venerari. Rogamus, ut libros, quos

Aug. de Cor. & Grat. c. 13. 14. 1. Tim. 2. n. 8. n. 9. n. 10.

supra

(*) Forte non adeo male S. Augustinum arguissent Massilienses, nisi aliorum circa hanc Quæstionem errores S. Patrem de inscrutabili Prædestinationis Gratia subtiliter differere compulissent. Sed meliore jure dubitari posset, num ultimis nostris Sæculis Ecclesiæ profuerit an nocuerit super Quæstione de Gratia & Libero Arbitrio, quæ supra humanum captum est, Viros Catholicos tam acriter digladiari. Nam quamcunque Opinionem amplectar, remanent dubia, & Neutra sciendi cupiditatem satiat. Si enim credo, & quidquam argumentis hactenus invictis permotus, dari Gratiam sua Natura intrinsece efficacem credo, nihilominus Liberum Hominis Arbitrium salvari; quo pacto autem Divina Omnipotentia id præstet, Mysterium

ſupra omnia cætera opera tua concinnas, ubi publicæ lucis feceris, nobis quoque communices (de retractationibus ſermo eſt) *ut tua ipſius Auctoritate, quæ in tuis Scriptis tibi diſplicuerint, rejiciamus. Librum de Gratia, & Libero Arbitrio non habemus. Cum Tabellarius abitum urgeat, & timeam, ne minus clare mentem meam explicaverim, virum rogavi, virtutibus, eloquentia, & zelo ſuo celeberrimum, ut tibi ſcribat, quæ congerere poſſet, & epiſtolam ejus meæ junxi; vir enim eſt hujusmodi, ut etiamſi hæc ſe occaſio non offerret, a tua Sanctitate non ignorari mereatur.* Sæculum V. A.C. 428.

§. LX.

Epiſtola S. Proſperi ad S. Auguſtinum.

Vir ille, quem Hilarius hic memorat, S. Proſper eſt, natus Rejis in Aquitania, ſeu potius in Provincia; ſimplex Laicus fuiſſe videtur, ſed doctiſſimus, & pro *Ap. Aug. ep. 225.*

ſterium eſt, captu difficile. Si cum Adverſariis id genus Gratiæ nego, & admitto Gratiam, quam Hominis voluntas nunc ſequatur, nunc repellat, longe major occurrit difficultas, & nullatenus capio, quomodo cum hujusmodi Gratia Supremum Dei Dominium Ratio Cauſæ primæ & infallibilis Rerum futurarum Scientia conciliari valeant. Nempe utrinque Divinæ Prædeſtinationis modus Myſterium eſt humani intellectus viribus impervium.

Sæculum V. A. C. 428.

Doctrina Gratiæ zelosissimus. S. Augustinum nunquam viderat, sed Epistolarum commercio sibi noti erant. In illa, quam Hilarii Epistolæ junxit, dicit: *Nonnulli Servi Dei, qui Massiliæ degunt, lectis Sanctitatis tuæ libris contra Pelagianos, existimant, Patrum opinioni, & Ecclesiæ sensui adversari ea omnia, quæ de Vocatione Electorum secundum Decretum Dei dixisti. Quibusdam hac super materia clariorem explicationem a te expectantibus, Providentiæ Divinæ dispositione factum, ut mota hac eadem quæstione in Africa, Librum de correptione, & Gratia ederes. Ubi eum insperata felicitate accepimus, omnes murmurationes cessaturas credidimus. Et quidem illi, quibus tua Doctrina probabatur, confirmati sunt, alii vero multo magis eandem sunt aversati. Horum refragatio non est temnenda, primo enim ipsorum habenda est ratio, quia exploratæ probitatis viri sunt, & deinde rudium quorumdam hominum, quorum animos sua Auctoritate regunt.*

n. 3.

S. Prosper deinde Doctrinam Semipelagianorum, sicut antea Hilarius, explicat, sed multo acrius exponit. *Dicunt Adversarii*, inquit: *Doctrinam Prædestinationis lapsos avertere a resurgendi cura, & sanctis teporem injicere, cum utrinque omnis conatus inutilis sit, si re-*

probus

probus nulla sua industria possit salvari, nec Electus sua negligentia perire. Jam nulli suum virtuti pretium esse, si Dei Decretum voluntatem humanam antevertit, atque sub Prædestinationis nomine fatalem necessitatem introduci, aut Deum diversarum Naturarum Auctorem constitui, si nemo alius esse potest, quam creatus est. Tandem contendunt, fidem nostram ad Fidelium ædificationem non facere, & quamvis veram, tamen publice non docendam, cum periculo non careat, Doctrinam vulgare, quæ bene accipi non possit, & nullum econtra subsit periculum, si ea silentio premantur, quæ supra captum sunt. Alii, Pelagianis propiores, Gratiam in donis Naturæ constituunt, & dicunt, si iis bene utamur, nos mereri, ut ad illam Gratiam, qua salvamur, perveniamus. Itaque eos, qui volunt, Filios Dei fieri, & qui nolunt, excusatione carere. Justitiam Dei in eo elucere, quod ii, qui non credunt, pereant, Bonitatem vero ex eo claresere, quod neminem a vita excludat, sed omnes indiscriminatim salvos velit. Paucis, volunt, ut eadem libertatis ratio sit ad bonum, quam ad malum.

Sæculum V. A. C. 428.

S.Prosper.

Si ipsis statum parvulorum, ante annos discretionis morientium objicias, dicunt, illos vel perdi, vel salvari, prout Deus prævidit, ipsos bonos, vel malos futuros,

Sæculum V. A. C. 428.

turos, si ad ætatem maturam pervenissent. Eo etiam pacto de integris nationibus judicant, atque ibidem Evangelium fuisse prædicatum, vel non fuisse, prout Deus prævidisset, eas crediturus fuisse, vel non

n. 6. crediturus. Dominum nostrum JEsum Christum pro toto genere humano fuisse mortuum, & simpliciter neminem ab ejus Sanguinis Redemptione excludi. Ita ex parte Dei vitam æternam omnibus esse præparatam, at ex parte liberi Arbitrii illis tantum obventuram, qui suis viribus crediderint, & per fidem suam auxi-

n. 7. lium Gratiæ meriti fuerint. S. Prosper,

n. 8. Doctrina Semipelagianorum ita exposita, opem a S. Augustino postulat, Et primo,

n. 8. inquit: quia plerique credunt, his disputationibus fidem non lædi, doce eos, quam periculi plena sit eorum opinio, & deinde, qua ratione hæc Gratia præveniens, & cooperans libero arbitrio non nocent. An in Prædestinatione distinguendum sit Decretum absolutum pro infantibus, nullo suo merito salvatis, & prævisio bonorum operum, quæ alii adulti facturi sunt, aut sine discrimine tenendum, nihil boni in nobis esse, cujus Auctor Deus non sit. In sequenti etiam puncto instrui a te petimus; veterum opiniones in materia de Gratia indagavimus, & omnes in hac sententia concordes invenimus, Prædestinationem in præscientia fundari, qua Deus cogno-

Sæculum V. A. C. 428.

cognoscit, quomodo unusquisque sua voluntate Dei auxilio usurus sit. Ita speramus te effecturum, ut mentibus eorum, quos opiniones istæ occuparunt, lux affundatur. Scias enim, unum ex istis, magna Auctoritate, & pro Ecclesia zelo, virum, S. Episcopum Arelatensem Hilarium, in omnibus reliquis Doctrinam tuam admirari, & sectari, & jam diu teneri desiderio, tecum per Epistolas hac super materia conferendi.

§. LXI.

Epistola S. Augustini de Prædestinatione Sanctorum.

Sanctus Augustinus, acceptis Hilarii, & Prosperi Epistolis, indoluit, quod videret, adhucdum supereſſe, qui Ecclesiæ Doctrinæ, tanta, & manifesta divinarum Scripturarum Auctoritate confirmatæ, resistere auderent. Nihilominus noluit committere, ut piissimorum istorum Laicorum votis non satisfaceret, & quamvis hac super materia tot libros edidisset, quamvis tot aliis occupationibus distineretur, & senili ætate gravaretur, duos libros composuit, quibus titulum fixit; *De Prædestinatione Sanctorum*; eosque ad Prosperum, & Hilarium direxit.

In libro primo S. Augustinus demonstrat, non solum augmentum fidei, sed c. 2. n. 4.

etiam

Sæculum V. A. C. 428.

etiam ipsum initium esse donum Dei, quia S. Paulus dicit: *Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro eo patiamini.*

Philip. 1. 29.

2. *Cor.* 3. 5. Et alibi: *Non quod sufficientes simus, cogitare aliquid a nobis; atqui credere, est cogitare cum assensu.* Fatetur sibi olim aliam animi sententiam fuisse, sicut etiam cum scripsisset Epistolæ ad Romanos expositionem ante susceptum Episcopatum, quod ei etiam Semipelagiani objiciebant, sed agnoscit, se errare, & præcipue errorem fuisse dedoctum illo textu: *Quid habes, quod non accepisti?* Nam probat, hæc verba etiam de ipsa fide esse accipienda, & fidem ipsam esse accensendam operibus, quæ Gratiam Dei non præcedunt, secundum alterum textum; *Non ex operibus, alias Gratia jam non est Gratia.* Nam JEsus Christus dicit, opus Dei esse, ut credant in eum, quem ipse misit. Ergo fidei initium, & perfectio est donum Dei, quod non omnibus datur.

c. 3.

1. *Cor.* 4. 7.

c. 5.

c. 7.

Rom. 11. 5.

Joan. 6. 28.

c. 10. Prædestinatio differt a Gratia, cujus tantam præparatio est, & differt a Præscientia. Deus per Præscientiam etiam ea cognoscit, quæ ipse non faciet, sicut prævidet peccata. Per Prædestinationem prævidet, quæ facere vult, sicut tunc, quando Abrahamo promisit, nationes per filium ejus crediturus; Deus enim nihil promittit, quam quod a se de-

Gen. 17. 5.

S. Augustin.

pen-

Sæculum V. A. C. 428.

pendet. Nunc vero promissum Dei infallibile est, hinc non dubitet homo, se Dei promisso committere, quamvis respectu ipsius incertum sit. Multo minus in sua propria voluntate confidat, quæ sua natura incerta est; etsi dictum sit; *Si credideris, salvus eris*! Non inde sequitur, tantum secundum propositionis membrum in potestate Dei esse. Qui credunt, Deum orant, ut fidem ipsorum augeat, & orant, ut fidem illis det, qui non credunt. Ipse facit, ut credamus, sicut nobis per os Prophetæ Ezechielis dictum est; *Faciam, ut mea præcepta faciatis!* Nos facimus, & Deus facit, ut faciamus!

Rom. 10. 9.

Ezech. 36. 27

Tandem Prædestinatio pure gratuita in Parvulis, & in JEsu Christo evidenter probatur. Nam quo merito infantes, qui salvantur, alios præcedunt? quid eos ab aliis discernit? *Nempe*, ajebant Semipelagiani: *Deus prævidet, quid facturi essent, si ad maturam ætatem pervenirent. Verumenimvero*, respondet S. Augustinus: *Deus opera non futura nec præmiatur, nec punit.* Et in hoc loco repetit, quæ in Epistola ad Vitalem demonstraverat, *nos esse judicandos secundum ea, quæ bona, vel mala egerimus in corpore nostro.* Quia Semipelagiani non recipiebant librum Sapientiæ, ubi legitur: *Raptus est, ne malitia mutaret intelle-*

c. 12.

2. *Cor.* 5. 20.

Sup. n. 51. *c.* 13.

Sæculum V. A. C. 428.

tellectum ejus; S. Auguſtinus Auctoritate S. Cypriani, atque totius Eccleſiæ, in qua publice prælegeretur, librum eſſe Canonicum probat. Deinde hujus ſententiæ veritatem in ſe ipſa demonſtrat; ſi enim Deus rationem haberet eorum, quæ unusquisque, ſi diutius viveret, forte eſſet operaturus, nullius hominis ſalus, nullius damnatio nobis certa eſſet. Clariſſimum vero Prædeſtinationis, & Gratiæ exemplum eſt JEſus Chriſtus. Quid boni fecerat homo iſte, qui necdum exiſtebat, ut Verbo divino in unitate Perſonæ conjungeretur? quo actu fidei, quibus operibus ſupremum honoris faſtigium meritus fuerat? Videmus in Capite noſtro originem Gratiæ, quæ in omnia membra ſua diffuſa eſt; nam S. Paulus expreſſe dicit, JEſum Chriſtum fidei noſtræ Auctorem eſſe, & Conſummatorem.

c. 14.

c. 15.

Rom. 1. 4.
Hebr. 12. 2.

c. 16.

Duplex datur Vocatio, una communis, qua vocantur illi, qui ad nuptias venire renuunt, alia particularis Prædeſtinatorum, quam nulla ſequitur pœnitentia. Vocantur, non quia credunt, ſed ut credant, quia ſcriptum eſt: *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos! Pater elegit nos in JEſu Chriſto, antequam crearetur mundus, ut Sancti, & mundi eſſemus coram eo; non dicit, quia Sancti eſſe tenemur, ſed ut Sancti ſimus.* Et ſubjungit;

Luc. 14. 19.
Rom. 11. 29.

c. 17.

Joan. 15. 16.
Epiſt. 1. 3.

jungit; quod nos prædestinaverit secundum Beneplacitum Voluntatis suæ, ne quis propria sua voluntate glorietur. Quia autem Semipelagiani ad illam responsionem, tanquam ultimum receptaculum, confugere poterant; Deus nos prædestinavit, ut Sancti essemus, quia prævidit, esse credituros. S. Augustinus ostendit, in hac vocatione omnia, etiam fidem, comprehendi. Nam S. Paulus Deo Gratias agit pro fide Ephesiorum, & Thessalonicensium; nunquid autem esset Deo illudere, si gratias ageremus, pro eo, quod non accepimus? & dum dicit Apostolus, Deum sibi portam aperire ad prædicandum Evangelium; quid aliud vult insinuare, nisi quod Deus audientium corda ad fidem disponat?

c. 19.

Eph. 1. 13. 1. *Thess.* 2. 13 *Coloss.* 4. 2. 1. *Cor.* 16. 8. 2. *Cor.* 11. 12. 13.

§. LXII.

Liber de perseverantia.

Libro secundo S. Augustini ad Prosperum, & Hilarium idem erat Titulus: *De Prædestinatione Sanctorum;* sed tempore posteriori dictus est: *De Dono Perseverantiæ*, quia ab hac quæstione initium ducitur. S. Augustinus imprimis docet, illam Perseverantiam, de qua legimus: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit;* non minus esse Donum Dei, quam fidei principium, & ex eo, quod pro hoc dono oremus, principaliter hanc veritatem probat; quia Deo

Prosp. init. ad except. Genne. c. 2.

Sæculum V. A. C. 428.

illuderet, qui peteret, quod sibi a Deo dari non posse crederet. At profecto vix aliud quidquam in Oratione Dominica petimus, secundum explicationem S. Cypriani, qui Pelagianos, antequam nascerentur, refutavit. Perseverantiam præcipue petimus, dum oramus, ne tentationi exponamur! nam verum quidem est, unumquemque, dum sua voluntate a Deo recedit, mereri, ut Deus eum deserat, sed ne tantum malum incurramus, ita oramus. Nemo, hac super materia disputando, cerebrum excruciet, sed solummodo ad quotidianas Ecclesiæ preces attendat! orat Ecclesia, ut Infideles credant! ergo Deus est; qui convertit. Orat, ut Fideles perseverent! ergo ipse perseverantiam dat. Deus se perseverantiam daturum prævidit, & hoc est Prædestinatio.

c. 3. 4. 5.

c. 6.

c. 7.

c. 8. Sed, dicunt: *Quare Gratia Dei non distribuitur secundum merita hominum, quia Misericors est? & quare non omnibus datur, quia justus est?* Ex duobus parvulis, æqualiter peccato originali subditis, unum assumit, alterum relinquit. Ex duobus adultis Infidelibus unum efficaciter vocat, & non alterum. Hæc sunt impenetrabilia Dei judicia! at longe difficilius capere, quare ex duobus justis perseverantia uni detur, & non alteri. Illud vero certissimum, quod ille ex numero Prædestinatorum fuerit, & non alter. *Ex multis*

c. 9.

1. Joa. 2. 19.

bis prodierunt, sed non erant ex nobis, inquit S. Joannes. Erant in uno sensu, quia vocati, & justificati, in alio sensu non erant, quia non Prædestinati. Hoc Prædestinationis Mysterium esse incomprehensibile, JEsus Christus docet, dum dicit: *Quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in Cilicio, & cinere sedentes pœniterent.* Nemo enim jam dicat, Deum denegare, prædicationem Evangelii iis, quos Verbum Dei non recepturos prævidet.

Luc. 10. 13. *Matth.* 11. 21

Verumtamen dicebant Semipelagiani: non est consultum ejusmodi Doctrinam vulgare; Prædicationi, exhortationibus, correptionibus nocet. Nihilominus S. Paulo, & ipsi Domino JEsu Christo visum, eam non reticere. Et profecto, quis dicet, Deum non prævidisse illos, quibus fidem, aut perseverantiam daturus erat? atqui Prædestinatio nihil aliud est, quam præscientia, & præparatio Beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur omnes illi, qui liberantur. Eadem contra Præscientiam, & contra Gratiam objici possunt. Non diffitendum, prudentia opus esse, dum populo hanc Doctrinam prædicamus, & non simpliciter dicendum: Dei Prædestinatio est infallibiliter certa, ita ut vos ideo ad fidem perveneritis, quia voluntatem obediendi accepistis; & vos peccato inhæretis, quia necdum Gratiam ad

c. 14.

n. 35. *c.* 18. *n.* 47. De Perseverantia.

c. 22.

Sæculum V. A. C. 428.

resurgendum accepistis; at si Prædestinati estis, eandem cum Prædestinatis Gratiam accipietis; & vos alii, si reprobi estis, cessabitis obedire. Quamvis hæc omnia inse, & in sensu sano vera sint, si tamen dure, & importune ingerantur, intolerabilia redduntur. Potius dicendum: Prædestinatio certa vos ab infidelitate ad fidem adduxit, & faciet, ut perseveretis. Si adhucdum affectus vester ad vitia duret, monita salutaria recipite, cavete tamen, ne extollamini, Deus enim in vobis & velle, & facere operatur. Si aliqui necdum vocati sunt, oremus, ut eos Deus vocet, nemo quippe scit, an non sint Prædestinati. Quantum attinet ad Reprobos, nunquam de illis, nisi in tertia Persona loquendum, si exemplo dicamus: *Si qui modo obediunt, & prædestinati non sunt, non nisi ad tempus bene operantur, & usque ad finem in obedientia non perseverabunt.* Præprimis minus docti monendi sunt, ut disputationes sapientioribus se relinquant, & ad orationem Ecclesiæ attendant.

c. 23.

S. Augustinus librum claudit in hæc verba: *Qui hæc legunt, si intelligunt, agant Gratias Deo, si non intelligunt, orent Deum, ut eorum intellectum illustret. Qui existimant, me falli, attentissime perpendant, quæ dixi, ne forte ipsi fallantur. Ego vero Gratias Deo ago, si quando operum meorum Lectores me instruant, & corrigant,*

c. 24.

gant, atque id officii præprimis ab Ecclesiæ Doctoribus, si, quæ scribo, legere dignentur, expecto. S. Augustinus ad objectionem ex differentia Gratiæ in duplici statu, nempe Adami, & nostra, deductam, nihil respondet. (*)

Sæculum V. A. C. 428.

§. LXIII.

Liber de Hæresibus.

In hoc libro de Perseverantia dicit S. Augustinus, quod eodem tempore concinnandis suis Retractationibus laboraverit, atque etiam in ultima sua Epistola ad Quodvultdeus earumdem mentionem facit, unde patet, eam sub idem tempus scriptam. Quodvultdeus tunc Diaconus Carthaginensis, & post hæc Ejusdem Ecclesiæ Episcopus, ad S. Augustinum Epistolam dedit, qua Nomine totius Cleri rogabat, ut brevem Tractatum scriberet, qui Compendio omnes Hæreses, ab initio Christianæ Religionis ortas, complecteretur; statim quidem S. Augustinus id laboris in se suscipere obtenta operis diffi-

c. 21. n. 55.

Ap. Aug. ep. 221.

Ep. 222. *Sup. Lib. XVIII.* 10. *Epist.* 223.

(*) Ad hunc Fleurii locum Anonymus I. dicit, Lectores ex Analysi Epistolarum, & Librorum S. Augustini, quam his suis observationibus subjunxit, judicaturos, an quidquam ab Adversariis objectum fuerit, cui S. Augustinus respondendo non satisfecerit. Et addit: *In Analysi libri de Correptione, & Gratia ostendam, hunc S. Patrem in hac materia nihil scripsisse, quod Novatoribus faveat.*

Sæculum V. A. C. 428.

cultate renuit, & Episcopo Quodvultdeus Tractatus S. Philastrii, Episcopi Brixiensis, & S. Epiphanii, legendos indicavit, seque hunc altero prius facere significavit. Non cessavit rogare Quodvultdeus, & exarata secunda Epistola, S. Augustinum permovit, ut faceret, quod petebat; hanc

Ep. 224.

solam S. Augustinus conditionem posuit, ut tempus sibi concederet, alia quippe supervenerant agenda, quæ coegerant, ut ipsum opus, quod tunc elaborabat, dimitteret.

Hoc opus, inquit: *quod coactus dimisi, est responsio ad octo libros, a Juliano editos, post illos quatuor, quibus respondi. Cum frater meus Alypius hos libros Romæ recepisset, & necdum omnes potuisset describere, noluit oblatam occasionem amittere, quinque mittendi, promittens, se reliquos quoque brevi se missurum, & fortius instans, ut responderem. Igitur coactus sum libentius in opere, cui incumbebam, procedere, quam in librorum meorum Retractatione, atque ut unum faciam, & alterum non omittam, in uno per diem, & in altero per noctem laboro, quantum me sinunt occupationes aliæ, nunquam non, & undequaque emergentes.* Stetit promissis, atque post aliquantum tempus transmisit ad Quodvultdeus Tractatum de Hæresibus, in quo hæreses octoginta octo recenset; initium ducens a Simoniacis, & Pelagiani agmen claudunt. Verumtamen non dicit, sibi omnes Hæreses notas fuisse, cum non nullæ earum tam obscuri nominis sint, ut curiosissimos effugiant. Nec putat se omnia Hæreticorum, quos nominavit, dogmata explicasse, cum sint aliqua, quæ multi eorum ignorent. Huic primo libro mens erat secundum adjungere, quo traditurus erat regulas, ad ea cognoscenda, quæ Hæreticum faciunt, & docturus qua ratione Christianus ab omni Hæresi tam cognita, quam ignota sibi caveret; sed hanc secundam partem scribere volentem fata occuparunt.

Sup. n. 48.

Præf. & peror. Possid. indic. c. 5. *Isid. de vir. Illustr. c.* 9.

FINIS QUINTI TOMI.

INDEX

INDEX
RERUM ET NOMINUM
TOMI V.

A.

Abbas. privati sic vocantur. p. 13.
Abraham Abbas. p. 25.
Absolutio. non nisi Romæ impetranda. p. 184.
Acacius Amidanus. ejus factum memorabile. p. 857.
Acacius Bereensis S. Chrysostomi Adversarius. p. 241. reconciliatur, & scribit ad S. Pontificem. p. 657. ad S. Cyrillum. p. 663.
Achilles Spoletanus. p. 784.
Adam. an creatus mortalis. p. 564. & 727.
Adelphius Episcopus Cucusanus. p. 331.
Adrumetensium Monachorum dubium. pag. 909.
Aetius Proditor. p. 930.
Agape. abusus. p. 45. illa convivia sunt paganorum reliquiæ. 49.
Agapetus. ejus conversio. p. 485.
Alani. in Hispania. p. 574. in Africa. p. 931.

Alaricus. Romam obsidet. p. 450. diripit. p. 455. obit. p. 459.
Albina Melaniæ Mater. p. 469. epistola ad eam. p. 475.
S. *Alexander* Antiochenus. p. 655. Schisma Antiochenum tollit. ibid. S. Chrysostomi Nomen restituit. p. 656. Innocentii Papæ communionem petit. ibid.
Alypius. Romæ. p. 811. & 819.
S. *Ambrosius.* ad mortem damnatis salutem impetrat. p. 60. Ejus judicia. p. 62. epistola ad Ecclesiam Vercellensem. p. 69. Ejus fama. p. 71. miracula. p. 73. obitus. p. 76.
Ammonius Monachus in tormentis occisus. p. 652.
Anachoretæ unde orti. p. 20.
Anagnienses Martyres. p. 79.
Anastasius Nestorii Amicus. p. 939.
S. *Anastasius Papa.* Rufinum damnat. p. 175. Epistola ad Joannem Jerosolymitanum. p. 183. obit. p. 272.
Andronicus excommunicatur. p. 538.
Angeli. quid sint S. Augustinus se nescire fatetur. p. 615.
Anima. quomodo sit creata. p. 527. de ejus origine quatuor opiniones. p. 617. animarum origo est difficilis quæstio. p. 750 an omnes ex anima Adami. p. 816. Ecclesia tenet singulas creari. p. 817.
Anniversarius pro Abbate defuncto. p. 21.
Anthemius Theodosii Junioris moderator. p. 449.

Anti-

Antichriſtus. quid ſentiat S. Hieronymus. p. 461.
Antiochia. Eccleſia Antiochena reconciliatur Romanæ. p. 140. Prærogativæ illius Eccleſiæ. p. 658.
Antoninus Epiſcopus Epheſinus accuſatur. p. 200.
Antonius Fuſſalanus. ejus cauſa p. 872.
Antropomorphitæ. eorum Doctrina. p. 186.
Anyſius Theſſalonicenſis. p. 351.
Apiarius. ejus cauſa. p. 774. in Concilio Carthaginenſi functiones Presbyteri exercere permittitur. p. 793. ejus cauſæ exitus. p. 876.
Apparitiones, quin apparens quidquam ſciat. p. 885.
Appellatio. ex Africa ad S. Pontificem. p. 565. appellationes ad S. Pontificem prohibentur ſub excommunicatione. p. 733. appellatio ad Concilium Univerſale. p. 738. appellatio Apiarii. p. 774. appellationis Canon an Nicænus, an Gardicenſis. p. 789. Africani Epiſcopi appellationes ad Pontificem ſe obſervaturos promittunt. p. 794. ex Africa ad Sedem Romanam. p. 876. appellationum abuſus rejicit S. Auguſtinus. p. 900.
Arcadius. Legati Honorii, & Innocentii Papæ Litteras ſuas illi tradere impediuntur. p. 420. obit. p. 448.
Archebius Epiſcopus in Ægypto. p. 11.
Archebius Monachus. p. 18.

Arelatenſis Eccleſiæ Prærogativæ. p. 716.
Ariani. Eccleſiam Conſtantinopoli non obtinent. p. 198. eorum ibidem tumultus. p. 219. rebaptizant. p. 932. eorum doctrina. p. 935.
Arſacius Conſtantinopolitanus. p. 316.
Arſenius. Præceptor Principum. p. 2. Monachus. p. 3. ejus vitæ ratio. p. 5.
Asphebetes Saracenus Chriſtianis favet. p. 849.
Aſyla. Leges contra ea. p. 125.
Ataulphus Rex Gothorum. p. 573.
Attalus Imp. p. 454. deponitur. p. 455.
Atticus Epiſcopus Conſtantinopolitanus. p. 417. Epiſcopi Orientales S. Chryſoſtomo adhærentes relegantur. p. 421. S. Chryſoſtomi nomen Diptychis reſtituit. p. 664. epiſtola ad Cyrillum Alexandrinum. ibid. Celeſtium pellit. p. 706. Pelagianos rejicit. p. 836. Perſis favet. p. 856. obit. p. 905. ejus laudes. ibid.
S. *Auguſtinus*. contra *Agape* ſermocinatur. p. 45. varia Opera. p. 51. Epiſcopus. p. 53. alia Opera. p. 84. Opus contra epiſtolam fundamenti. ibid. Donatiſtas confundit. p. 107. colloquium cum Fortunio. p. 110. Tractatus de Inviſibilibus. p. 146. alia Scripta. p. 148. & ſeq. Liber de Bono Conjugii. p. 150. epiſtola ad Januarium. p. 151. Liber contra Parmenianum. p. 156. Libri de Baptismo. p. 160. de S. Cypriano quomodo loquatur. p. 164. epiſtola contra Donatiſtas. p. 230.

p. 230. epistola ad eosdem. p. 281. epistola ad S. Hieronymum. p. 289. per miraculum vult cognoscere reum. p. 365. cum Manichæo disputat. p. 367. quædam Opera contra Manichæos. p. 376. contra Cresconium scripsit. p. 416. ad Olympium scribit. p. 441. ad Nectarium. p. 444. aliæ epistolæ. p. 474. Conciones ad Populum ante Collationem cum Donatistis. p. 494. Breviculus Collationum, & alia scripta. p. 522. pro Donatistis intercedit. p. 545. epistola ad Marcellinum pro reis. p. 546. aliæ epistolæ. p. 551. Sermones contra Pelagium. p. 566. de Baptismo parvulorum. p. 567. varia Opera. p. 570. Libri de Civitate Dei. p. 580. Fidem Catholicam defendit. p. 590. Sermo contra Pelagianos. p. 605. Baptismi necessitas. ibid. Liber de Natura & Gratia. p. 612. epistolæ ad S. Hieronymum. p. 615. epistola ad Joannem Jerosolymitanum. p. 675. Liber de Trinitate. p. 690. de Actis Conciliorum in Palæstina. p. 692. epistola ad S. Paulinum. p. 694. Tractatus de Correctione Donatistarum. p. 696. epistola ad Bonifacium. p. 704. Liber de Gratia. p. 741. Liber de Peccato Originali. p. 744. S. Augustinus in Mauritaniam proficiscitur. p. 745. epistola ad Sixtum. p. 751. in Concilio Carthaginensi. p. 790. epistolæ ad Hesychium de fine mundi. p. 797. Locutionum Scripturæ Sacræ Libri septem. p. 801.

p. 801. Libri duo de Matrimoniis adulterinis. p. 802. Liber I. de Nuptiis & Concupiscentia. p. 803. Liber II. p. 810. Libri quatuor ad Bonifacium Papam. p. 812. Libri de Anima & ejus origine. p. 816. Liber contra Adversarium Legis & Prophetarum. p. 821. ultima contra Donatistas Opera. p. 822. alia Opera. p. 824. Enchiridion. ibid. de Cura pro mortuis. p. 826. Liber contra mendacium. p. 829. Liber contra Julianum. p. 830. epistola ad Cœlestinum Papam. p. 872. ejus vita privata. p. 888. Sermones de vita communi. p. 894. & 897. Regula ad Sanctimoniales. p. 900. designat Successorem. p. 902. Liber de Gratia, & Libero Arbitrio. p. 911. Liber de Correptione & Gratia. p. 914. Retractationes. p. 922. epistola ad Vitalem. p. 927. ad Bonifacium. p. 932. Colloquium cum Maximino. p. 935. cum Pascentio. p. 936. epistola de Prædestinatione Sanctorum. p. 957. de Bono Perseverantiæ. p. 961. de Hæresibus. p. 965.

Aurelius Carthaginensis. Concilium primum sub eo. p. 88. Concilio iterum præsidet. p. 433. Concilia celebrat. p. 671. 724. 727. 775. & 788.

B.

Baptismus. Infantibus, si non certo constat de eo, conferendus est. p. 146. baptismus hæreticorum validus. p. 161. est etiam

etiam validus, quamvis verba in sensu perverso accipiuntur. p. 162. de S. Cypriano quid sentiendum. p. 164. extra Ecclesiam Donatistarum acceptus est invalidus. p. 515. baptismus Arianorum validus. p. 661. baptismus sine peccato originali. p. 707.

Barbari. Orientem devastant. p. 461. terras Romanorum invadunt. p. 573.

Bonifacius Comes seditiosus. p. 930.

Bonifacius Legatus Innocentii ad aulam Constantinopolitanam. p. 657.

Bonifacius Papa. a majori parte eligitur. p. 780. ad Honorium scribit. p. 808. Ejus Jurisdictio in Illyricum. p. 863. epistola ad Rufum, ne cedat Constantinopolitano. p. 866. minatur excommunicationem Illyricis. p. 867. obit. p. 869.

Bonosus hæreticus. p. 683.

Burgundiones convertuntur. p. 573.

C.

Canones Nicæni seu Sardicenses iidem sunt. p. 776.

Cassianus. quis fuerit. p. 10. ejus itinera. p. 11. & seq. in deserto Scetis. p. 26. ejus Institutiones Monasticæ. p. 945. Collationes. p. 946.

Catholica Ecclesia. Hæretici non audent hoc nomen assumere. p. 85.

Catholicus. in quo sensu Donatistæ sint. p. 513.

Celestius Pelagii discipulus. p. 563. ejus errores. p. 564. & p. 635. Romæ. p. 705.
Cereus Paschalis. p. 777.
Cheremon Monachus. p. 12.
Christiani. eorum persecutio in Persia. p. 844.
S. *Chrysma.* a Presbyteris non conficitur. p. 169.
S. *Chrysostomus.* *Vide* S. Joannes Chrysostomus.
Clerici. Leges eis maxime faventes. p. 101. eorum labor manuum. p. 118. eorum continentia. p. 146. eorum conjugium. p. 168. continentia. p. 393. & 721. personalis exemptio. p. 872.
Clerici S. Augustini. p. 895.
Cælestinus Papa. p. 870. causa Antonii Fussalani. p. 872. Ejus Decretales. p. 942.
Cæli Cultores hæretici. p. 447.
Cæna Domini. duæ Missæ ab uno Sacerdote illo die celebrantur. p. 153.
Cænobitæ ex Institutione Apostolica. p. 20.
Communio. restricta ad Episcopi unius Diœcesin. p. 146.
Concilia Provincialia. singulis annis sunt convocanda. p. 88.
Concilium Universale. est ultimum Tribunal. p. 109. a posteriori Concilio potest corrigi. p. 164. quis Concilium convocet, & in illo quis judicet. p. 783. potius multis, quam uni Deus inspirat facienda. p. 879.
Concilium Ad-quercum adversus S. Chrysostomum. p. 244. seqq.

Concilium Bragenſe, ſeu Braccarenſe. p. 575.
Concilium Carthaginenſe. Tertium. p. 87. Carthaginenſis V. Canones. p. 144. Romam ſcribit. p. 229. aliud Concilium. p. 272. aliud contra Donatiſtas. p. 361. aliud Concilium. p. 415. & 433. damnatur Celeſtius. p. 564. ſcribit ad S. Innocentium Papam. p. 671. ſcribit ad Zoſimum Papam. p. 724. Articuli deciſi. p. 727. Canones. p. 732. Carthaginenſe VI. p. 787. de Appellatione Romana. p. 794. epiſtola memorabilis. p. 879.
Concilium Conſtantinopolitanum. ſub S. Joanne Chryſoſtomo. p. 202. & 250. contra S. Chryſoſtomum. p. 299.
Concilium Dioſpolitanum. p. 628. Pelagius abſolvitur. p. 638.
Concilium Epheſinum. p. 208.
Concilium Milevitanum. p. 269. ſcribit ad S. Innocentium Papam. p. 673.
Concilium Taurinenſe. p. 358.
Concilium Toletanum. p. 167.
Concubinæ licitæ. p. 170.
Concupiſcentia. eſt effectus peccati primi hominis. p. 745. quid ſit, & unde. p. 805. eſt mala. p. 832.
Confeſſio peccatorum. privata arguitive oſtenditur. p. 96. Confeſſio auricularis probatur. p. 257. Confeſſio publica. p. 467.
Confirmationis Sacramentum. ejus miniſter eſt ſolus Epiſcopus. p. 680. ex Traditione &

& S. Scriptura probatur. ibid. post baptismum semper confertur. p. 771.
Constantinopolis. Authoritas Episcoporum hujus urbis. p. 240. S. Chrysostomus ea uti negligit. ibid. persecutio ibidem contra sequaces S. Chrysostomi. p. 421. Constantinopolitana Sedes antiqua Roma. p. 865.
Constantinus Tyrannus in Gallia. p. 715.
Constantius Honorii Sororius. p. 785. Imperator. p. 786. obit. p. 820.
Constantius Presbyter S. Chrysostomi Amicus. p. 339.
Consules. unus pro Oriente, alter pro Occidente. p. 127.
Continentiæ Professio. p. 95.
Corpora. sunt creata ad puniendas animas. p. 613. & 618.
Cresconius Donatista. p. 416.
Crispinus Episcopus Donatista. p. 276.
S. Crux. Jerosolymæ. p. 213. ejus particula incendium extinguit, & publice veneratur. p. 294. Festum Exaltationis ejusdem. p. 839.
Cyriacus Emesinus relegatur. p. 421.
S. Cyrillus Alexandrinus. p. 545. transfert S. Reliquias. p. 649. Judæos expellit. ib. tandem memoriam S. Chrysostomi honorat. p. 665.
Cyrinus S. Chrysostomi Adversarius. p. 244.
SS. Cyrus & Joannes Martyres. p. 649.

D.

Dæmones. ab iis Monachi laceſſuntur. p. 29. beatitudinem conſequuntur. p. 190.
Danielis Hebdomadæ an de tempore præterito, vel futuro. p. 799.
Dea Cœleſtis in Africa. p. 820.
Decentius Eugubienſis. p. 677.
Decretalis. ad S. Exuperium. p. 392. Innocentii ad Decentium. p. 677. aliæ Decretales. p. 681. Decretales S. Cœleſtini. p. 942.
Defuncti. Miſſæ Sacrificium pro eis. p. 827. preces eisdem ſunt utiles. ibid. quomodo appareant. p. 828.
S. *Demetriades* Virgo. p. 599.
Deus, unus Supremus apud Gentiles. p. 586. apparitiones ante Incarnationem an tollant æqualitatem Perſonarum. p. 691.
Diaconus. eſt Presbyteri Miniſter. p. 118.
Donatiſtæ. eorum jurgia. p. 44. S. Auguſtino infenſi. p. 86. eorum Schisma narratur. p. 107. Canones Concili Carthaginenſis adverſus eos. p. 229. Acta cum Donatiſtis. p. 276. eorum ſævitia. p. 362. & 410. Leges contra eos. p. 412. & 480. Colloquium Carthaginenſe. p. 486. & ſeqq. Felix eorum Romanus Epiſcopus. p. 505. eorum damnatio. p. 520. Leges Honorii adverſus eos. p. 598. eorum deſperatio. p. 697.

E.

Ecclesia. exercet judicia. p. 92. Leges Ecclesiæ faventes. p. 101. communione impiorum non corrumpitur. p. 157. ejus perpetuitas. p. 165. per totum orbem diffusa. p. 167. Occidentalis cum Orientali non communicat ob S. Chrysostomum. p. 432. Leges Honorii pro Ecclesia. p. 477. illa est Catholica, quæ omnia Sacramenta admittit. p. 513. an boni & mali ad eam pertineant. p. 515. an sine macula. p. 612. quales Ecclesiæ a S. Petro fundatæ. p. 677. peccata remittit. p. 703.

Ecclesia Romana. Concilium Carthaginense ad eam, & plures alias scribit. p. 433. dat primum Episcopum Arelatensem. p. 717. Antiquitati, & servandis Patrum Decretis studet. p. 718.

Elpidius Laodicenus in Syria S. Chrysostomi Amicus. p. 301.

Emeritus Cæsariensis Donatista. p. 746.

S. Epiphanius. Origenistas condemnat. p. 225. Constantinopolim venit. p. 233. S. Chrysostomo contrarius. ib. ejus obitus. p. 236.

Episcopus. contra usurpatorem Episcopum Provinciæ Rector adeundus. p. 89. Liberi Episcoporum. p. 94. Episcopus seu Ecclesia non vindicat gladio. p. 103. qualis esse debeat. p. 115. & seq. Authoritate Conciliorum transferendus. p. 117. est Arbiter. p. 124. in Concilio Ephesino deponun-

ponuntur Episcopi. p. 209. extra Provinciam suam judicari nequit. p. 240. & 253. Titulus Episcopi: non Hipponensis v. g. sed Ecclesiæ Catholicæ. p. 375. quot Episcopi sint in Mundo. p. 507. non habet proprietatem Bonorum Ecclesiasticorum. p. 703. Episcopi sunt Judices hæreticorum. p. 834. cui subjecti sint Episcopi. p. 879. Successorem designat. p. 902. distinctas a Laicis vestes non habent Episcopi. p. 943.

Eraclius S. Augustini Successor. p. 902.

Evagrius Scriptor. p. 42.

Evangelium. an in universo mundo jam prædicatum. p. 799.

Eucharistia. Sanguis JEsu Christi offertur. p. 46. non est figura, sed Corpus, & Sanguis. p. 58. idem creator, qui aquam in vinum, etiam vinum in sanguinem suum convertit. ibid. coram Catechumenis non explicatur. ibid. datur moribundis. p. 119. Præsentia Christi adstruitur. p. 467. sub utraque specie ad absentes defertur. p. 842.

Eudoxia Arcadii Uxor. S. Joannem Chrysostomum persequitur. p. 243. illius argentea Statua. p. 297. moritur. p. 343.

Eudoxia Theodosii Junioris Uxor. p. 862.

Eulalius Archidiaconus. turbat Electionem Papæ. p. 779. Roma ejicitur. p. 784. recusat Romam venire, & obit. p. 870.

Eulogius Cæsariensis in Concilio Diospolitano. p. 628.

Eunomiani. Leges contra eos. p. 101.
Evodius Uzalanus S. Auguſtini Amicus. pag. 767.
Euſebius Hiſtoricus a Rufino translatus. pag. 182.
Euſebius Valentinianopolitanus accuſat Antoninum. p. 202.
S. Euſtochium obit. p. 797.
Euthymius Monachus. apparet. p. 850. ſanat ægrotum. p. 851. ejus vita. p. 852.
Eutropius & *Tigrius* Martyres. p. 315.
Eutropius Evnuchus potens. p. 97. ejus interitus. p. 127.
Excommunicatio. a quibus intenta. p. 57. non ferenda contra multitudinem. p. 159. neque ſi ſit periculum Schismatis. ibid. exemplum excommunicationis. p. 538. an quælibet attendenda ſit. p. 862.
Extrema Unctio. eſt Sacramentum. p. 680. ex Traditione & S. Scriptura probatur. ib.
S. Exuperius Toloſanus. p. 392.

F.

Fauſtinus Legatus Zoſimi Papæ in Africa. p. 788. & 877.
Fauſtus Manichæus. p. 149.
Felicitas. ſuccedit Sorori S. Auguſtini. p. 900.
Felix Epiſcopus Romanus Donatiſtarum. p. 505.
Felix Epiſcopus Trevirenſis. communionem cum reliquis non obtinet. p. 360.
Felix Manichæus. cum S. Auguſtino diſputat. p. 367.

Fermentum. in Decretali Innocentii quid ſit. p. 678.
Feſta Nativitatis & Paſchatis. p. 153. Epiphaniæ, Pentecoſtes, Apoſtolorum &c. p. 860.
Filius Dei. ſemper habuit corpus. p. 614.
Fæminarum fuga. p. 891.
Fortunius Donatiſta. p. 110. Colloquium cum S. Auguſtino. p. 111.
Fratres Magni. p. 193. Conſtantinopoli. p. 221.
Fritigil Marcomanorum Regina Chriſtiana, p. 72.

G.

Gainas Dux Gothorum. p. 128. victus & occiſus. p. 200.
Galla Placidia Honorii Soror. p. 785. ejecta. p. 871. regnat. p. 930.
Gallia. ejus Epiſcopi. p. 354. Barbari ibidem. p. 439.
Gamaliel S. Pauli Magiſter. ejus Reliquiæ. p. 639.
S. Gaudentius Brixienſis. p. 56. Sermo ejus de Evchariſtia. p. 58. alii Sermones. ibid.
S. Germanus Antiſſiodorenſis. p. 719.
Germanus & Caſſianus Clerici Conſtantinopolitani. p. 11. & 352.
Geroncius Nicomedienſis depoſitus. p. 210.
Gildo Rebellis. p. 103.
Gothi. in Italia. p. 438. in Africa. p. 931.

Græci. Constitutionem Theodosii de Auctoritate Papæ supprimunt. p. 868.

Gratia. Dei præsentia per habitationem Gratiæ alia est quam simplex præsentia. p. 696. Gratia a Pelagio, & a S. Augustino explicata. p. 741. sine Gratia Christi nemo unquam salvatus. p. 745. an sit natura humana. 753. an quis damnetur ob solum peccatum originale. p. 754. an quisque habeat Gratiam sufficientem. ib. & sq. datur non præviſis meritis, & negatur non præviſis peccatis actualibus. p. 756. an sit Fatum. p. 814. cum libero arbitrio consistit. p. 915. differentia inter baptizatum, & non baptizatum. p. 916. & seq. dependet a voluntate consentire, vel non consentire. p. 917. Gratia primi hominis ante & post peccatum. p. 919. Fides Catholica de Gratia. p. 928. error Massiliensium. p. 949. ad operandum requiritur Gratia, non ad velle. p. 950. differt a Prædestinatione, & præscientia. p. 958. Gratia Adami innocentis & lapsi. p. 965.

H.

Hæretici. ad Ecclesiam redeunt. p. 43. eorum divisiones sunt conversionis occasio. ibid. non audent se Catholicos dicere. p. 85. morte non puniendi. p. 701. possunt pœnis temporalibus puniri, & hoc ad Reges pertinet. ib. eorum Judices sunt Episcopi. p. 834. eorum species in Oriente. p. 939.

Heraclianus Africæ Præfectus occiditur. p. 596.
Heraclides Epheſinus. p.208.
Heros Arelatenſis. p. 573. Libellum offert. p. 629. Libellus in Concilio Carthaginenſi legitur. p. 671. Heros & Lazarus a Zoſimo deponuntur. p.710. accuſat Pelagium. p. 836.
Heſychius Salonenſis. Quæſtio de fine mundi. p. 798.
S. Hieronymus. contra Rufinum. p. 179. aliquot ejus Epiſtolæ. p. 226. ejus Libri. ibid. Controverſia cum S. Auguſtino de Legalibus. p.282. ſcribit ad Exuperium. p. 397. Tractatus contra Vigilantium. p. 398. Exules Romanos Bethlehemi excipit. p. 460. Libri ejus. ibid. an tranſtuleritScriptum Theophili contra S.Chryſoſtomum. p.531. contraPelagianos ſcribit. p. 620. S. Auguſtinum laudat. p.622. quid ei a Theodoro objiciatur. p. 667. ultima Epiſtola, & obitus. p. 796.
S. Hilarius Arelatenſis. p. 948.
Hilarius Narbonenſis. p. 718.
Hilarius S. Auguſtini Diſcipulus. ad Eum ſcribit. p. 949.
Hiſpania a Barbaris invaditur. p. 574.
S. Honoratus Fundator Monaſterii Lerinenſis, & Epiſcopus Arelatenſis. p. 947.
Honorius Imp. Ejus Epiſtola ad Arcadium in cauſa S. Chryſoſtomi. p. 391. Leges pro Eccleſia. p.436. & 571. Ejus Reſcriptum

ptum contra Pelagianos. p. 726. favet Eulalio Antipapæ. p. 781. Leges pro Ecclesia. p. 806. obit. p. 871.
Hormisdas & alii in Persia Martyres. p. 846.
Hypatia Philosophiæ Magistra in frusta discerpta. p. 652.

I.

Idololatria. Leges contra eam. p. 141. cessat. p. 142. falsum oraculum. p. 143. & 820.
Jejunium. Quomodo Monachi jejunent. p. 24. Sabbato non jejunabatur Mediolani, sed Romæ. p. 75. etiam abstinentiam a vino exigit. p. 192. Die Sabbati in sola Ecclesia Romana. p. 679.
Ignis æternus quid sit. p. 614. quid secundum S. Augustinum. p. 615.
Illyricum modo speciali est sub Jurisdictione Papæ. p. 863.
Imago in Ecclesia. p. 769. & 839.
Immunitas Ecclesiastica. p. 572.
Indicia falso accusata. p. 64.
Infantes. ad ignem æternum damnati. p. 606. & 617. an peccent, antequam nascantur. p. 695. in potestate dæmonis sunt. p. 757.
Infideles. eorum magnus adhuc numerus. p. 438. eorum nullæ virtutes. p. 833.
Innocentius Papa. p. 272. Epistolæ ad Episcopos Hispaniæ. p. 295. ejus Decretales. p. 296. Judex S. Chrysostomum inter & Theo-

Theophilum. p. 348. ad Chryſoſtomum ſcribit. p. 352. Decretalis ad Epiſcopum Victricium. p. 354. S. Chryſoſtomum defendit. p. 390. Honorium Imp. accedit. p. 453. acta ab Alexandro Antiocheno rata habet. p. 656. Decretalis ad Alexandrum. ibid. Epiſtola ad Joannem Jeroſolymitanum. p. 675. Epiſtolæ ad Africanos. p. 685. declarat Pelagium excommunicatum. p. 686. obit. p. 688.

Joannes Anticæſar. p. 871.

S. Joannes Chryſoſtomus Epiſcopus Conſtantinopolitanus. p. 97. Sermo II. contra Anomæos. p. 100. Oratio contra Eutropium. p. 128. Sermones duo ad Clericos ſuos, & Virgines. p. 133. Pauperum Curator. p. 134. Populum erudit. p. 136. Gainæ reſiſtit. p. 197. Epheſum proficiſcitur. p. 207. Gerontium deponit. p. 210. Theophilum judicare recuſat. p. 240. apud Theophilum accuſatur. p. 241. & 252. Epiſtola ad Cyriacum. p. 258. damnatur, & expellitur. p. 260. revocatur. p. 262. de Statua Eudoxiæ. p. 298. perſecutionem patitur. p. 300. Conſtantinopolim relinquere cogitur. p. 303. & 310. in Armeniam defertur. p. 315. ejus Epiſtolæ. p. 332. Gothorum converſioni incumbit. p. 335. ad Innocentium Papam ſcribit. p. 345. Cucuſæ ab illo acta. p. 379. ejus Epiſtola. p. 385. perſecutio Epiſcoporum. p. 421. ejus Epiſtolæ. p. 426.

obitus. p. 429. ejus nomen, & memoria honoratur. p. 662. ejus nomen Diptychis restitutum. p. 905.
Joannes Jerosolymitanus. contra Pelagium. p. 624. remittit judicium S. Pontifici. p. 626. obit. p. 677.
Joannes Venerabilis. p. 21.
Joseph Abbas. p. 12.
Jovinianus punitur. p. 571.
Irregularitas unde contrahatur. p. 682.
Isdegerdes Rex Persarum Christianos persequitur. p. 845.
S. Isidorus Pelusiacus. p. 665.
Isidorus Presbyter Alexandrinus Theophili Episcopi Amicus. p. 99. innocens fugere cogitur. p. 194.
Judæi in Insula Minorica disputantes. p. 761. conversi. p. 763.
Julianus Pelagianus. ejus initia. p. 737. S. Augustino adversatur. p. 805. ejus Libri. ibid. Catholicos dicit Manichæos. p. 811. in Cilicia damnatur. p. 837.
Juramentum quando obliget. p. 475.
Jurisdictio Ecclesiastica, & Civilis distinguuntur. p. 572.
Justitia hominis a S. Augustino explicata. p. 753.

L.

Laura in Pharan quid sit. p. 854.
Lazarus Aquensis. p. 714.

Legalia. an S.Paulus ſerio, vel ſimulate S.Petrum reprehenderit. p. 283.
Leporius convertitur. p. 923. ejus errores. p. 924.
Liberum arbitrium. eſt cauſa peccati. p. 374. non ſufficit ad implenda Dei Præcepta. p. 610. Quid de eo ſentiant Pelagiani Maſſilienſes. p. 949. Semipelagiani quid doceant. p. 954.
Logica & Rhetorica Chriſtianis utiles. p. 416.
Lucianus Presbyter. p. 638.

M.

Machabæorum Liber II. Canonicus eſt. p. 824.
Manichæorum Doctrina. p. 374. & ſeqq. cur matrimonium damnaverint. p. 377. eorum infamia. p. 820.
S. Marcella. eſt cauſa damnationis Rufini. p. 183. obit. p. 459.
Marcellinus Arbiter Collationis cum Donatiſtis. p. 516.
Marcellinus Tribunus. obit. p. 595.
Maria Ægyptiaca. p. 837.
Marianus. Epiſtolæ S. Pontificis ipſi auferuntur. p. 420.
Marinus Comes vincit Heraclianum. p. 596.
S. Martinus Turonenſis moritur. p. 173.
Martyres Sexaginta. p. 144.
Maruthas Epiſcopus Miſſionarius in Perſia. p. 334. & 336.

Matrimo-

Matrimonium. ejus bona. p. 150. an sit malum. p. 745. ejus bona. p. 805.
Maximianus Episcopus. Donatistæ eum persequuntur. p. 411.
Maximinus Episcopus Arianus. p. 935. colloquium. ibid.
Maximus Valentianus Episcopus accusatur. p. 809.
Megalius Primas Numidiæ ordinat S. Augustinum. p. 53.
S. Melania. Romam venit. p. 292. Romam deserit. p. 469.
Melchiades Papa Cæcilianum absolvit. p. 108.
Mendacium. officiosum defenditur. p. 15. an in S. Scriptura inveniatur. p. 830. an liceat mentiri. ibid.
Mercator. ad eum S. Augustinus scribit. p. 750.
Migecius Monachus. p. 643.
Miracula. a S. Ambrosio patrata. p. 73. ad Martyrum Sepulchra. p. 408. a Reliquiis S. Stephani. p. 768. 772. 881. eorum multitudo. p. 888.
Missa. in funeribus. p. 96.
Monachi. mendacium officiosum Monachus defendit. p. 15. eorum vita in Ægypto. p. 30. Communio ad Tertiam. p. 34. dant eleemosynas. ibid. labor manuum necessarius. ibid. Communio singulis diebus. p. 35. Monachorum Congregatio omnium prima. p. 39. Ecclesiam, & Pres-

Presbyteros habent Monachi. p. 41. labor manuum. p. 121. Monachorum Ægypti inſcitia, & impudentia. p. 186. Theophilus eos perſequitur. p. 193. Cæſareæ immorigeri. p. 327. eorum obligatio. p. 408. eorum inſolentia. p. 651.

Mors per peccatum, non per naturam inducta eſt. p. 567.

Mundus. ab æterno exiſtit. p. 371. quando ejus finis. p. 799.

Myſteria Fidei, & Sacramentorum non vulgabantur. p. 681.

N.

Nazarius & Celſus Martyres. eorum Reliquiæ. p. 54.

Nectarius Conſtantinopolitanus obit. p. 97.

Neſteros Monachus. p. 12.

Neſtorius. p. 938. Conſtantinopolitanus Epiſcopus conſtituitur. ibid. hæreticos perſequitur. p. 940.

S. Nicareta. p. 321.

S. Nicetas Epiſcopus. p. 294.

Nicodemus Chriſti Diſcipulus. ejus Corpus invenitur. p. 640.

S. Nilammon. p. 268.

S. Nilus. ejus Epiſtola ad Arcadium. p. 344. ejus vita. ibid. incurſionem Arabum deſcribit. p. 461. ejus Scripta. p. 466. & ſeqq.

Novatiani in quo ſint hæretici. p. 906.

O.

S. Olympiades. p. 318.
Olympius. in Concilio Toletano. p. 168. in Aula Honorii potens. p. 441.
Onoſcelidon quid ſit. p. 211.
Optatus. ad eum S. Auguſtinus ſcribit. p. 750.
Optatus Thamagudanus. p. 106.
Oratio. ad altare ſemper dirigatur ad Patrem. p. 97. non dicatur, niſi a doctioribus approbata. ibid. Oratio Sanctorum. p. 403.
Ordinatio. Epiſcoporum. p. 89. eam iterare non licet. ibid. forma. p. 114. quibus, & a quibus imponantur manus. ibid. a Donatiſtis valide ordinati. p. 491. ab hæreticis facta eſt nulla. p. 683.
Ordines. omnes ſicuti hodie. p. 114. & ſeq. Cantor, Pſalmiſta, ſeu Tonſuratus a ſolo Presbytero tonſuratur. p. 115.
Oreſtes Prætor Alexandrinus. p. 650.
Origenes. ejus Opera vertuntur. p. 175. errores. p. 180. ubique condemnatur. p. 183. Controverſia de ejus Scriptis. p. 237.
Oroſius. quiſnam fuerit. p. 613. ejus iter Jeroſolymam. p. 622. Apologia. p. 628. Palæſtinam relinquit. p. 668. in Concilio Carthaginenſi. p. 671. ejus Hiſtoria. p. 759.
Oxyrincus Urbs Monachis plena. p. 36.

P.

S. Pacomius. p. 37.
Palladius Scriptor. p. 42. & 250. atramentarium abjicit. p. 422. Dialogum scripsit. p. 424.
Pallium. Episcopus Alexandrinus illud habet. p. 195. Constantinopolitanus eo utitur. p. 246. quid significet. ibid.
Pammachius moritur. p. 459.
Pancratianus. ejus oratio. p. 575.
Pansophius Nicomediensis. p. 212.
Papa. Successio Pontificum movet S. Augustinum. p. 85. Sedis Apostolicæ Rescriptum expectatur. p. 172. quo tempore nomen *Papa* Romano Pontifici primum sit datum. p. 173. Africani ad eum confugiunt. p. 227. Episcopus Romanus Donatistarum. p. 505. Causa Pelagii Jerosolyma Romam dimittitur. p. 626. Authoritas Papæ in Oriente. p. 656. 663. & 676. ejus Diœcesis. p. 679. distinctio inter Papam & Sacram Sedem. p. 709. testimonium pro eo super alios Episcopos. p. 713. Causæ majores Papæ reservatæ. p. 717. confirmat Decreta Concilii. p. 735. ejus Authoritas in Galliis. p. 810. in causa Pelagii. p. 833. ejus Jurisdictio in Illyricum. p. 863. in Galliam. p. 868.
Parobolani. p. 653.
Parmenianus Carthaginensis. p. 156.
Parvuli. peccantes in utero materno. p. 695.

an in Regno Cælorum pro iis detur locus medius. p. 728.
Paſcha. illius diei miraculum. p. 689.
Paſchale Tempus. ex Apoſtolica Traditione in lætitia eſt tranſigendum. p. 23.
Paſchales Epiſtolæ Theophili. p. 189.
Paternus Bragenſis converſus. p. 172.
Patroclus Arelatenſis. Prærogativæ ipſi conceſſæ. p. 716. occiſus. p. 944.
Patruinus Emeritanus. p. 168.
S. Paula obit. p. 291.
Paulinus Diaconus accuſator Celeſtii. p. 564. reſcribit ad citationem Zoſimi Papæ. p. 726.
S. Paulinus Nolanus Melaniam recipit. p. 293.
Paulinus Scriptor Vitæ S. Ambroſii. p. 79.
Paulus Erithræus. p. 532.
Paulus Heracleenſis Præſes Concilii Ad-quercum. p. 260.
Paupertatis Votum, ſeu Paupertas. p. 895.
Peanius S. Chryſoſtomi Amicus. p. 333.
Peccatum. nemo ſine peccato niſi Chriſtus, quia nemo tantum vult, quantum debet. p. 567. an omnia peccata æqualia ſint. p. 618. nullus homo ſine peccato actuali. p. 730. Deus non eſt author peccati. p. 922.
Peccatum Originale. impugnatur. p. 564. aſſeritur. p. 567. argumentum Pelagii pro Originali. p. 568. & 607. argumentum Catholicorum. p. 668. ex Scriptura clare probatur. p. 728. a S. Auguſtino proba-

probatur. p. 744. qui hoc docent, an sint Manichæi. p. 815.
Pelagiani. eorum crudelitas. p. 675. eorum molimina. p. 803. eorum Doctrina collata, cum Manichæorum, & Catholica. p. 815. in Oriente damnati. p. 833.
Pelagius. quis fuerit. p. 561. ad Demetriadem scribit. p. 602. ejus hæresis. ibid. & seqq. ejus Scripta. p. 668. ad Papam scribit. p. 711. Fidei Confessio. p. 713. Zosimum fallit. ibid. apud Pinianum se vult purgare. p. 740. Quid de Gratia sentiat. p. 741. & seqq. ejus obitus. p. 837.
Perigenes Corinthius. p. 863.
Perseverantia. p. 961.
Persia. Religio Catholica ibi innotescit. p. 336. bellum propter Christianos. p. 856.
S. Petrus. Ejus & S. Pauli Controversia de Legalibus. p. 283.
Pharetrius Episcopus Cæsariensis in Cappadocia S. Chrysostomi Adversarius. p. 333.
Photinus Diaconus. p. 187.
Piammon Abbas Presbyter. p. 19.
Pinianus. quid ei Hippone acciderit. p. 470. Pelagius apud illum se vult purgare. p. 740.
Platonicorum de Deo Doctrina. p. 586.
Pœnitentia. Canones in Concilio Carthaginensi. p. 119. Presbyter Pœnitentiæ Minister. ibid. Pœnitentiæ causa Clericis non imponuntur manus. p. 145. ejus relaxatio. p. 704.

Porphyrius. Antiochiæ ordinatur. p. 339.
S. Porphyrius Episcopus Gazensis. p. 213.
Possidius Scriptor Vitæ S. Augustini. p. 124. & 276.
Posthumianus. ejus itineris descriptio. p. 237.
Potestas Temporalis. ab Episcopis Alexandrinis usurpata. p. 546.
Prailes Jerosolymitanus. p. 677. & 711.
Prædestinatio. explicata a S. Augustino. p. 753. & 957. an debeat taceri. p. 963.
Prædeterminatio. a Semipelagianis impugnatur. p. 954.
Prævisio. an opera non futura prævideantur. p. 757.
Primas. non est dicendus Episcopus Primæ Sedis. p. 92. habet Jurisdictionem in alios. ibid. Primatum Cathedræ Apostolicæ semper tenuit Ecclesia Romana. p. 108.
Primianus Episcopus Carthaginensis Donatista. p. 503.
Principia S. Marcellæ Filia. p. 458.
Priscillianistæ. p. 167. dicunt licitum esse mendacium. p. 829.
Proculejanus Episcopus Hipponensis Donatista. p. 86.
Proculus Massilienſis non obedit. p. 719.
S. Prosper. ejus Epistola ad S. Augustinum. p. 953.
Pulcheria. p. 449. Virginitatem vovet. p. 858. Imperat. ibid.

Purga-

Purgatorium probatur. p. 826.
Pynufius Abbas. p. 15.

Q.

Quadrageſima. per triginta ſex dies. p. 24. eſt anni pars decima. ibid.

R.

Radagaiſus Dux Gothorum. p. 438.
Regimen Spirituale, & Politicum an conveniant. p. 541.
Regnum Cælorum eſt aliud quam vita æterna. p. 605.
Regula Monaſtica S. Pacomii. p. 38.
Religio Catholica. ejus veritas probatur. p. 147. Honorius hanc ſolam vult omnes amplecti. p. 413. Societati humanæ maxime favet. p. 414. Non nocet Statui Politico. p. 553. Ethnicorum objectiones contra eam. p. 578. defenditur. p. 583. & ſeqq.
Reliquiæ Sanctorum. in noviter erectis Eccleſiis reconduntur. p. 381. & 407. honorantur. p. 576. primæ in Occidente. p. 759.
Reſervatio Abſolutionis. p. 536.
Reſurrectio mortuorum eſt Myſterium. p. 527.
Rhetorica & Logica Chriſtianis utiles. p. 416.
Roma. obſidetur ab Alarico. p. 450. capta, & expilata. p. 455. Ethnici plurimi ibidem reperiuntur. p. 458. eſt meretrix Apocalyptica. p. 461.

Ruffinus occiditur. p. 43.
Rufinus Interpres Origenis. p. 175. Romæ damnatur. p. 182. epistola. ibid. moritur. p. 469.
Rufinus Pelagii Magister. p. 562.
Rufus Thessalonicensis Vicarius Papæ in Achaja, & Macedonia. p. 863.

S.

Sacerdos quamvis peccator exauditur. p. 158.
Sacramenta duo, & plura. p. 152.
Sacrificium Christianorum occultum. p. 58.
Samuel. ejus ossa Constantinopolim transferuntur. p. 403.
Sancti. eorum intercessio. p. 403. 595. & 828. quomodo subveniant, & audiant preces se invocantium. p. 828. eorum merita. ibid.
Sarabaitæ quinam sint. p. 20.
Saracenorum conversio. p. 849.
Satisfactio. morientium. p. 393. attendendum, an pœnitens opera imposita possit præstare. p. 468.
Schisma. ob defectum charitatis oritur. p. 231.
Schisma Eulalii. p. 779.
Scriptura Sacra. Libri Canonici in Concilio Carthaginensi dicuntur iidem, qui nunc. p. 97. in controversiis solus sensus litteralis attendendus. p. 167. versa ex Hebraico in Latinum. p. 283. Judicium

cium S. Augustini de ea. p. 289. Libri Canonici quinam. p. 396. & 791. Machabæorum Liber II. est Canonicus. pag. 824.
Seleucia Vidua de S. Chrysostomo bene merita. p. 328.
Semipelagiani. eorum doctrina. p. 927. & 954. Librum Sapientiæ rejiciunt. p. 959.
Serapion Archidiaconus. p. 218. & 424.
Serapion Monachus. p. 187.
Serenus Abbas. p. 26. 29. & 32.
Severianus Gabalensis. p. 217. Porphyrium ordinat. p. 341. timet S. Chrysostomum etiam exulem. p. 429.
Severus Minoricanus. p. 761. ejus epistola. p. 766.
Severus Sulpitius. scribit vitam S. Martini. p. 175. ejus Dialogus de Monachis Ægypti. p. 237. ejus vita, & Opera. p. 358.
Simonia. Episcopi sex ob eam depositi. p. 209.
Simplicianus S. Ambrosii Successor. p. 77.
Simplicius Viennensis. p. 718.
Siricius Papa. a Concilio Carthaginensi consulitur. p. 89. obit. p. 177.
Sisinnius Episcopus Constantinopolitanus. p. 907. obit. p. 908.
Sixtus Presbyter, & postea Romanus Pontifex. Pelagianos damnat. p. 737. S. Augustini ad eum epistola. p. 751.
Sozomenus. ejus Historiæ finis. p. 649.
Spes adolescens in Monasterio S. Augustini. p. 364.

Spiritus Sanctus est Deus. p. 936.
Sponsi prima nocte se contineant. p. 115.
S. Stephanus. ejus Reliquiæ inventæ. p. 638. & 642. in Insula Minorica. p. 760. Uzalæ. p. 767. Miracula. p. 768. & seqq. Calamæ. p. 772. Hippone. p. 881.
Stilico. p. 73. interficitur. p. 439.
Suevi. in Hispania. p. 574.
Syagrius Veronensis. ejus imprudens Decretum. p. 64.
Sylvanus Primas Numidiæ. p. 673.
Symmachus Præfectus Romanus. p. 778.
Symposius Episcopus in Hispania. p. 171.
Synesius ordinatur. p. 524.

T.

Templum Cœlestis Deæ. p. 143.
Terebon Saracenus paralyticus. p. 849.
Theoctistus S. Euthymii Amicus. p. 850. & 854.
Theodoretus. ejus Historiæ finis. p. 940.
Theodorus Judæus somnians. p. 761.
Theodorus Mopsuestenus Pelagianus. p. 562. & 666. damnat Julianum. p. 837. obit. p. 940.
Theodosius Imp. nascitur. p. 213. Episcopo offertur. p. 219. ejus Regimen. p. 448. nomen S. Chrysostomi restitui suadet. p. 664. bellum infert Persis propter Christianos. p. 856. ejus educatio. p. 857. contra Authoritatem Papæ Legem fert. p. 864. revocat hanc Constitutionem. p. 868.

Theodotus Antiochenus. p. 663. damnat Pelagium. p. 836. moritur. p. 940.
Theonas Abbas. ejus conversio. p. 22.
Theophilus Alexandrinus S. Chrysostomo infensus. p. 98. Origenem damnat. p. 185. ejus Doctrina. p. 189. Constantinopoli accusatur. p. 221. ejus epistola. p. 224. apud Imperatorem accusatur. p. 231. eum accedit. p. 244. Constantinopolim deserit. p. 265. Fratribus Magnis reconciliatur. p. 266. obit. 543. ejus Scripta. ibid.
Theotimus Tomitanus. p. 201.
Tichonius Donatista. p. 156.
Timotheus Cyrilli æmulus. p. 545.
S. Trophymus Arelatensis. p. 717.

V.

Valentinianus III. p. 871.
Valerius Comes Pelagianis infestus, & S. Augustini amicus. p. 803.
Valerius Hipponensis. p. 45. S. Augustinum Coadjutorem postulat. p. 52.
Vandali. in Hispania. p. 574. in Africa. p. 931.
Vaticanum. est refugium contra direptiones. p. 456.
Vestes Sacræ in Sacrificio adhibentur. p. 622.
Victor, contra quem scripsit S. Augustinus Libros de anima. p. 816.
S. Victricius Episcopus Rothomagensis. pag. 354.
Vigilantius. quis fuerit. p. 398. ejus hæresis

resis. p. 399. idem, quod Lutherani, docet. ibid.
S. Vigilius Tridentinus. p. 79. Martyr. p. 83.
Virginitas. modus eam probandi a S. Ambrosio rejectus. p. 66. Virginitatis votum. p. 858.
Virgo. ætas ad eam consecrandam requisita. p. 95. Virginum Monasteria. ibid. Demetriadis Virginis consecratio. p. 601.
Vitalis Semipelagianus. p. 927.
Volusianus. ad eum S. Augustinus scribit. p. 820.
Urbanus Episcopus Sicanus in Mauritania. p. 774.
Usura Clericis prohibetur. p. 94.

Z.

S. Zacharias Propheta. ejus Reliquiæ. p. 647.
Zacharias Abbas. p. 648.
Zosimus. Mariam Ægyptiacam invenit. p. 837. obit. p. 844.
S. Zosimus Papa. p. 689. causa Celestii. p. 706. Heroem & Lazarum deponit, ac excommunicat. p. 710. epistola ad Aurelium. p. 711. a Pelagio fallitur. p. 713. epistola ad Patroclum Arelatensem. p. 716. Pelagianos damnat. p. 734. Legatos mittit in Africam in causa Apiarii. pag. 774. obit. p. 776. a S. Augustino excusatur ipse, & Clerici Romanæ Ecclesiæ. p. 814.


Th 5
5178